

THE CANADA COUNCIL
December, 1966

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/lettressecrtes02joha

The Institute of Mediaeval Studies
LIBRARY
Toronto
28643
MAR 31 1967

JOHANNIS PAPAE XXII

EPISTOLAE TAM SECRETAE QUAM CURIALES

AD GALLICAM HISTORIAM SPECTANTES

ANNUS QUINTUS

1236 Avignon, 5 septembre 1320 [a].

Johanni de Pinu, canonico ecclesiæ Tornodorensis, Lingonensis diocesis, committit Johannes papa XXII ut census Ecclesiæ Romanæ debitos in provincia Remensi recipiat. (Reg. 71, cur. fol. 2 v°, c. 6.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Pinu, canonico ecclesie Tornodorensis, Lingonensis diocesis, Apostolice Sedis nuntio.* Cum nonnulle ecclesie — Dat. Avinione, nonis septembris, anno quinto. »

1237 Avignon, 24 septembre 1320.

Raymbaldo, archidiacono Avalonensi, cum Simone, abbate monasterii sancti Andreæ Viennensis, ad Viennensis comitatus, Sabaudiæ et Gebennesii partes destinato, salarium triginta solidorum tur. parv. singulis diebus assignat. (Reg. 71, cur. fol. 31, c. 10.)

« *Dilecto filio Rombaudo*[1], *archidiacono Avalonie* (sic) *in ecclesia Eduensi, capellano nostro.* Cum nos de — Dat. Avinione, VIII kal. octobris, anno quinto. »

1. Sic. *Raymbaudo* dans l'index.

1238 Avignon, 24 septembre 1320.

In e. m. Simoni, abbati monasterii sancti Andreæ Viennensis. (Reg. 71, cur. fol. 3, p. c. 10.)

1239 Avignon, 27 septembre 1320.

Archiepiscopo Tarantasiensi, ut residua fructuum primi anni beneficiorum usque ad triennnium in Tarantasiensi provincia vacantium quæ solvenda sunt exigat et colligat absolvatque illos qui in statutis terminis non solvissent. (Reg. 71, cur. fol. 3, c. 11.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Tarantasiensi etc.* Dudum volentes nostris — Dat. Avinione, V kal. octobris, anno quinto. »

1240 Avignon, 27 septembre 1320.

In e. m. archiepiscopo Ebredunensi. (Reg. 71, cur. fol. 3 v°, p. c. 11.)

1241 Avignon, 27 septembre 1320.

In e. m. archiepiscopo Bisuntino. (Reg. 71, cur. fol. 3, v°, p. c. 11.)

[a] N.-B. — Les registres 109 et 110 des Archives du Vatican renferment les lettres secrètes des quatre premières années du pontificat de Jean XXII; le registre 111, celles de la sixième et de la septième année. On n'a donc pas trouvé jusqu'à maintenant, dans ces Archives, de registre des lettres secrètes de la cinquième année (Voyez D. Gregorio Palmieri, *Ad Vaticani Archivi Romanorum Pontificum regesta manuductio*, pp. 5 et 128), aussi ne donnons nous ici que des lettres curiales et deux lettres secrètes (nos 1262 et 1282) enregistrées parmi d'autres d'une date postérieure.

1242 Avignon, 27 septembre 1320.

In e. m. archiepiscopo Lugdunensi. (Reg. 71, cur. fol. 3 v°, p. c. 11.)

1243 Avignon, 27 septembre 1320.

In e. m. archiepiscopo Viennensi, pro ea parte Viennensis provinciæ quæ de regno Franciæ non existit. (Reg. 71, cur. fol. 3 v°, p. c. 11.)

1244 Avignon, 1 octobre 1320.

Archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis, ut in suarum civitatum et diocesum partibus quæ de regno Franciæ non existunt, decimam olim a Clemente V in concilio Viennensi usque ad sex annos ad adjuvandum generale passagium impositam exigant. (Reg. 71, cur. fol. 14, c. 25.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis.* Licet olim felicis — Dat. Avinione, kalendis octobris, anno quinto. »

1245 Avignon, [1] octobre 1320.

Prælatis et personis ecclesiasticis Lugdunensium diocesis et provinciæ, ut prædictam decimam persolvant. (Reg. 71, cur. fol. 14 v°, c. 25 bis.)

« *Johannes etc., dilectis filiis universis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cistertiensis, Cluniacensis, Premonstratensis, sanctorum Benedicti et Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, per civitatem ac diocesim et provinciam Lugdunensem, prioribus seu preceptoribus et magistris ac personis aliis et locis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani ac aliorum ordinum militantium (ordinum) dumtaxat exceptis, constitutis, salutem etc.* Licet olim felicis recordationis — Dat. Avinione .. kal. (*sic*) octobris, anno quinto. »

1246 Avignon, 1 octobre 1320.

Capellaniam in ecclesia Forojuliensi constituit. (Reg. 71, cur. fol. 15 v°, c. 29.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Extollentes in sancta — Dat. Avinione, kalendis octobris, anno quinto. »

1247 Avignon, 9 octobre 1320.

Episcopo Parisiensi in e. m. ac[1] archiepiscopo Bituricensi[2], de quibusdam blasphemiis et erroribus a fidelibus vitandis scribit. *Dat. Avinione*, vii *idus octobris, anno quinto.* (Reg. 70, cur. fol. 54 v°, p. c. 190.)

1. Cette forme étant celle que donnent les registres du Vatican, nous l'avons adoptée pour notre publication.
2. Cette lettre adressée à l'archevêque de Bourges est du 4 septembre 1320 (Voyez ci-dessus, n° 1233). Celle qui est adressée à l'évêque de Paris est du 9 octobre, et quoique toutes deux, malgré cette différence de date, figurent sous le même numéro dans le registre du Vatican, nous avons dû les séparer ici pour maintenir l'ordre chronologique.

1248 Avignon, 14 octobre 1320.

Redditus capellaniæ nuper in ecclesia Forojuliensi constitutæ[1] assignat. (Reg. 71, cur. fol. 15 v°, c. 30.)

« *Ad perpetuam rei memoriam, et cetera.* Nuper in ecclesia — Dat Avinione, ii idus octobris, anno quinto. »

1. 1er octobre 1320, voyez ci-dessus n° 1246.

1249 Avignon, 8 décembre 1320.

Treugas inter Amedeum, comitem Sabaudiæ, et Eduardum filium ejus, ex parte una, ac Guigonem, dalphinum Viennensem, comitisque Gebennensis heredes, ex altera, usque ad festum Resurrectionis Domini de novo duraturas indicit. (Reg. 71, cur. fol. 43 v°, c. 103; — Reg. Avin., t. XIV, fol. 412 v°, c. 103.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Dudum ad nostri apostolatus perducto notitiam quod, licet inter dilectum filium nobilem virum Amadeum, comitem Sabaudie, et quondam Johannem, dalphinum Viennensem, tunc viventem, invicem dissidentes, fuisset olim pacis concordia reformata, proximo tamen, transactis diebus, hoste pacis, incentore malorum omnium, suadente, inter dictum comitem et dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, ejusdem

Johannis primogenitum, flamma fuerat priorum odiorum accensa, et nichilominus inter eundem comitem et Eduardum, primogenitum ejus, ex parte una, et prefatum Guigonem dalphinum, et dilectum filium nobilem virum comitem Gebennensem, ex parte altera, gravis discordia suscitata, nos, innumeris malis et scandalis que hujusmodi discordia, nisi celeribus et opportunis occurramus remediis verisimiliter minabatur, benivoli more patris obviare volentes, inter eosdem comitem et Eduardum ac Guigonem dalphinum, et comitem Gebennensem predictos, sperantes quod interim inter eos desiderata pacis reconciliatio proveniret, treugas usque ad festum Resurrectionis Domini venturum proximo duraturas per nostras sub certa forma litteras duximus indicendas. Verum quia forsan aliqui pretendere conarentur quod treuge predicte, propter obitum dicti comitis Gebennensis qui postmodum extitit de hac vita sublatus, juribus non subsistunt, nos, volentes super hoc de oportuno remedio paterne diligentie studiis providere, inter dictos comitem Sabaudie et Eduardum, ex parte una, dictumque Guigonem dalphinum et predicti comitis Gebennensis heredes, eisdem prioribus treugis in suo robore duraturis, treugas quarum fedus pacis gerit imaginem usque ad dictum festum Resurrectionis auctoritate apostolica de novo etiam ad cautelam indicimus duraturas, in eosdem comitem Sabaudie et Eduardum, dalphinum et heredes predictos et ipsorum quemlibet et omnes et singulos eorum adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces ac subditos et in hac parte adherentes eisdem, treugas non servantes vel quomodolibet infringentes easdem, excommunicationis sententiam promulgando ac terras, castra et loca ipsorum subiciendo ecclesiastico interdicto, volentes sententias ipsas a die publicationis seu notificationis treugarum ipsarum suum effectum plene obtinere, non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod excommunicari ipsorumque terre, castra et loca interdicto ecclesiastico subici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali cujuscumque tenoris existat, per quam effectus presentium impediri possit quomodolibet vel differri. Nos enim omnes promissiones et obligationes quem (*sic*) inter comitem Sabaudie ac Eduardum, dalphinum et heredes predictos vel aliquem ex eis et quosvis alios super nutrienda discordia inter ipsos, nec non obligationes, ligas, societates, confederationes ac pactiones que inter ipsos vel ipsorum aliquem et quosvis alios intervenissent, ut prefertur, occasione hujusmodi discordie nutriende, utpote contra bonum pacis, in nostri Salvatoris offensam presumptas illicite, et quascumque penas adjectas et juramenta prestita super illis, sub quibuscumque modo, forma vel expressione verborum, presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, ex nunc fore nulla decernimus et, quatenus processerunt, de facto irritamus et etiam annullamus. Volumus autem quod, cum pertinacibus sic debeat obesse contemptus quod in obedientium prejudicium non redundet, illum vel illos ex prefatis nobilibus qui treugas forsitan contempserint observare predictas, sic hujusmodi noster processus afficiat, quod alios quantum in eis fuerit treugas ipsas observare paratos in aliquo non contingat, quin ipsi suique valitores, consiliarii, fautores, subditi et adherentes eisdem, absque metu dictarum sententiarum, eorum injuriam valeant propulsare. Nulli etc. nostre indi[c]tionis, promulgationis, constitutionis, irritationis, annullationis et voluntatis etc.. Dat. Avinione, VI idus decembris, anno quinto.

1250 Avignon, 8 décembre 1320.

In e. m. Simoni, electo Viennensi, et abbati monasterii sancti Andreæ Viennensis, ut præfatas treugas publicent. (Reg. 71, cur. fol. 43 v°, p. c. 103 ; — Reg. Avin., t. XIV, fol. 412 v°, p. c. 103.)

« *In e. m. dilectis filiis Symoni, electo Viennensi, et.., abbati monasterii sancti Andree Viennensis, salutem.* Dudum ad nostri — Dat. ut supra. »

1251 Avignon, 29 janvier 1321.

Ordinatio ecclesiæ sancti Agricoli Avinionensis in collegiatam nuper erectæ. (Reg. 71, cur. fol. 48 v°, c. 123.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Inter cetera desiderabilia — Dat. Avinione, IIII kal. februarii, anno quinto. »

1252 Avignon, 30 janvier 1321.

Quædam bona, ecclesias scilicet, domum et decimas capitulo in eadem ecclesia sancti Agricoli Avinionensis ordinato concedit. (Reg. 71, cur. fol. 49 v°, c. 124; — Reg. Avin.[1], t. XIV, fol. 432, c. 124.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Nuper ad divini — Dat. Avinione, III kal. februarii, anno quinto. »

1. L'acte ne porte pas, dans ce dernier registre, le titre : *de cur.*, comme les autres, mais la mention : *de mandato domini nostri.*

1253 Avignon, 30 janvier 1321.

Monasterio de Bono Passu, Cavallicensis diocesis, hospitale de « Lumieriis »[1] cum bonis ac juribus suis confert. (Reg. 71, cur. fol. 49 v°, c. 125.)

« *Dilectis filiis.., priori et conventui monasterii de Bonopass[u] per priorem soliti gubernari, ordinis Cartusiensis, Cavallicensis diocesis.* Gaudemus et letamur — Dat. Avinione, III kal. februarii, anno quinto. »

1. *Luceneriis* dans le texte.

1254 Avignon, 6 février 1321.

Petro, tituli sanctæ Potentianæ presbytero cardinali, ut in negotio sibi commisso de illis qui fuerunt spoliati in civitate Carpentoratensi procedat, non obstante quod ad cardinalatus honorem assumptus sit. (Reg. 71, cur. fol. 51, c. 129.)

« *Dilecto filio Petro, tituli sancte Potentiane presbytero cardinali, etc.* Dudum sicut evidentia — Dat. Avinione, VIII idus februarii, anno quinto. »

1255 Avignon, 20 février 1321.

Capellam ad gloriam Virginis Mariæ in castro Bidaride[1], Avinionensis diocesis, in loco ubi synagoga fuerat Judæorum, erigit, statuens ut tria ibidem altaria, primum ac majus ad ipsius Virginis, secundum ad beati Johannis Baptistæ, tertium ad Omnium Sanctarum Virginum honorem erigantur. (Reg. 71, cur. fol. 56 v°, c. 158.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Extollentes in sancta — Dat. Avinione, X kal. martii, anno quinto. »

1. Index : *Biteride.*

1256 Avignon, 22 février 1321.

Dotem prædictæ capellæ assignat. (Reg. 71, cur. fol. 56 v°, c. 159.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Extollentes, et cetera — Dat. Avinione, VIII kal. martii, anno quinto. »

1257 Avignon, 25 mai 1321.

Archiepiscopo Lugdunensi et episcopo Lingonensi reformationem pacis inter Amedeum, comitem Sabaudiæ, et Henricum, Metensem electum, Dalphinatus gubernatorem, eorumque sequaces committit. (Reg. 71, cur. fol. 57, c. 160; — Reg. Avin., t. XIV, fol. 505 v°, c. 160.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Lugdunensi et.., episcopo Lingonensi.* Ab eo per quem omnis in celis et terra paternitas nominatur, pater multarum gentium, licet insufficientes meritis constituti, cogitamus pacis cogitationes pro filiis, consilia fructuosa perquirimus, ac voluntarios solicitudines et labores amplectimur ut eis de quietis commodis providere, ipsorum obviare jacturis et occurrere scandalis valeamus; sed ad magnates et nobiles in tranquillitatis et pacis dulcedine conservandos tanto ferventer nostra suspirat intentio quanto graviora pericula consuevit ipsorum afferre turbatio, majoribus nocere dispendiis et periculosioribus ledere nocumentis. Habet siquidem implacidi rumoris assertio quod multiformis adversarius noster et emulus qui genera mille nocendi milleque fallendi modos et artes usu didicit vetustatis, quique latius ibi sue diffundit venena perfidie ubi se magis extimat obfuturum, inter dilectos filios nobiles viros Amadeum, comitem Sabaudie,

Eduardum et Aymonem, natos, ac Ludovicum de Sabaudia, nepotem suos, et Imbertum, dominum de Bellojoco, ex parte una, et dilectos filios Henricum, electum Metensem, Dalphinatus gubernatorem, et nobiles viros Guigonem, dalphinum Viennensem, Hugonem Dalphini, patruum ejus,.., comitem Gebennensem, Ademarum de Pictavia, et Ademarum ejus filium, Ademarum, dominum de Rossilione, ac Amadeum et Hugonem, fratres, dicti comitis Gebennensis avunculos, quorum aliqui principales, et aliqui adjutores sive sequaces fore dicuntur, ex altera, adeo gravis discordie materia noviter suscitavit quod, inter se dispendiosis guerrarum commotis dissidiis, se mutuo, confla(c)tis viribus, per hostiles incursus, non sine personarum periculis et dispendiis animarum, enormiter offenderunt et quod ad graviores inter se prosilient lesiones, nisi de oportuno remedio occurratur celeriter, verisimiliter formidatur. Nos igitur benivoli more patris quem non pretereunt incommoda filiorum, considerantes attentius que solet guerrarum odiosa commotio generare pericula, quas multiplicare jacturas, et que turbatio commotionis hujusmodi si, quod absit, processum ulteriorem haberet, animarum dispendia, personarum excidia et bonorum detrimenta produceret, et propterea cupientes ut, pacis auctore propitio, hujusmodi turbatione sopita, inter partes ipsas pacis bonum et concordie reformetur, futuris obvietur periculis et communibus occurratur dispendiis earumdem, ac de vestra circumspecta prudentia plenum in Domino fiduciam obtinentes et sperantes quod, tamquam pacis partium predictarum fervidi zelatores, de ipsarum quiete continuo vos attentior cura solicitet, ad reformationem pacis hujusmodi vestram elegimus industriam et virtutem. Quare fraternitati vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, ad presentiam gubernatoris et nobilium eorumdem personaliter accedentes, pro reformatione pacis ejusdem, juxta datam vobis a Deo prudentiam, efficacem operam impendatis. Verum ut eo utilius in dicto pacis negotio procedere valeatis quo majori fueritis auctoritate muniti, vobis omnes et singulos de partibus ipsis, sive principales, sive adjutores vel sequaces existant, nec non et gentes ipsorum, ne alii alios per se vel per alium seu alios offendant aut ipsi vel ipsorum aliquis aliorum terras invadant vel quoquomodo molestant aut inter se congrediantur hostiliter, sed potius a quolibet hostili processu prorsus abstineant, ex parte nostra monendi et etiam inducendi nec non et tractandi, faciendi et reformandi perpetuam et solidam pacem et concordiam inter eos ipsamque per spirituales penas et sententias, ac quascumque promissiones, obligationes et juramentorum prestationes firmandi, vallandi ac etiam roborandi, omnesque colligationes, ligas, confederationes, pactiones et conventiones inter eos et quoscumque alios hinc inde factas, etiam si essent juramentis, promissionibus, penarum adjectionibus aut obligationibus vel stipulationibus quibuscumque vallate, dissolvendi, ac impedimenta et obstacula quelibet removendi per que hujusmodi reformatio pacis impediri posset vel quomodolibet retardari, et nihilominus juramenta in dictis, colligationibus, confederationibus, pactionibus et conventionibus adjecta forsitan relaxandi, statuendi quoque, ordinandi, providendi, disponendi, firmandi ac paciscendi super hiis que circa reformationem dicte pacis videritis expedire, ac omnes et singulos de partibus ipsis ad observationem pacis ejusdem, si reformari contingat, per excommunicationis in personas et interdicti sententias in terras eorum prout expedire videritis, conpellendi omnesque impeditores pacis predicte penis similibus compescendi, plenam vobis concedimus tenore presentium potestatem, non obstante si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indultum quod excommunicari et terre ipsorum ecclesiastico interdicto subici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno quinto. »

1258 Avignon, 25 mai 1321.

Eisdem archiepiscopo et episcopo, ut treugas inter prædictos inducant dissolvantque omnes confederationes inter eos factas. (Reg. 71, cur. fol. 57, c. 161.)

« *Eisdem archiepiscopo et episcopo, usque salutem.* Ab eo per — Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno quinto. »

1259 Avignon, 26 mai 1321.

Episcopo Lingonensi, ut inter capitulum et ministralem ecclesiæ Viennensis, ex una parte, et Gerardum de Illino, ex altera, treugas inducat. (Reg. 71, cur. fol. 57 v°, c. 162.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Lingonensi.* Etsi ad omnium — Dat. Avinione, VII kal. junii, anno quinto. »

1260 Avignon, 27 mai 1321.

Dicto episcopo, ut treugas quas inter Amedeum, comitem Sabaudiæ et suos, ex una parte, ac Henricum, electum Metensem, Dalphinatus gubernatorem et suos, ex altera, indici contingeret, archiepiscopo Lugdunensi notificet. (Reg. 71, cur. fol. 57 v°, c. 163.)

« *Eidem episcopo.* Cum venerabilis frater — Dat. Avinione, VI kal. junii, anno quinto. »

1261 Avignon, 27 mai 1321.

Archidiacono et præcentori ecclesiæ Massiliensis, de receptione et venditione, Ecclesiæ Romanæ nomine, bonorum a Vivando de Conchis, milite Massiliensi, Terræ Sanctæ legata. (Reg. 71, cur. fol. 39, c. 169.)

« *Dilectis filiis.., archidiacono et.., precentori ecclesie Massiliensis.* Cum quondam Vivandus — Dat. Avinione, VI kal. junii, anno quinto. »

1262 Avignon, 5 juin 1321.

Philippo, regi Franciæ, ratione negotii Terræ Sanctæ iterum respondet eique qualia sint subsidia ab Ecclesia in favore negotii tantum memorati, generalis scilicet vel particularis passagii præbenda et sub quibus conditionibus, clare et distincte declarat. (Reg. 111, fol. 207 v°-208 v°, cc. 909-912.)

« *Carissimo in Christo filio Philippo, regi Francie et Navarre illustri.* Tenet nostra memoria nec de tua, fili carissime, credimus excidisse quod, dudum tuo laudabili proposito et accepto nobis admodum quod gerit serenitas regia ad Terram Sanctam pro humani redemptione generis conspersam sanguine Redemptoris, de potestate persecutorum fidei eruendam, tam litteris quam nuntiis intimato, per nostras litteras celsitudini regie duximus respondendum, quarum tenor post salutationis eloquium sequitur in hec verba : Intensum tuum, etc. ut supra proxime usque in finem[1].

[c. 910] Sane, fili carissime, quia, premissis impedimentis non obstantibus, fervor tui desiderii a prosequtione dicti negotii non tepescens, tua serenitas solemnes nuntios videlicet tales etc., quos contemplatione mittentis sueque probitatis obtentu benigne recepimus, ad nostram duxit presentiam destinandos, qui, tam solicite quam prudenter, affectum regium ad multe jucunditatis materiam refferentes, nobis et fratribus nostris apertius expresserunt quod, ad eripiendum Terram ipsam de manibus impiorum, circa premissa sic cor tuum incaluit quod ad prosequtionem (*sic*) negotii predicti nobis personam et totum posse regium exponebas, profecto, fili, hunc affectum tibi ab illo infusum celitus credimus in cujus manu corda stant principum cuique, princeps inclite, labiorum vitulum exolventes, supplicamus humiliter et precamur instanter ut dies tuos cum augmento felicitatis adaugeat, regna tua et terras alias solida stabilitate corroboret teque, circa ejusdem Terre negotium prosequendum, in tam sancti propositi soliditate conservet. Verum quia prefatum negotium adeo impensarum immensum profluvium exigebat quod illud absque nostro tuorumque subditorum subcidio[2] magnificentia regia non poterat supportare, nec quale foret subditorum subcidium scire poterat, nisi prius quale intendebat Ecclesia facere declararet, nobis prefati nuntii pro parte regia humiliter supplicarunt ut qualia subcidia pro dicti prosequtione negotii intendebamus facere de proventibus ecclesiasticis et alias redderemus circumspectionem regiam certiorem. Per hoc enim intendebat providentia regia qualia magnates et nobiles ac comunitates regnorum et terrarum suorum subcidia pro dicti tam pii prosecutione negotii facerent promptius obtinere, ac consultius qualiter et quando dictum negotium aggredi debeat ordinare. Nos autem, licet impedimenta pretacta in nostris litteris prefatis non precipiamus minui, sed, quod dolentes referimus, continue videamus augeri, ne tamen, propter deffectum eorum

que nos decenter facere possumus, tam pium regium exting[u]atur propositum vel etiam in dicte Terre dispendium diutius differatur [c. 911], ecce quod de subcidiis per Ecclesiam pro prefato negotio faciendis, de consilio fratrum nostrorum et assensu omnium prelatorum regni Francie tunc in curia Romana presentium, sub modo et forma subscriptis duximus ordinandum : videlicet quod a p[er]sonis ecclesiasticis exemptis et non exemptis, cujuscumque status vel conditionis existant, magistro et fratribus sancti Johannis Jherosolimitani qui se et sua contra hostes fidei exponunt continue dumtaxat exceptis, de omnibus proventibus et redditibus ecclesiasticis regnorum et terrarum tuorum generaliter decima, per diocesanos infra suas dioceses absque invocatione brachii secularis, nisi aliud Sedes Apostolica processu temporis duxerit ordinandum, juxta consuetudinem et morem hactenus observatos[3], per quatuor annos a kalendis mensis julii proximo futuri continue numerandos, colligetur per terminos infrascriptos : videlicet medietas decime in instanti festo beati Martini yemalis, et alia medietas in festo Ascentionis Domini subsequenti, quam (*sic*) in loco tuto teneantur reponere et cum diligentia custodire, quas quidem decimas regie celsitudini ut facilius dictum negotium possit prosequi concedimus, si infra predictum festum beati Martini yemalis dictum negotium assumendum duxeris, infra dictum quadriennium personnaliter et realiter prosequendum, teque ac heredes tuos sub obligatione regnorum et bonorum tuorum omnium nec non et juramento prestito corporali juxta morem secundum quem consueverunt jurare reges Francie, per procuratores et nuntios speciale mandatum habentes sufficiens pro premissis complendis, te duxeris efficaciter obligandum, ac, in premissorum certitudinem pleniorem, super hiis patentes litteras regias sigillo regio sub cera viridi sigillatas fieri feceris Sedi apostolice assignandas. Et ne de moneta in qua decime predicte solutio fiet et fieri debebit imposterum hesitetur et ut vitentur gravamina que alias propter hoc viri ecclesiastici sunt perpessi, prefati prelati in solutione dicte decime quamlibet seu quaslibet monetas comuniter in terra in qua ejusdem monete solutio fuerit facienda, in eo valore quem obtinebant cum parvis turonensibus vel parisiensibus secundum cursum et extimationem comunem tempore quo solutio fiet, recipere tenebuntur, ita quod pretextu alterius cambii debitores et solutores decime non graventur. De emolumentis vero dictarum decimarum, cum, Deo preduce, pro dicto passagio incoandus fuerit apparatus, persone industrie et fideles, precipuum zelum habentes ad subcidium memoratum, que per Sedem deputabuntur eandem, secundum quod qualitas et opus ejusdem apparatus exegerit et juxta processum et incrementum apparatus hujusmodi, expensas necessarias illis quos tu deputaveris ministrabunt. Et si forte, quod absit, casu aliquo contingente, non fieret passagium memoratum, te, fili, ac heredes et successores predictos, virtute hujusmodi sponsionis et etiam juramenti, si forte ad dictam decimam manum extenderis, teneri volumus ad restitutionem eorum que receperis de decima supradicta, ita quod quicquid de ipsa converteris in proprios vel alios usus integraliter Romane Ecclesie restituere tenearis. Et si forte in galeis vel aliis vasis navalibus [in] predicte Terre subcidio expensas feceris de decima supradicta, et te, ut premittitur, non contingeret transfretare, galee et vasa et quecunque alia preparamenta facta fuerint de proventibus decime supradicte, assignentur Romane Ecclesie convertenda in subcidium Terre Sancte, ut nichil omnino ex ipsius decime proventibus in usus alios quam in dicte Terre subcidium convertantur. Volumus et quod, postquam passagium hujusmodi receperis in propria prosequendum persona et te ad id, ut premittitur, obligaveris, hujusmodi tuum sanctum propositum et fervens affectio que in predicti tam pii et laudabilis assumptione negotii h[ab]ere dinosceris, et oblatio quam super hoc fecisti nec non voluntas nostra et Ecclesie qui passagium hujusmodi, si Deus votis nostris annuat, summis desideriis affectamus, omnibus regibus et principibus ortodoxis, nec non universis prelatis, comitibus, baronibus, comunitatibus notificentur et etiam publicentur, illis dumtaxat exceptis qui, ratione vicinitatis, habent quasi continue cum Sarracenis et hostibus fidei vel etiam Ecclesie confligere et pugnare; et inducentur premissi et omnes et singuli, meliori modo quo fieri poterit, ut huic sancto negotio velint intendere, personalia et realia subcidia faciendo, prout ad statum et

facultatem cujuslibet pertinebit. Crux etiam universaliter predicabitur tam in tuis predictis quam aliis regnis et terris de quibus videbitur expedire. Preter hoc deputabuntur per Sedem predictam certe persone in omnibus regnis et partibus ad exigendum, levandum, colligendum et in certo et loco tuto ponendum omnia lega[ta] et relicta in testamentis seu ultimis voluntatibus occasione hujusmodi negotii transmarini. In singulis nichilominus ecclesiis singuli trunci concavi ponentur, certis clavibus consignati, in quibus oblationes et helemosine quas fideles in Terre Sancte subcidium fecerint reponantur, quorum omnium emolumenta ad arbitrium et ordinationem Ecclesie in subcidium dicti passagii convertentur; indulgentie quoque moderate et determinate dabuntur pro negotio memorato.

[c. 912]. Rursus nostra et fratrum nostrorum existit intentio quod indilate ordinetur et fiat particulare passagium per quod terris fidelium constitutis in partibus transmarinis, que multis periculis subjacent queque valde sunt necessarie passagio generali, debeat subveniri; ad quod, fili dilectissime, celeriter faciendum debet sublimitas tua tanto promptius animari et instantius reddi sollicita quanto, co[n]siderata vicinitate qua hostibus conjunguntur et aliis rationabilibus causis attentis, regnum Armenie et alie terre illarum partium que a fidelibus incoluntur, nisi celeriter occurratur eisdem, majoribus noscuntur diseriminibus subjacere. Cujus etiam particularis passagii, cum illud fuerit ordinatum, intendimus quod tu(i), fili, capitaneus esse debeas, que[m] quidem capitaneatum, obtentu Redemptoris nostri, pro fidelium predictorum salute, libenti et prompto affectu suscipere clementiam regiam in Domino requirimus et hortamur, quo recepto, illud exequeris per alium seu alios prout videris expedire[4]. Et postquam super apparatu et numero gentium necessariarum ad illius particularis passagii complementum inter te et Ecclesiam fuerit, auctore Domino, concordatum, ministrabuntur expense ad hoc necessarie per p[er]sonas quas celcitudo (*sic*) tua et nos deputabimus, ad apparatum hujusmodi faciendum tam de decimis duorum annorum levatis et receptis de tempore sexannalis que per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum fuerunt imposite in regno Francie pro dicte Terre subcidio in consilio Viennensi[5], quam de eo quod exigetur[6] et levabitur in dictis regnis, comitatibus et terris tuis de legatis et indulgentiis supradictis, ita quod, ultra hujusmodi decimas et subcidia que de legatis provenient memoratis Camera nostra in nullo remaneat obligata. Solutis autem expensis pro hujusmodi particulari passagio de decimis dictorum duorum annorum et aliis predictis subcidiis factoque computo et reddita ratione de illis, totum residuum reservabitur et in subcidium passagii in quo tua proficiscetur persona ad arbitrium Ecclesie convertatur. Ordinabimus etiam quod si, Domino annuente, in persona prop[r]ia te assumere et prosequi contingat negotium memoratum, singulis annis, quandiu pro prefato negotio fueris ultra mare, continuabitur tibi decima de regnis, comitatibus et terris tuis predictis, juxta dictum modum annis singulis colligenda tuisque et gentis tue usibus et necessitatibus pro dicto subcidio applicanda. Si vero, deliberatione prehabita pleniori, providentie regie videatur quod ad presens sit generale passagium, vel tale in quo tu personaliter transfretare deberes, quousque in melius disposita fuerint tempora, differendum, supradicta decimarum quadriennalium impositio et exactio cessabunt omnino, et, in talem eventum de majori particulari passagio ordinabitur, cujus etiam tu similiter capitane[at]um recipies et assumes, ad quem pro[m]pto suscipiendum affectu, obtentu Redemptoris ejusdem et pro salute fidelium, similiter te hortamur; et ad illud etiam per personas deputandas a nobis personis ad apparatum et executionem illius per tuam celsitudinem deputandis necessarie ministrabuntur expense, et cetera fient prout in consimili superiori articulo e[s]t premissum; et habebis etiam remissionem plenariam omnium peccatorum, hoc tamen addito quod, in hujusmodi casu ubi capitaneatum et curam istius particularis passagii recipies et exequeris ita quod de aliquo bono exinde proventuro spes probabiliter habeatur, pro sustentatione et continuatione dicti passagii imponentur per Ecclesiam in regnis, comitatibus et terris predictis due decime satis tempestive priusquam dicta subcidia concessa pro particulari passagio sint consumpta, quarum decimarum emolumenta celcitudini (*sic*) regie volumus

esse obligata ita quod, facto computo et reddita r[ati]one de expensis faciendis de illis pro dicto particulari passagio majori et potentiori, totum residuum reservetur in subcidium generalis passagii ad arbitrium Ecclesie convertendum, ut in superiori articulo ubi de alio particulari passagio agitur, est premissum. Dicte vero decime exigentur, colligentur et reponentur per modum superius pretaxatum. Dat. Avinione, nonis junii, anno quinto.

1. Cette lettre qui, dans le registre 111, porte le c. 908 et précède immédiatement celle que nous donnons ici, est dépourvue de date. Nous l'avons placée entre le 21 septembre 1319 et le 4 septembre 1320, et nous la publions plus haut, n° 1227.
2. *Sic*. Cette forme est constante dans le reste du document.
3. Reg. *observatis*.
4. Au sujet de ces projets d'expédition préliminaire, voyez n° 511, note 2 et n° 1488, note .
5. Voyez n° 23.
6. Reg. *exigitur*.

1263 Avignon, 8 juillet 1321.

Archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis, ut decimam omnium redditiuum ecclesiasticorum per provinciam Viennensem consistentium, illa parte quæ in regno Franciæ ultra Rhodanum existit dumtaxat excepta, per triennium impositam, Ecclesiæ Romanæ necessitatibus crescentibus, statutis terminis persolvant. (Reg. 71, cur. fol. 64, c. 190.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis.* Multe neccessitatis oneribus — Dat. Avinione, VIII idus julii, anno quinto. »

1264 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 64 v°, p. c. 190.)

1265 Avignon, 8 juillet 1321.

In. e m. archiepiscopo Lugdunensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 64 v°, p. c. 190.)

1266 Avignon, 8 juillet 1321.

Archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis, in e. m. ac archiepiscopo Ravennatensi[1] scribit ut decimam omnium redditiuum ecclesiasticorum provinciæ Bisuntinæ per triennium impositam, Ecclesiæ Romanæ necessitatibus crescentibus, statutis terminis persolvant. (Reg. 71, cur. fol. 64 v°, p. c. 191.)

« *In e. m. venerabilibus fratribus archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis, salutem.* Multe necessitatis oneribus — Dat. Avinione, VIII idus julii, anno quinto. »

1. Reg. 71, cur. fol. 64, c. 191.

1267 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 65, p. c. 191.)

1268 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 65, p. c. 191.)

1269 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis. (Reg. 71, cur. fol. 65, p. c. 191.)

1270 Avignon, 8 juillet 1321.

Archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per provinciam Tarantasiensem constitutis, in e. m. ac patriarchae Gradensi[1] scribit ut prædictam decimam persolvant. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

« *In. e. m. venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Tarantasiensi ejusque suffraganeis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis, rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cistertiensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Cartusiensis, Vallisumbrose, Camaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini et*

aliorum ordinum, ceterisque personis ecclesiasticis tam regularibus quam secularibus, exemptis et non exemptis, nec non et sancti Johannis Jerosolimitani, sancte Marie Theotonicorum et Calatravensis ac Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus eorumque loca tenentibus per Tarantasiensem provinciam constitutis, salutem. Multe neccessitatis oneribus — Dat. Avinione, VIII idus julii, anno quinto. »

1. Reg. 71, cur. fol. 65 v°, c. 192.

1271 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Bisuntino ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Bisuntinam provinciam constitutis. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1272 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Aquensem provinciam constitutis. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1273 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Ebredunensem provinciam constitutis. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1274 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Viennensem provinciam constitutis, illa parte quæ de regno Franciæ ultra Rhodanum existit dumtaxat excepta. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1275 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiaticis per Arelatensem provinciam constitutis, illa parte quæ de regno Franciæ ultra Rhodanum existit dumtaxat excepta. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1276 Avignon, 8 juillet 1321.

In e. m. archiepiscospo Lugdunensi ejusque suffraganeis et universis personis ecclesiasticis per Lugdunensem provinciam constitutis, illa parte quæ de regno Franciæ ultra Rhodanum existit dumtaxat excepta. (Reg. 71, cur. fol. 66, p. c. 192.)

1277 Avignon, 11 juillet 1321.

Ordinatio facta cum Bertrando, vicecomite Leomaniæ et Altivillaris, super ducentis millibus florenorum auri a Clemente V in pias causas relictorum. (Reg. 71, cur. fol. 60 v°, c. 177; — Arch. Vat., *Armarium* C, fasc. 8, n° 2; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 213, pars IV, n° 101; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 398, n° LXI; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. I, p. 231, n° 148.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Inter curas multiplices — Dat. Avinione, V idus julii, anno quinto[1]. »

1. Voyez, sur le même sujet, n° 1534.

1278 Avignon, 11 juillet 1321.

Eidem Bertrando licentiam de curia recedendi concedit. (Reg. 71, cur. fol. 61, c. 178; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 214, pars. IV, n° 102; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 402, n° LXII; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. I, p. 242, n° 150.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando, vicecomiti Leomanie et Altivillaris.* Dudum ex certis — Dat. Avinione, V idus julii, anno quinto. »

1279 Avignon, 11 juillet 1321.

Ordinatio cum eodem Bertrando super trecentis millibus florenorum auri a Clemente V in subsidium passagii ultramarini relictorum. (Reg. 71, cur. fol. 61, c. 179; — Arch. Vat., *Armarium* C, fasc. 8, n° 1; — Bib. nat., ms. lat. 4114, fol. 212, pars IV, n° 100; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 391, n° LX; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. I, p. 236, n° 149.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Terram Sanctam quam — Dat. Avinione, V idus julii, anno quinto. »

1280 Avignon, 22 juillet 1321

Abbati monasterii beatæ Mariæ de sancto Petro super Divam et collegis, executoribus constitutis, ut

Johannem, abbatem monasterii sancti Vigoris de Ceraseyo, ordinis sancti Benedicti, Bajocensis diocesis, quorumdam gravium criminum ratione, ad comparendum infra quadraginta dierum spatium citent. (Reg. 71, cur. fol. 59 v°, c. 173.)

« *Dilectis filiis.., beate Marie de sancto Petro super Divam et.., beate Marie de Valle, Sagiensis et Bajocensis diocesum, monasteriorum abbatibus, ac Grimerio de Palastrellis, canonico Bajocensi.* Cum frater Johannes — Dat. Avinione, xi kal. augusti, anno quinto. »

1281 Avignon, 22 juillet 1321.

Guillelmo, Trecensi, et Raymundo, sancti Papuli episcopis, ad Sabaudiæ et Dalphinatus partes nuntiis, quod possint imponere quibusvis religiosis quæcumque ad expeditionem negotiorum ipsis commissorum[1] viderint oportuna. (Reg. 71, cur. fol. 60, c. 174.)

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, Trecensi et Raymundo, sancti Papuli episcopis, Apostolice Sedis nuntiis.* Cum nos de — Dat. Avinione, xi kal. augusti, anno quinto. »

1. Il s'agit de la paix entre le comte de Savoie et le dauphin de Viennois (Voyez n° 1318).

1282 Avignon, 29 juillet 1321.

Aymericus de Cregolio Hugoni de Engolisma in cujusdam receptione decimæ subrogat. (Reg. 111, fol. 78 v°, c. 298; — Reg. 73, cur. fol. 25, c. 85.)

« *Aymerico de Cregolio*[1], *decano Colimbriensi.* Dudum dilectis filiis Guillelmo Gironde, decano Avinionensis et Hugoni de Engolisma, tunc preposito Claromontensis ecclesiarum, ac Petro Ricani, ejudem ecclesiæ Avinionensis sacriste, et Hugoni Gifredi, civi Avinionensis, pecuniam decime per felicis recordationis Clementem papam V, predecessorem nostrum, per sex annos in Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi, Viennensi, Bisuntina, Tarantasiensi et Lugdunensi provinciis, sicut in aliis partibus orbis imposite pro subsidio Terre Sancte in concilio Viennensi, collectam tunc a venerabilibus fratribus nostris Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi, Viennensi, Bisuntino, Tarantasiensi et Lugdunensi archiepiscopis eorumque suffraganeis et capitulis ecclesiarum suarum ac subcollectoribus deputatis ab eis et quibusvis aliis ad quos pecunia ipsius decime pervenisset, ac illius computum et rationem petendi, exigendi et recipiendi, ac ipsos de pecunia dicte decime quam reciperent ab eisdem quitandi et etiam absolvendi, illamque personis quas ad hoc deputaremus integraliter assignandi, eis omnibus aut dicto preposito una cum duobus ex aliis plenam concessimus facultatem[2]. Cumque dictus H. de Engolisma, nunc archidiaconus de Biliomo in ecclesia Claromontensi, alii[s] sibi per nos commissis negotiis occupatus, intendere comode nequeat ulterius ad premissa, nos, de tue circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, te in predictis omnibus et singulis eidem H. tenore presentium duximus subrogandum, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus circa ea sic prudenter et diligenter intendas, quod tuam exinde valeamus diligentiam merito commendare. Dat. Avinione, iiii kal. augusti, anno quinto[3]. »

1. Reg. 73 : *Cregolis.*
2. 30 juin 1319 (n° 901).
3. On lit en marge du reg. 111 : *attende dat.* C'est en effet par exception qu'une lettre de la cinquième année du pontificat figure dans ce registre.

1283 Avignon, 31 août 1321.

Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensi, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensi, ut bona de quibus Odo de Randeis, monachus Majoris Monasterii Turonensis, tunc prior prioratus sancti Martini in valle Carnotensi, a Mauritio[1] de sancto Paulo, ordinis Prædicatorum, inquisitore hereticæ pravitatis in regno Franciæ, et Guillelmo, decano ecclesiæ sancti Johannis Andegavensis ac Dracono, officiali et canonico Turonensi, criminis hæresis causa privatus fuisset, assignari faciant. (Reg. 71, cur. fol. 68 v°, c. 197.)

« *Dilectis filiis magistris Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensi, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensi.* Cum olim dilecti — Dat. Avinione, ii kal. septembris, anno quinto. »

1. Le texte porte *Martinus*, qui est une erreur. Il faut lire *Mauritius* qui est la forme constante (Voyez ci-après, n° 1284).

1284 Avignon, 1er septembre 1321.

Eisdem, ut de bonis dicti Odonis de Randeis solvant ducentas quadraginta libras tur. præfato Mauritio de sancto Paulo qui similem summam de proprio peculio ad prænominatum Odonem capiendum expenderat. (Reg. 71, cur. fol. 68 v°, c. 198.)

« *Eisdem.* Cum nos vobis — Dat. Avinione, kalendis septembris, anno quinto. »

1285 Avignon 22 février — 4 septembre 1321.

Rostagnum Dodons perpetuum capellanum in capella beatæ Mariæ de Bidarida, Avinionensis diocesis, nuper constituta instituit. (Reg. 74, cur. fol. 10 v°, c. 37; — Reg. Avin., t. XIX, fol. 509, c. 40.)

« *Dilecto filio Rostagno Dodons, perpetuo capellano capelle beate Marie de Bedarida*[1], *Avinionensis diocesis.* Digne agere credimus cum illis nostre provisionis gratiam aperimus quibus ad id propria merita et fidedignorum affirmata testimoniis suffragantur. Nuper siquidem Salvatoris nostri perfectissima caritate qua nichil reperitur gloriosus excitati, in castro Bidaride, Avinionensis diocesis, in loco ubi sinagoga extiterat hactenus Judeorum, dum ipsorum congregatio moraretur ibidem, ea funditus diruta, cappellam ad divini nominis laudem et gloriam, ac reverentiam et honorem precelse ac gloriosissime semper Virginis Dei genitricis Marie, domine nostre et aliorum civium supernorum, ut omni de loco ipso judaice superstitionis eliminata spurcitia, et domo Dei et orationis effecta, collaudaretur in ea magestas Altissimi, fecimus edificari de novo, eadem cappella ipsius beatissime Virginis glorioso et reverendo vocabulo insignita et demum ei dote congrua ad opus trium cappellanorum, quos in ea institui pro tempore contingeret, assignata[2], auctoritate apostolica statuentes ut iidem cappellani instituendi taliter in eadem perpetuis temporibus missarum sollemnia et alia in eadem cappella divina tam diurna quam nocturna celebrare simul officia, ac de bonis in dotem assignatis predictam in comuni vivere teneantur. Verum intendentes tibi premissorum obtentu gratiam facere specialem, te in perpetuum cappellanum auctoritate prefata in cappella instituimus supradicta, decernentes tibi fore de comunibus ejusdem cappelle proventibus, sicut uni ex aliis cappellanis ejusdem cappelle, integre respondendum, ac ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre institutionis et constitutionis infringere etc. Datum Avinione,... anno quinto[3]. »

1. *Bidarita* dans l'index du reg. 74.
2. 20 et 22 février 1321 (nos 1255 et 1256).
3. Les dates de jour et de mois manquent dans les deux registres, mais on voit que ce document est postérieur au 22 février 1321; d'autre part, étant daté de la cinquième année du pontificat, il est antérieur au 5 septembre de cette année. Notons cependant que les registres où il est transcrit sont consacrés aux lettres de la septième année.

1286 Avignon 22 février — 4 septembre 1321.

Bertrandum Lamberti perpetuum capellanum in eadem capella instituit. (Reg. 74, cur. fol. 10 v°, c. 37; — Reg. Avin., t. XIX, fol. 509, c. 40.)

« *Dilecto filio Bertrando Lamberti, perpetuo capellano capelle beate Marie de Bidarida, Avinionensis diocesis, salutem etc.* Digne agere credimus — Dat. ut supra. »

1287 Avignon [22 février — 4 septembre 1321].

Bertrandum de Narbona perpetuum capellanum in eadem capella instituit. (Reg. 74, cur. fol. 10 v°, c. 37; — Reg. Avin., t. XIX, fol. 509, c. 40.)

« *Dilecto filio Bertrando de Narbona, perpetuo capellano capelle beate Marie de Bedarida, Avinionensis diocesis, salutem etc.* Digne agere credimus — Dat. ut supra. »

ANNUS SEXTUS

1288 Avignon, 18 septembre 1321.

Henricum, dominum Soliaci, rogat Johannes papa XXII ut ipsum de statu et convalescentia Philippi, regis Franciæ, ac aliorum nonnullorum regiæ domus principum certiorem reddere studeat. (Reg. 111, fol. 1, c. 1.)

« *Dilecto filio nobili viro H., domino Soliaci, buticulario Francie.* Anxii de convalescentia carissimi filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, ac aliorum nonnullorum regie domus principum quos aliquali discrasia gravatos audivimus, habere certitudinem pleniorem, festine per nuntium festinum nobilitati tue litteras misimus nostras, requirentes et rogantes ut non differres nos super hiis reddere certiores. Sane quia nil satis sciscienti animo festinatur, sed moram ipsa ei celeritas representat, ideo cum de convalescentia plena adhuc non intellexerimus que obtamus, eo affectuosius quo sepius nobilitatem tuam requirimus et rogamus ut de regis ipsius statu, quem Omnipotens juxta suam magnificentiam prosperum faciat, sicut nos effici perobtamus, ac aliorum principum dicte domus, nos, omni cunctatione semota, cures reddere certiores. Dat. Avinione, XIIII kal. octobris, anno sexto. »

1289 Avignon, 18 septembre 1321.

Regi Franciæ, ut B[ertrando], vicecomiti Leomaniæ et Altivillaris, concedat licentiam extrahendi de regno Franciæ centum quinquaginta millia florenorum quæ dictus vicecomes in festo Omnium Sanctorum Cameræ apostolicæ, omni cessante diffugio, assignare tenetur. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 9.)

« *Regi Francie illustri.* Ad regiam, fili — Dat. Avinione, XIIII kal. octobris, anno sexto. »

1290 Avignon, 18 septembre 1321.

H[enricum], dominum Soliaci, rogat ut ad præfatam licentiam pro dicto vicecomite obtinendam partes suas interponat, eique de informatione convalescentiæ regis Franciæ gratias agit. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 10.)

« *H., domino Soliaci.* Sicut tua nobilitas — Dat. Avinione ut supra. »

1291 Avignon, 18 septembre 1321.

Guidoni Heliæ, ordinis Prædicatorum, ut ad Fulcaudum de Archiaco, Petragoricensem et Caturcensem senescallum, cum litteris apostolicis accedat pro pace inter Aymericum de Gordonio et Raterium de Castronovo reformanda. (Reg. 111, fol. 2. v°, c. 31 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 5. n° 161, extrait.

« *Guidoni Helie, ordinis Predicatorum.* Infausti rumoris assertione percepto quod humani generis inimicus, pacis emulus, zizanie seminator, jam dudum inter dilectos filios nobiles viros Aymericum de Gordonio[1], militem, et Ratherium de Castronovo, nepotem ejus, familiarem nostrum, occasione castri de Boffia et quorundam aliorum bonorum gravi commota materia questionis, licet per multos, multis viis ad hoc diligenter exquisitis, temptatum extiterit et super hoc adhibita diligentia studiosa ut hujusmodi questionis materia tractatu amicabili tolleretur[2], hostis tamen ipse sic hiis se imprudenter objecit quod illam terminari per tractatum hujusmodi nequiter impedivit[3], sed nec hiis hostis ipse contentus, adeo dissidentes eosdem dicitur commovisse quod decrevisse videntur ut nec per justitie semitas, nec per tractatus amicabiles hujusmodi questio terminetur, sed per cruentum duelli spectaculum et incertum, in quo Deus temptatur, improvide perit[4] justus, et impius frequenter extollitur, ac justitia, nescitur quo Dei oculto judicio, sepius naufragatur ; ex quo nonnunquam crescunt rancores inter multos nobiles et magnates, odia nutriuntur, vacatur insidiis, strages sequuntur[5] corporum, lapsus rerum et animarum pericula, quod est amarius deplorandum. Ideoque nos tantis malis occurrere cupientes, dilecto filio nobili

viro Fulcrando (*sic*) de Archiaco, Petragoricensi et Caturcensi senescallo, ad cujus officium pertinet suo commissos regimini ad pacem et concordiam revocare, litteras nostras duximus dirigendas per quas ipsum rogandum attentius duximus et hortandum ut sic inter predictos nobiles partes suas efficaciter interponat quod, via ipsius ommissa duelli in qua nullus eorum veraciter se dicere posset victorem cum, uno illorum victo, domui a qua uterque nobilium ipsorum dicitur processisse notabili imposita macula remaneret, per pacis semitas aut viam justitie hujusmodi questio sopiatur, ac inter nobiles ipsos, omni rancore sublato, pacis et concordie reformetur bonum sine quo quies animi haberi non potest, nec pax Dei que sine pace proximi non habetur. Et insuper nobilibus supradictis per litteras alias porrigimus preces nostras ut super hiis senescalli prefati consiliis et persuasionibus acquiescant. Verum quia vive vocis expressio mentes audientium efficacius excitat quam series litterarum, nos, de tua circumspecta prudentia plenam in Domino fiduciam obtinentes, te propter hoc ad prefatos senescallum et nobiles providimus destinandum. Quare discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, ad senescallum et nobiles antedictos accedens, nostris ipsis litteris presentatis, ac premissis et aliis diversis periculis ex prefati duelli spectaculo proventuris, et aliis de quibus juxta datam tibi a Deo prudentiam expedire videris ostensis eisdem, apud dictum senescallum, ut ad hoc partes suas efficaciter interponat, et apud nobiles ipsos quod, pro divina et Apostolice Sedis ac nostra reverentia suorumque profectuum et honoris augmento, hujusmodi nostris precibus et hortationibus dictique senescalli requisitionibus acquiescant, oportune instare studeas et etiam importune, si et prout videris expedire, illam super hiis vigilantiam impensurus quod, preter retributionis eterne premium quod de bonis operibus veritatis voce promittitur, nostram et Apostolice Sedis gratiam uberius merearis. Dat. Avinione, XIIII kal. octobris, anno sexto. »

1. Reg. *Condomio.*
2. Reg. *collocetur.*
3. Voyez, à ce sujet, nos 1184 et 1185.
4. Reg. *petit.*
5. Reg. *sequitur.*

1292 Avignon, 18 septembre 1321.

Fulcaudo de Archiaco, ut præfatos nobiles ad pacem inducat et eidem Guidoni Heliæ fidem adhibeat. (Reg. 111, fol. 5, c. 32; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 7, n° 162, non publié.)

« *Fulcaudo de Archiaco, Petragoricensi et Caturcensi senescallo.* Infausti rumoris as[s]ertione — Dat. ut supra proxime. »

1293 Avignon, 18 septembre 1321.

Aymerico de Gordonio, ut pacem cum Raterio de Castronovo, nepote suo, faciat Guidonique Heliæ, apostolico nuntio, fidem adhibeat. (Reg. 111, fol. 5 v°, c. 33.)

« *Aymerico de Gordonio, militi.* Infausti rumoris assertione — Dat. ut supra »

1294 Avignon, 18 septembre 1321.

In. e. m. Ratherio de Castronovo, familiari papæ. (Reg. 111, fol. 5, p. c. 33.)

1295 Avignon, 22 septembre 1321.

Fratribus ordinis Prædicatorum per Tolosanam provinciam constitutis licentiam locum in villa de Marsiaco, Auxitanæ diocesis, recipiendi et ibidem ecclesiam cum officinis ædificandi, Bonifatii papæ VIII et qualibet constitutione alia non obstantibus, concedit. (Reg. 111, fol. 6, c. 34; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 7, n° 163.)

« *Universis fratribus ordinis Predicatorum per Tholosanam provinciam constitutis.* Inter ceteros ordines — Dat. Avinione, x kal. octobris, anno sexto. »

1296 Avignon, 22 septembre 1321.

Religiosis Casæ Dei, Præmonstratensis ordinis, ne impedimentum aliquod præfatis fratribus ratione dictæ concessionis præstent. (Reg. 111, fol. 6, c. 35; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 9, n° 164.)

« *Abbati monasterii et conventui Case Dei, Premonstratensis ordinis,* [*Auxitane*][1] *diocesis.* Nuper dilectos filios fratres ordinis Predicatorum provincie

Tholosane favore specialis benivolentie prosequentes, eis recipiendi et edificandi locum ad opus fratrum ejusdem ordinis cum ecclesia et officinis, in villa de Marciaco, Auxitane diocesis, licentiam duximus concedendam. Cum autem vos certam partem temporalis dominii in dicta villa, sicut accepimus, habeatis, universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus dictis fratribus, in ejusdem loci receptione ac edificatione ecclesie et officinarum predictarum, nullum, etiam pretextu quarumcunque appellationum super hoc interjectarum ad Apostolicam Sedem, prestetis impedimentum vel obstaculum opponatis, presertim cum aliorum qui in dicta villa obtinent dominium temporale ad hoc accedat assensus, ipsique fratres de annuo convenie[n]ti censu et aliis juribus que ratione territorii ubi locum construi contigerit supradictum, ad dilectorum filiorum Assini de Rostagno, Tarviensis, et Guillelmi de Podenacio, sancti Stephani Agennensis ecclesiarum archidiaconorum arbitrium, aliis vestris juribus semper salvis, satisfacere congrue sint parati. Dat. ut supra. »

1. Le mot manque dans le registre. Il est facile à suppléer, l'index met d'ailleurs : *ejusdem diocesis.*

1297 Avignon, 22 septembre 1321.

Sancio, regi Majoricarum, quod ipse papa non intendit mittere nuntios ad præsentiam Philippi, regis Franciæ, super hiis quæ per Guidonem, Majoritensem episcopum, et G. de Rocabertino, familiarem Jacobi, regis Aragonum, præsentata sunt, cum non sint consonantia rationi et potius ad furorem inflamantia (Reg. 111, fol. 56, c. 216.)

« *Sancio, regi Majoricarum illustri.* Pacis commoda ex parte quidem nosce credimus nec prorsus dissensionum discrimina ignoramus. Scimus namque, Scriptura testante, quod illius in tempore parve res crescere, istius vero magne sunt dilabi consuete, nec ignoramus quod illius in tempore bene ac jocunde, utiliter ac delectabiliter vivitur, operibus pietatis licet vacare liberius, et saluti efficacius intendere animarum. Istius vero tempore, corpori quies subtrahitur, mens iniquis solicitudinibus occupatur, unitas scinditur caritatis, rancores crescunt, odia nutriuntur, pia negliguntur opera, insidiis intenditur et anime periculis variis exponuntur. Que cura pervigili et intenso sollicitudinis studio meditantes, desideranter appetimus pacem velut flumen in universos sancte matris Ecclesie filios, et precipue catholicos principes, declinare. Ad hoc votive labores nostros impendimus et libenter operam solicitam adhibemus. Sane, fili carissime, ne, more imperiti medici, mortifera pro salutaribus ministremus, summopere providere nos convenit ne, dum illam nutrire ac stabilire satagimus, ipsa sauciata, isti, quod absit, aperiatur janua et materia subintrandi ministretur, quod, procul dubio, subsequetur si in prosequendo modus conveniens negotio non servetur. Ad hec quia receptis tuis, fili carissime, litteris, nobis per venerabilem fratrem nostrum Guidonem, Majoritensem episcopum, ac carissimi in Christo filii nostri Jacobi, regis Aragonum illustris, per dilectum filium nobilem virum G. de Rocabertino, militem, suum familiarem et consiliarium presentatis, per quas tu episcopo, et rex prefatus militi petebatis fidem credulam adhiberi, ac audita ipsorum credentia quam continet cedula presentibus interclusa[1], deliberatione cum nonnullis ex nostris fratribus, zelatoribus dicte pacis, super contentis in ea prehabita diligenti, visum est nobis et ipsis nullatenus expedire quod, pro prosequendis contentis in dicta credentia, nostrum nuntium cum tuo et dicti regis nuntiis ad carissimi filii nostri Philippi, regis Francie et Navarre illustris, presentiam destinemus, cum multa contineantur in illa que nequaquam sunt pacem provocantia, sed potius iram incitantia et inflamantia ad furorem. Rursus miramur, fili, nec sufficimus admirari cum alias, in tui consilii presentia, tue prudentie duxerimus suadendum ut, ad unanimitatem et pacem conservandam inter te et regem predictum, te, genitoris tui clare memorie inherendo vestigiis, explosis quibuscumque suasionibus contrariis, coaptares, quominus ab illo proposito, in quo tunc remansisti, si recolis, sic faciliter recesisti (*sic*). Utinam, fili vires tuas dictique regis prudentius metireris! Utinam hujusmodi rei quam concepisse videris, attenderes exitum diligenter! Utinam situm terre harum partium ac tuos valitores contra ipsum, expensas et alia guerrarum

discrimina ad memoriam revocares! Profecto, fili, si hec deduxeris in consistorio et examinaveris debite rationis, fidelis suscipies verba patris qui tibi salubria loquitur tuumque, non suum, principaliter comodum in hac parte venatur. Crede igitur, fili, patri et, verbis ampulosis ommissis, loquaris sicut vassallus domino debet loqui, sicut consanguineus tali consanguineo, prosequaris tuam justitiam humiliter, sicut decet. Nos enim parati sumus, si viam illam sequi decreveris, regi predicto cariores litteras quas poterimus et sufficientes ordinare, destinare nuntios pro tua justitia consequenda, et, si hoc feceris, forsitan viam aliam Dominus ministrabit per quam tuis desideriis plenius satisfiat. Considera, fili, considera quid intendis, considera quid proponis, viam pariagii excludis que ad pacem finalem magis expedibilis videbatur. Adicis in viam scambii tibi dandi quod id, quod tibi daretur in scambium, extra regnum Francie poneretur, quod nedum difficile, sed impossibile videtur posse multis sapientibus optinere. Ponit rex Aragonum predictus locum Montispesulani et baroniam extra fines regni Francie citos (*sic*) esse. Allegat scambium non tenere quia consensus Sedis Apostolice a quo (*sic*) tenebat locum predictus episcopus Magalonensis, in permutatione facta cum rege Francie per dictum episcopum, minime intervenit, et tamen nullus predecessorum nostrorum de permutatione hujusmodi est conquestus. Considera fili, si hec sunt tanto principi in possessione existenti taliter proponenda, et quantum ejus animum, si proposueris, irritare poteris, et inde obtinere valebis. Datum x kal. octobris, anno sexto. »

1. Voyez ci-après, n° 1298, note 2.

1298 Avignon, 22 septembre 1321.

Jacobo, regi Aragonum, de eisdem. (Reg. 111, fol. 56 v°, c. 217.)

« *Jacobo, regi Aragonum.* Cognoscentes ex parte pacis commoda, nec prorsus dissensionum discrimina ignorantes, illam in universis Sancte matris Ecclesie filios et precipue catholicos principes[1] declinare velut flumen desideranter appetimus, istis prorsus ab eorum finibus relegatis. Ad hec utique procuranda votive labores impendimus et prompte studiosam operam adhibemus. Sane, ne more imperiti medici, pro salutaribus mortifera ministremus, summopere providere nos convenit ad quem finem possunt perducere que suscipimus presertim inter principes procuranda. Ideoque receptis tuis, fili carissime, litteris, nobis per dilectum filium nobilem virum G. de Rocabertino, militem, familiarem tuum et consiliarium, ac carissimi in Christo filii nostri regis Majoricarum illustris, per venerabilem fratrem nostrum Guidonem, Majoritensem episcopum, presentatis, per quas tu dicto militi, et rex predictus episcopo fidem adhiberi indubiam petebatis, auditaque credentia utriusque quam continet cedula presentibus [interclusa], nec non et super ea deliberatione cum nonnullis ex nostris fratribus, zelatoribus dicte pacis, prehabita diligenti, propter multa que in eis vidimus contineri que ad pacem non dirigunt, sed potius disponunt ad discordias et inducunt, nobis et ipsis visum est nullatenus expedire pro talium prosecutione nos nuntios cum tuis et dicti regis Majoricarum nuntiis ad carissimi filii nostri regis Francie illustris presentiam destinare. Sed si rex Majoricarum predictus justitiam suam, sicut vassallus cum domino et consanguineus cum tali consanguineo, velit prosequi, nos, spretis expensis et laboribus non vitatis, sumus parati nuntios et litteras ad dictum regem mittere, et instanter instare ut ipsam, absque cunctatione, debeat realiter obtinere, ac, pro pace finali convenienti perpetuo duratura, studiosam et efficacem operam adhibere; quod ut faciat rex predictus, decere credimus tuam magnificentiam et efficaciter laborare, presertim cum, antequam inter te et ipsum firmata pacis fuissent federa, ad hoc se paratum et dispositum exhiberet. Dat. ut supra proxime.

Sequntur tenores cedularum in prescriptis litteris inclusarum. Sciendum tamen quod in littera regis Aragonum non fuit inclusa presens cedula in latino scripta, sed relique due in vulgari[2]. »

1. Reg. *catholicus princeps.*
2. N°s 1299-1301. Ces documents sont plutôt les instructions qui furent données aux envoyés des rois de Majorque et d'Aragon. La lettre de créance donnée au représentant de ce dernier ne se trouve pas dans le registre du Vatican (Voyez n° 1301, note 1).

1299 [1321, *avant le 22 septembre.*

Cedula in littera prædicti regis Majoricarum inclusa [Informatio[1] *tradita Guidoni, Majoritensi episcopo, ejusdem regis nuntio].* (Reg. **111**, fol. 56 v°, c. 218.)

« Pater sancte, dominus meus rex Majoricarum, volens evitare scandala que ex proposito coram Sanctitate Vestra negotio per nobilem Geraldum de Rocabertino[2] et me contingere possent, quod absit, cogitavit viam quam S[anctitati] V[estre] in secreto per me voluit explicari; nam in hiis vel aliis non vult nec intendit facere aliud quam Vestra Sanctitas duxerit ordinandum. Verum est tamen quod olim, Pater Sancte, diversi tractatus pariagii facti fuerunt inter dominum Philippum, regem Francie quondam, et dominum..., regem Majoricarum quondam, et etiam temporibus vestris, ut scitis, inter dominos reges Francie et Majoricarum nunc regnantes, seu nuntios eorumdem, quos quidem tractatus dominus meus rex Majoricarum nunc significavit domino regi Aragonum, qui[a] nullo modo consentiret alicui pariagio nec consuleret fieri ullo modo, cum dominus meus rex meliori titulo non possit tenere Montempessulanum quam modo teneat, et etiam quia esset contra jus suum dictarum substitutionum in alia cedula expressarum, et sic dominus meus rex nullatenus contra consilium et voluntatem suam faceret aliquod pariagium, nec posset etiam ratione dictarum substitutionum, nec etiam, ratione pariagii Montispessulani, cessarent scandala que possent contingere ratione baronie que tene(n)tur in feudum pro domino rege Aragonum, in qua baronia inferuntur cotidie gravamina et novitates, propter que, si dominus rex Francie nollet ponere negotia in manu vestra vel communium personarum, dominus meus rex cogitavit hanc viam : quod dominus rex Francie haberet ex integro villam Montispessulani et baroniam, que infra breves annos valerent sibi bene XL milia librarum in redditibus, et sunt bene ibi octuaginta milia hominum et ultra, et quod dominus rex Francie daret inde recumpensationem domino meo regi in baroniis et aliis castris et bonis juxta terram Rossilionis et dominationem super duodecim milia hominum, tam propriorum quam feudatariorum et aliorum ipsius domini regis Francie, que tamen poneret omnia extra regnum Francie et essent de regno et terris domini mei regis Majoricarum, et etiam daret inde sibi redditus et pecuniam congruentem prout, pro recta recumpensatione fienda, recta ratio et justitia suaderet. Et debetis scire, Pater Sancte, quod jam hec hactenus fuerunt tractata, sed pro parte domini mei regis Majoricarum fuit tantum petitum quod minus domino regi Francie videbatur, nam petebatur quicquid erat ultra fluvium qui Aude dicitur, usque ad terram domini mei regis Majoricarum, ubi sunt bene quadraginta milia hominum, sed nunc dominus meus rex descendit sic ad modicum, quod cogitare potestis quod dominus meus rex vult omnino vitare, quantum inest, scandala futura[3]. »

1. Pour ce terme, voyez ci-après n° 1301, note 1.
2. Reg. *Rocabrunno.*
3. Nous ne pouvons préciser la date de ce document comme nous le faisons pour celui qui fut donné au représentant du roi d'Aragon (n° 1301), mais il est évident qu'il est antérieur à la lettre du pape (n° 1298) où il se trouvait renfermé.

1300 [1321, *avant le 22 septembre.*

Cedula in littera prædicti regis Aragonum inclusa. (Reg. **111**, fol. 57, c. 219.)

« Saint Pare, entre lo seignor rei d'Arago et mon seignor lo rei de Malorches[1] et par la gracia de Deu — en aquesta guisa empero que entratant nos salsen alscus greuges et noveletatz[2]. »

1. Il s'agit donc ici de l'envoyé du roi de Majorque.
2. Pour la date, voyez ci-dessus, n° 1299, note 3.

1301 29 *août* 1321.

Cedula altera in dicti regis Aragonum littera inclusa [Informatio[1] *tradita Geraldo de Roccabertino, ejusdem regis nuntio].* (Reg. **111**, fol. 57 v°, c. 220.)

« Saint Pare, la Vostra Sanctitat sap lo gran et bon dote que es entre mon senyor lo rey d'Arago e el rey de Malorcha, e pot saber[2] — la concordia dels ditz reys[3].

Item, sant Pare, que Monpeler ne la baronia,

segon qu'el rey d'Arago n'es enformat — sia gran tort.

Item, saint Pare, si s deya per part del rei de Fransa — usar de res.

Item, sant Pare, si l'rey de Malorcha — ne y sabe res[4]. »

1. Ce terme est celui qui figure dans le titre d'un document plus étendu où se retrouvent les articles reproduits dans le registre du Vatican et qui a été intégralement publié par Lecoy de la Marche (*les relations politiques de la France avec le royaume de Majorque*, t. I, p. 488, doc. n° XLVI, d'après le registre de Jacques II, n° 338, fol. 79, conservé aux Archives de Barcelone).

Ce document renferme la lettre de créance donnée à Gerald de Rocaberti, suivie des instructions qu'il reçut : « *Sequitur forma littere credentie ad dominum Papam. Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri ac domino, domino Johanni, etc. Super negotio quamplurimorum. — Datum in villa Perpiniani, quarto kal. septembris, anno Domini M. CCC. XX. primo. — Sequitur informatio, tradita dicto Geraldo de Rochabertino :* Asso es ço que el noble En Gueral de Rochaberti per part del senyor d'Arago deu dir al senyor Papa, feta la recomendacio et la reverencia sobr el fet de Muntspeler et de la baronia. Primerament li diga com la Sua Sanctitat sab la gran etc. »

2. Les passages supprimés ici se retrouvent, *mutatis mutandis*, dans le texte publié par Lecoy de la Marche et dont nous donnons l'*incipit* dans la note précédente.

3. Il manque ici un article, suivant le texte précité.

4. Comme l'a fait Lecoy de la Marche, nous donnons, à ces instructions la date que porte la lettre de créance.

1302 Avignon, 22 septembre 1321.

Sancio, regi Majoricarum, ut castrum de Mosseto, Guillelmo[1] Amalrici, vicecomitis Narbonensis filio, restituat. (Reg. 111, fol. 58, c. 221.)

« *Sancio, regi Majoricarum illustri.* Dudum preces nostras — Dat. Avinione, x kal. octobris, anno sexto. »

1. Reg. *Guilhalmoto.*

1303 *Narbonne, 5 avril* 1321.

Instrumentum traditionis ejusdem castri a præfato Guillelmo prius facta. (Reg. 111, fol. 58 v°, c. 222.)

« Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, domino Philippo, Francie rege et Navarre regnante, nonis aprilis, noverint universi et singuli quod Laurensonus Placensor, cursor illustrissimi principis domini regis Majoricarum, existens in mei, notarii, et testium infrascriptorum presentia, coram nobili Guillelmo de Narbona, presentavit eidem quasdam patentes litteras prefati domini regis Majoricarum ejusque sigillo cereo in dorso earum, ut prima facie apparebat, sigillatas, quas per me notarium infrascriptum coram eodem perlegi fecit, quarum tenor sequitur sub hiis verbis :

Sancius, Dei gratia rex Majoricarum, comes Roncilionis et Siritanie et dominus Montispessulani, nobili Guillelmeto (*sic*) de Narbona, salutem et fidem promissam inviolabiliter observare. Vos tenore presentium requirendum duximus et monendum ut ex sacramento, fidelitate et homagio quibus astrictus estis, detis et tradatis nobis seu militi deputando a nobis, potestatem completam de castro de Mosseto et ejus terminis et pertinentiis universis quod tenetis a nobis in feudum. Dat. Perpiniani, iiii nonas aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo.

Quibus perlectis, predictus cursor requisivit prefatum Guillelmum de Narbona ut contenta in dictis litteris regiis adimpleat cum effectu, requirens dictus cursor de premissis sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum ; et incontinenti prefatus Guillelmus de Narbona ad predicta respondit ut sequitur. Ad que dictus nobilis Guillelmus de Narbona, visis dictis litteris et humiliter receptis per eundem, dixit et respondit quod ipse ignorat et ignorare potest consuetudines Barchinonenses, veruntamen ipse Guillelmus, tamquam humilis et fidelis vassallus prefati domini regis, et qui specialis dilectionis fervore tamquam ille qui linea sanguinitatis sibi junctus est, vult suis jussibus obedire, dixit et obtulit se paratum dictam potestatem dicto domino regi completam tradere, salvo tamen ac protestato et sibi reservato jure quod si de jure, juxta concessionem dicti domini regis sibi factam de dicto castro vel secundum dictas consuetudines, ad tradendum dictam potestatem non teneatur, habeatur traditio hujusmodi pro non facta, nec sibi valeat per hoc aliquod imposterum prejudicium generari, dans in mandatis tenore hujusmodi instrumenti nobili B. de Sono, militi, locum suum tenenti, et bajulo dicti castri vel ejus locum tenenti, et Ademario de Mosseto, suo feudatario, et eorum cuilibet et aliis

ipsius Guillelmi subditis quorum interest vel interesse potest, ut dictam potestatem completam de dicto castro de Mosseto et ejus terminis et pertinentiis universis tradant dicto domino regi, nomine ipsius nobilis Guillelmi de Narbona, aut militi quem dictus dominus rex ad hoc duxerit deputandum, juxta continentiam suarum litterarum predictarum, salva et sibi reservata protestatione prédicta, supplicans nichilominus dictus nobilis Guillelmus de Narbona dicto domino regi et ejus regie celsitudini et eandem requirens ut fidem seu vicem quam dominus tenetur servare suo vassallo inviolabiliter observet eidem, et cum dictam potestatem tenuerit secundum consuetudines supradictas, dictum castrum eidem Guillelmo, suo vassallo humili, restituat libere et absque diminutione quacunque, cum suis juribus et pertinentiis universis, et in eis ipsum conservet, defendat, manuteneat, ut dominus tenetur suum vassallum manutenere, conservare et etiam defensare, requirens de premissis idem nobilis Guillelmus de Narbona sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum, et inseri et continuari cum instrumento presentationis litterarum dicti domini regis antedicrum. Acta fuerunt hec Narbone, in palatio vicecomitali, presentibus magistris Francisco Dominici, Bernardo Foisseti, jurisperitis, Berengario Arnaldi, domicello, domino de Monterotundo, magistro Raynaldo de Deo, notario, Hugone de Canavellis, Bernardo Rubei, domicellis, B. Blancardi, fusterio, Bernardo de Sancto Guillelmo, tinctore, civibus Narbonensibus, et me Guillelmo Cathalani, cive Narbonensi, auctoritate regia et vicecomitali Narbonensi publico notario, qui hec omnia in nota requisitus et rogatus recepi, sed vice mea Petrus Guillelmi Terradas, eadem auctoritate regia et vicecomitali Narbone publicus notarius, hec omnia predicta hic scripsit. Ego idem Guillelmus Cathalani, auctoritate regia et vicecomitali publicus Narbonensis notarius, hic me subscribo et signum meum hic appono. »

1304 Avignon, 24 septembre 1321.

Treugas usque ad unum annum duraturas inter Ludovicum de Sabaudia et comites de sancto Martino ac de Castro Monte indicit. (Reg. 73, cur. fol. 2, c. 11; — Reg. Avin., t. XVII, fol. 401, c. 11.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Perduxit ad nos infausti rumoris assertio quod ille qui malorum est cunctorum incentor, pacis hostis satorque discordie, inter dilectos filios nobiles viros Ludovicum de Sabaudia, ex parte una, et comites de Sancto Martino ac de Castro Monte, ex altera, adeo gravis discordie materiam suscitavit quod idem Ludovicus prefatos comites per dilectum filium Guillelmum de Riparolio, militem, diffidavit, propter quod nos, periculis animarum, personarum excidiis et dispendiis facultatum que, nisi premissis celeriter occuratur, timentur verisimiliter proventura, congruis remediis obviare paterne diligentie studiis intendentes, auctoritate apostolica inter Ludovicum et comites antedictos et eorum quemlibet treugas que pacis inducunt ymaginem usque ad unum annum, a die notificationis seu publicationis earum numerandum, in antea duraturas indicimus, et in Ludovicum et comites antedictos, et eorum quemlibet omnesque ipsorum et cujulibet eorum adjutores, valitores, consiliarios, fautores, sequaces et adherentes, eisdem, treugas infringentes easdem vel etiam non servantes, excommunicationis sententiam quam a die notificationis seu publicationis treugarum ipsarum suum effectum sortiri volumus promulgamus, ipsorumque terras, castra et loca ecclesiastico subicimus interdicto, non obstante — Dat. Avinione, VIII kal. octobris, anno sexto. »

1305 Avignon, 24 septembre 1321.

In e. m. Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, Apostolicæ Sedis legato, ut prædictas treugas publicet. (Reg. 73, cur. fol. 2, p. c. 11.)

1306 Avignon, 26 septembre 1321.

Guillelmo, archiepiscopo Senonensi, de receptione Johannis Godarda, capellani ejus, et de exauditione supplicationum ab eodem capellano exhibitarum (Reg. 111, fol. 1. c. 2.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Senonensi.* Fraternitatis tue litteras devotionis plenitudi-

nem quam ad nos et Ecclesiam Romanam sinceris geris affectibus pretendentes, per dilectum filium Johannem Godarda, capellanum tuum, a te missum pro visitanda Sede Apostolica, ut teneris, nostro apostolatui presentatas solita benignitate recepimus, et que nobis ex parte tua dictus capellanus exponere voluit intelleximus diligenter, per quem de tue prosperitate persone ac Senonensis et comprovincialis ejus ecclesie obtata tranquillitate rumoribus auditis placidis, in Domino congaudemus. Verum quia de statu nostro quem fore felicem te semper non ambigimus exoptare, per eumdem capellanum a nobis reddi certiorem petiisti, scire te volumus quod licet homo noster interior confluentibus undique incessanter negotiis, nunc prosperis, nunc adversis, laboribus variis et anxietatibus continuis exponatur, homo tamem exterior divinę bonitatis suffragio corporali sospitate letatur. Supplicationes autem tuas per prefatum capellanum tuum nobis exhibitas occulis respeximus gratiosis, et illas quas honeste et secundum Deum potuimus, ad favorabilis exauditionis gratiam duximus admittendas, sicut idem capellanus tibi referre poterit et tu etiam videre poteris per effectum. Dat. Avinione, VI kal. octobris, anno sexto. »

1307 Avignon, 26 septembre 1321.

Petrum, a monasterio sancti Sergii, ordinis sancti Benedicti, Andegavensis diocesis, ad monasterium Montis Olivi transfert. (Reg. 111, fol. 95, c. 376.)

« *Petro, abbati monasterii Montis Olivi, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis.* Monasterio Montis Olivi — Datum Avinione, VI kal. octobris, anno sexto. »

1308 Avignon, 26 septembre 1321.

Amadeum, ecclesiæ Tullensi in episcopum præficit. (Reg. 117, fol. 95, c. 377.)

« *Amadeo, electo Tullensi.* Ecclesia Tullensi nuper — Datum Avinione, VI kal. octobris, anno sexto. »

1309 Avignon, 9 octobre 1321.

Philippo, regi Franciæ, a mortis periculo liberato, de convalescentia congaudet. (Reg. 111, fol. 1, c. 3.)

« *Philippo, regi Francie.* Ab illo, fili carissime, qui vulnerat et medetur, quique solus potest perdere ac salvare, te visitatum pie ac castigatum hiis diebus audivimus et a mortis periculo liberatum, suo sancto servitio, gentisque tibi commisse regimini ac defensioni Ecclesie sue sancte misericorditer preservatum; et quia verisimiliter extimamus visitationem hujusmodi saluti corporis profuturam, desideranter appetimus ut et cum beato Job possis dicere ipsum sua visitatione tuum spiritum custodisse, pro quo sibi gratias exsolvimus jugiter quas valemus. Dat. Avinione, VI idus octobris, anno sexto. »

1310 Avignon, 9 octobre 1321.

Eidem regi terminum acceptandi ordinationem negotii passagii transmarini usque ad proximum festum Purificationis beatæ Mariæ prorogat. (Reg. 111, fol. 1, c. 4.)

« *Eidem regi.* Licet, fili carissime, secundum ordinationem quam super negotio passagii transmarini, ad quod assumendum et prosequendum zelus fidei et Terre Sancte compassio tuum excitasse et accendisse videntur affectum, de consilio fratrum nostrorum, certo modo fecisse recolimus et eam per nostras litteras celsitudini regie destinasse, infra proximum futurum festum beati Martini haberet nobis regalis providentia respondere, utrum videlicet uno vel alio modo dictum negotium acceptares, tamen, sicut nuper nobis significare curasti, tum quia dictum negotium est magnum et arduum et cum magna maturitate firmandum, tum propter alias rationabiles causas, super eo nondum deliberare plenarie potuisti, propter quod nobis pro parte tua extitit supplicatum ut dictum terminum beati Martini adhuc prorogare usque ad proximum futurum festum Purificationis beate Marie Virginis curaremus. Nos igitur supplicationibus hujusmodi, suadentibus rationabilibus causis, de dictorum fratrum consilio benignius admittentes, usque ad dictum festum Purificationis predictum terminum prorogamus, ita tamen quod infra prefatum terminum Purificatio-

nis ejusdem, nobis circumspectio regia omnino respondeat quid super acceptatione ordinationis predicte disposuerit peragendum, modis et conditionibus observatis sub quibus in dicto festo beati Martini nobis fuerat per serenitatem regiam respondendum. Dat. Avinione ut supra proxime[1]. »

1. Voyez au sujet de la Croisade, n° 1683, note 1.

1311 Avignon, 9 octobre 1321.

Eidem regi P[etrum], episcopum Meldensen, qui pro certis suis et ecclesiæ suæ negotiis ad præsentiam regalem accedit, commendat. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 5.)

« *Eidem regi.* Venerabilem fratrem nostrum. — Dat. Avinione, VII idus octobris, anno sexto. »

1312 [Avignon, 13 octobre 1321 ?]

Eidem regi, ut quamdam sententiam ad delationem Mathei de Curtibus Jumellis[1] contra consules et populum Montisalbani promulgatam moderet. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 6.)

« *Eidem regi.* Illa per que tronum roborari regium novimus fiducialiter serenitati regie suademus et quia, inter alia, juxta sapientis [eloquium][2], clementia roboratur, qua egere dilecti filii consules et populus Montisalbani se asserunt, super mitigatione gravis et importabilis regie sententie condempnatorie contra ipsos ad delationem Mathei de Curtibus Jumellis, ut dicitur, promulgate, confidenter pro ipsis munificentie regie preces nostras offerimus, ipsam suppliciter deprecantes ut ipsis sinum sue dignetur misericordie pandere, sententiam prefatam taliter moderando quod illis fiat portabilis tuque proinde, fili carissime, a rege regum misericordiam merearis assequi, quam inmisericordibus denegat, et misericordibus ipsa veritas repromittit[3]. »

1. *Gimellis*, dans le registre du Parlement mentionné ci-dessous, note 3, quoique l'éditeur ait lu et imprimé *Gemellis*.
2. Le mot manque dans le registre. Le pape cite ici le passage du livre des Proverbes (ch. xx, v. 28) : *Roboratur clementia thronus.*
3. L'arrêt visé dans cette lettre, concernant la juridiction municipale des consuls de Montauban, fut rendu le 10 septembre 1321, sous réserve spéciale des droits de l'évêque : « *Per presens autem judicatum non est intentionis nostre curie quod aliquod prejudicium generetur episcopo vel ecclesie Montis Albani in jure suo, si quod habeat, in premissis vel aliquo premissorum, super quo ipse audietur quando aliquid petere voluerit. Et vocato super hoc procuratore nostro in Parlamento nostro Parisius, ipsoque in deffensionibus nostris audito, fiet super hiis justitie complementum.* » E. Boutaric, *Actes du Parlement de Paris*, t. II, p. 386, n° 6502 ; voyez aussi p. 482, n° 6971, et p. 485, n° 6988, en corrigeant la référence donnée dans ce dernier, au lieu de *Jugés*, il faut lire : *Greffe* I, fol. 174ro). Les quatre lettres que nous donnons ici (nos 1312-1315) se rapportent vraisemblablement à la même affaire, et nous croyons pouvoir leur attribuer la même date.

1313 [Avignon, 13 octobre 1321.]

Eidem regi G[uillelmum], Montisalbani episcopum, ejusque negotia commendat. (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 7.)

« *Eidem.* Venerabilem fratrem nostrum G., episcopum Montisalbani, qui pro ecclesia predicta habet, fili carissime, cum regia celsitudine aliqua expedire, regie benivolentie plenis affectibus commendamus, serenitatem regiam attentius deprecantes quatinus eorum jura illibata faciat observari, oppressionibus et injuriis, si que ipsis super hiis forsitan fuerint irrogate, absque morosis dilationibus revocatis, ut proinde preter eterne retributionis premium quod oppressis subvenientibus veritas repromittit, a nobis laudis preconium assequi merearis[1]. »

1. Cette lettre a évidemment la même date que la suivante.

1314 Avignon, 13 octobre 1321.

H[enrico], domino Soliaci, de eodem (Reg. 111, fol. 1 v°, c. 8.)

« *H., domino Soliaci.* Habet venerabilis frater noster G., episcopus Montisalbani, aliqua pro sua ecclesia cum excellentia regia expedire, quem toto cordis affectu tue benivolentie commendantes, nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus, pro ejus expeditione celeri et felici, velis, contemplatione rogantis, opem efficacem et operam adhibere. Dat. Avinione, III idus octobris, anno sexto. »

1315 Avignon, 13 octobre 1321.

In e. m. Johanni « Cerchamont[1] », decano Pictavensi, regis Franciæ cancellario. (Reg. 111, fol. 1 v°, p. c. 8.)

1. L'orthographe de ce nom est variable dans le registre du Vatican. Le sceau de ce personnage, conservé aux

Archives nationales porte, comme le document auquel il est appendu, la forme *Cerchemont* (J. 634, n° 8 ; cf. Douet d'Arcq, *Inventaire de la collection des sceaux des Archives de l'Empire*, t. I, n° 204). C'est aussi la forme que nous présentent d'autres documents et, par conséquent, celle que nous devons adopter (Arch. nat., JJ. 64, fol. 45 v°, n° 87; fol. 415, n° 713; — JJ. 65[b], fol. 23, n° 88 ; — JJ. 66, fol. 13 v°, n° 46 ; fol. 404, n° 962 ; fol. 465, n° 1088 ; — KK. 2, fol. 174 v°). Notons cependant que dans JJ. 65[a], fol. 166, n° 258, on trouve *Cherchamont* et *Cerchamont*.

1316 Avignon, 19 octobre 1321.

Hugonem Dalphini, dominum Fucignaci, ad patientiam hortatur. (Reg. 111, fol. 77, c. 292.)

« *Hugoni Dalphini, domino Fucignani* (sic). Qu[i]busdam, fili, molestiis corporalibus te gravari ac quibusdam mentalibus te affligi non absque grandi compassione au[di]vimus. Sane, fili, si diligenter fructum molestie corporalis consideres, illam profecto debes cum gaudio sustinere, ex eo enim te Dei filium potes agnoscere, quo te dignatus est castigare ; nisi enim tibi hereditatem eternam velut filio dare disponeret, profecto te erudire per molestias non curaret. Hinc est quod ipsa veritas dicit : ego quos amo arguo et castigo. Noli ergo, fili, ne(c)gligere disciplinam, neque, cum ab eo argueris, fatigeris — De mentalibus autem molestiis, ut ipsas cures deponere suademus ; nos enim, ut Dalphinatus negotia imposterum procedant consultius et super pace cum illius emulis reformanda, intendimus operosum studium adhibere[1]. Dat. Avinione, xiii. kal. novembris, anno sexto. »

1. Voyez ci-après n° 1318.

1317 Avignon, 23 octobre 1321.

Johannem monasterio Balmensi, ordinis sancti Benedicti, Bisuntinæ diocesis, per Symonis, olim ejusdem monasterii abbatis, in Ambianensem episcopum promotionem vacanti et ad dispositionem apostolicam spectanti, in abbatem præficit. (Reg. 111, fol. 94 v°, c. 375.)

« *Johanni, abbati monasterii Balmensis, ordinis sancti Benedicti, Bisuntine diocesis.* Nuper monasterio Balmensi — Dat. Avinione, x kal. novembris, anno vi. »

1318 Avignon, 23 octobre [1321].

Archiepiscopo Viennensi, ut Amedeum, Sabaudiae comitem, et Henricum, electum Metensem, Dalphinatus gubernatorem, eorumque adjutores ad treugarum inter ipsos indictarum observationem inducat. (Reg. 111, fol. 77, c. 291.)

« *Archiepiscopo Viennensi.* Cum inter dilectos filios nobiles viros Amadeum, comitem Sabaudie, ac filios ejus, et Ludovicum de Sabaudia et Imbertum, dominum Bellijoci, adjutores, valitores ejusdem comitis, ex parte una, et Henricum, electum Metensem, gubernatorem Dalphinatus, Guigonem, dalphinum Viennensem, Hugonem Dalphini, dominum Fucignani (*sic*), Ademarium de Pictavia, Amadeum, comitem Gebennensem, Amadeum de Gebenna, electum Tullensem, et Hugolinum, fratrem ejus, ac dilectam in Christo filiam nobilem mulierem... aviam et tutricem ipsius comitis Gebennensis, adjutores et vallitores electi Metensis ac dalphini predictorum, ex altera, per commotiones guerrarum se invicem collidentes, per venerabiles fratres nostros Guillelmum, Trecensem, et R., sancti Papuli episcopos, quos propter hoc ad partes illas duximus destinandos[1], treuge, auctoritate nostra per certi temporis spatium durature i[n]dicte fuerint hiis diebus, nosque desiderabiliter cupiamus quod treuge ipse inter dictos nobiles, ut interim pax et concordia juxta nostra desideria possint tractari et reformari commodius inter eos, firmiter observentur, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attentius, et per apostolica scripta mandamus quatinus nobiles ipsos ad observationem treugarum ipsarum, modis et viis ad hoc utilibus exquisitis, solerter inducas et efficaciter exhorteris, illam super hiis diligentiam et sollicitudinem impensurus quod circa treugarum observationem ipsarum nostris desideriis satisfiat, et nos diligentiam, quam in hac parte duxeris adhibendam, merito commendare possimus. Datum Avinione, x kal. novembris[2]. »

1. Voyez la lettre du 22 juillet 1321 (n° 1281).
2. La date de l'année est donnée par la lettre suivante, n° 1319.

1319 Avignon, 23-24 octobre 1321.

Ademaro de Pictavia, ut easdem treugas observet. (Reg. 111, fol. 77 v°, c. 293.)

« *Ademario de Pictavia.* Ad pacis federa — Dat. Avinione, x vel ix kal. (*sic*) novembris, anno vi. »

1320 Avignon, 23-24 octobre 1321.

In e. m. archiepiscopo Lugdunensi. (Reg. 111, fol 77 v°, p. c. 293.)

1321 Avignon, 23-24 octobre 1321.

In e. m. Amedeo, comiti Gebennensi. (Reg. 111, fol. 77 v°, p. c. 293.)

1322 Avignon, 24 octobre 1321.

Henrico, electo Metensi, ut ad bonum Dalphinatus statum procurandum, viros fideles et gratos pacemque diligentes in consiliarios assumat. (Reg. 111, fol. 77 v°, c. 294.)

« *Henrico, electo Metensi.* Desiderantes statum Delphinatus — Dat. Avinione, ix kal. novembris, anno sexto. »

1323 Avignon, 8 novembre 1321.

B. de sancto Mauritio, ut contra Guillelmum, filium Guillelmi de Bulbone de Berbentana[1], militis, Avinionensis diocesis, canonicum Vapincensem, qui Guillelmum et Bertrandum Brotinelli de Rochonatio, fratres, ejusdem diocesis, interfecisse dicebatur citationesque ipsi factas contempserat, procedat eumque, si culpabilis repertus sit, puniat. (Reg. 111, fol. 78, c. 297.)

« *Judici : Ber^do, de sancto Mauritio*[2], *precentori Auti[s]siodorensi, officiali Avinionensi.* Cum olim ad — Dat. Avinione, vi idus novembris, anno sexto. »

1. Index : *Burbone de Barbantana.*
2. Ce personnage est peut-être celui que nous avons précédemment trouvé (n°s 83, 85, 87, 89, 91) ; dans ce cas, il faut lire *Bernardo.*

1324 Avignon, 18 novembre 1321.

Petro Arquerii et priori Prædicatorum Rothomagensium, ut diligenter se informent de oppressionibus quas Johannes de Pinu, qui pro collectione fructuum beneficiorum vacantium ad Remensem provinciam, pro illa parte quæ de regno Franciæ non existit, deputatus erat, in diocesi Cameracensi perpetrasse dicitur. (Reg. 111, fol. 6, c. 36.)

« *Magistro Petro Arquerii, decano Rothomagensi, et priori fratrum ordinis Prædicatorum Rothomagensium.* Ad nostri apostolatus — Dat. Avinione, xiiii kal. decembris, anno sexto. »

1325 Avignon, 20 novembre 1321.

Odoni, duci Burgundiæ, de pace cum prælatis et ecclesiis terræ suæ habenda necnon de exauditione supplicationum suarum. (Reg. 111, fol. 2, c. 13.)

« *Dilecto filio nobili viro Odoni, duci Burgundie.* Per litteras et nuntios quos ad nostri apostolatus presentiam tua nobilitas destinavit percepimus evidenter te velle habere pacem et concordiam cum prelatis et ecclesiis terre tue, super quo tuum laudabile propositum in Domino commendantes, petitionibus tuis quas nobis super hoc porrexisti, favorabiliter, prout secundum Deum potuimus, duximus annuendum, sicut in litteris nostris confectis super hoc plenius continetur et ipsi tibi nuntii referre poterunt viva voce. Dat. Avinione, xii kal. decembris, anno sexto. »

1326 Avignon, 20 novembre 1321.

Agneti, ducissæ Burgundiæ, de exauditione petitionum prædicti ducis, filii ejus. (Reg. 111, fol. 2, c. 14.)

« *Dilecto filio nobili mulieri Agneti, ducisse Burgundie.* Litteris et nuntiis — Dat. Avinione, ut supra proxime. »

1327 Avignon, 20 novembre 1321.

Amalrico de Narbona juniori, ut B[ernadi] Jordani de Insula quem ad eum mittit, monitis pareat. (Reg. 111, fol. 3, c. 18 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 10, n° 165.)

« *Nobili viro Amalrico de Narbona juniori.* Cum dilectus filius — Dat. Avinione, xii kal. decembris, anno sexto. »

1328 Avignon, 22 novembre 1321.

Regi Franciæ G[uillelmum], episcopum Caturcensem, ejusque negotia commendat. (Reg. 111, fol. 2, c. 11.)

« *Regi Francie illustri.* Venerabilem fratem nostrum — possumus commendamus[1]. »

1. Cette lettre a évidemment la même date que la suivante (n° 1330).

1329 [Avignon, 22 novembre 1321.]

In e. m. Johanni « Cerchamont[1] », decano Pictavensi, regis Franciæ cancellario. (Reg. 111, fol. 2, p. c. 11.)

1. Voyez, au sujet de ce nom, n° 1315.

1330 Avignon, 22 novembre 1321.

Henrico Soliaci de eisdem. (Reg. 111. fol. 2, c. 12.)

« *Dilecto filio nobili viro Henrico, domino Soliaci.* Venerabilem fratrem nostrum — Dat. Avinione, x kal. decembris, anno sexto. »

1331 Avignon, 23 novembre 1321.

Johannem, ducem Lotharingiæ, Brabantiæ et Limburgiæ, ut Johannem de Pinu, si culpabilis reperiatur[1], taliter puniri faciat quod ejus exemplo cæteris delinquendi in similibus aditus præcludatur. (Reg. 111, fol. 6 v°, c. 37 ; — Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 140, n° 268.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Lotharingie, Barabancie* (sic) *et Limburgie.* Per tuas litteras — Dat. Avinione, ix kal. decembris, anno sexto. »

1. Voyez ci-dessus n° 1324.

1332 Avignon, 23 novembre 1321.

In e. m. Guillelmo, comiti Hanoniæ, [Hollandiæ et Ze]landiæ[1] ac domino Frisiæ. (Reg. 111, fol. 6 v°, p. c. 37.)

1. Le registre du Vatican porte : *Guillelmo, comiti Annonie, Landie* (ou *Laudie*) *ac domino Frisie.* Or il ne peut être question ici du comte de Looz. Le comte de Looz (*Lossensis*) était alors Henri, troisième fils de la seconde femme de Guy de Dampierre (P. Anselme, t. II, p. 731). Au contraire le duc de Hainaut, Guillaume porte les titres que nous mettons ici. En 1321, le roi d'Angleterre lui écrivant met : *Domino W., Hanonie, Hollandie et Selandie comiti ac domino Frisie* (Rymer, *Fœdera*, t. II, par. II, p. 17). En 1322, également nous trouvons : Guillaume, comte de Haynau, de Hollande, de Zelande et seigneur de Frise (L. Devillers, *Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut et de Luxembourg*, t. III, p. 116, n° clxxviii), et, sur un sceau appendu à un document de la même année : *Sigillum Guillelmi, Dei gratia comitis Haynnonie, Hollandie, Zelandie ac domino Frizie* (G. Demay, *Inventaire des sceaux de la Flandre*, n° 203). Il faut donc supposer que le scribe a commis une erreur, sauté, peut-être, une ligne, et rétablir l'adresse comme nous le faisons.

1333 Avignon, 23 novembre 1321.

Amedeo, comiti Sabaudiæ, ut oblationem pro Amedei, nati, et Gratonis, nepotis Ademari de Pictavia, liberatione factam recipiat. (Reg. 111, fol. 78, c. 296.)

« *Amadeo, comiti Sabaudie.* Cum super liberatione dilectorum filiorum nobilium virorum Amadei, nati, et Gratonis, nepotis dilecti filii nobilis viri Ademarii de Pictavia, comitis Valentini et Diensis, quos tuo carceri detines mancipatos, inter te, ex parte una, et dictum comitem ex altera, ac etiam nonnullos utriusque partis amicos, plures tractatus ex quibus quedam castra sub certis pactis et conditionibus tradi debebant, non absque multis laboribus precessisse noscantur, licet propter impedimenta hinc inde occurrentia nondum finem consecuti fuerint preoptatum, et nunc, ut intelleximus, offeratur pro liberatione hujusmodi facilius obtinenda, castrum de Surreyo, una cum castro de Montesaporoso in manibus dilecti filii nobilis viri Guichardi, domini de Bellojoco, tradendum, in loco feudationis terre domini de Briciaco et commissionis castri sui de Levis, quas in premisso tractatu petebas, si castrum de Montesaporoso predictum ab eodem domino de Bellojoco forsitan aufferretur, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, pro reformatione pacis et concordie facilius procuranda, oblationem recipias supradictam. Et quia profecto confidimus quod si terminum prefixum futuri festi Epiphanie Domini, in quo ex forma tractatus hujusmodi dicti nobiles ad tuum carcerem debeant redire nisi pax interim reformetur, usque ad octabas instantis festi Resurrectionis dominice duxeris prorogandum, pacis concordia melius et utilius poterit reformari, ut prorogationi hujusmodi consentias sano tibi consilio suademus. Dat. Avinione, ix kal. decembris, anno vi° ».

1334 Avignon, 30 novembre 1321.

Valentino et Vivariensi episcopis ac Jacobo Bernardi, inquisitori, ut contra illos qui fratres Cathalanum Fabri et Petrum Pascalis de Saliente, ordinis Minorum, in prioratu sancti Jacobi de Montilio, Valentinæ diocesis, occiderunt, procedant. (Reg. 73, cur. fol. 14, c. 41; — Reg. Avin., t. XVII, fol. 381 v°, c. 41; — Wadding, *Annales Minor.*, an. 1321. n° xxii; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 215, n. 453.)

« *Venerabilibus fratribus.., Valentino, et.., Vivariensi episcopis, et dilecto filio fratri Jacobo Bernardi, ordinis Minorum, inquisitori heretice pravitatis in Arelatensi, Aquensi, Viennensi et Ebredunensi provinciis per Sedem Apostolicam deputato.* Vox sanguinis innocentis quem nocens impietas horribili immanitate nocenter effudit, de terra proclamans, horribile facinus et enorme flagitium defert in fidelium medium, judicium expetens ultionis, quoniam in cultores fidei et fideles agricolas, missos ad demolientes vulpeculas propellandas, insurrexere viri perfidie, ac operarios dominice vinee flagitiosi nequitie viri, penam imminentem et proximam utpote jam rei postulati criminis heretice pravitatis rationabiliter formidantes, immani sevitia inhumaniter occiderunt, contra quos eo debet acerbius rigor canonice severitatis exurgere, quo immanitas sceleris in innocentes a noxiis, a sevis in mitos, in pios ab impiis perpetrati, gravius noscitur exagerare reatum. Sane, sicut publice fame relatio jam deduxit in publicam notionem, nonnulli de heretica labe respersi, quorum aliqui, dudum in heresi deprehensi, in signum promisse per eos vere conversionis ad fidem, anterius et posterius per inquisitores pravitatis heretice justo judicio receperant signum crucis, aliqui vero fermento dicte labis infecti ac credentes et fautores hereticorum, ex accusatione conscientie proprie futuram sibi penam meritam prenoscentes, intellecto quod ad perquirenda talium devia pro negotio fidei, vite laudabilis et probate religionis viri quondam fratres Cathalanus Fabri et Petrus Pascalis de Saliente, ordinis Minorum, ad castrum Cabioli, Valentine diocesis, per te, fili inquisitor, fuerant destinati, tam prefati crucem portantes quam quidam alii delati de heresi ac defensores et fautores eorum, conscientes sibi penam ipsamque evitare querentes ac ob hoc eorumdem fratrum conspirantes in necem, collecta multitudine aliorum suorum in hac parte complicium et fautorum, prehabuere tractatum ut, superveniente nocte, dictum castrum cujus porte eis debebant per alios consortes ejusdem nequitie reserari, ipsis prestaretur ingressus dictos fratres eorumque familiam perempturis. Cum idem frater Cathalanus in dicto castro Cabioli non valens injunctum sibi inquisitionis officium comode exercere, se cum dicto fratre Petro ad castrum Montilisii dicte diocesis contulisset, prefati malefici illuc cum predicta multitudine diversis armorum generibus premunita, in profunde noctis silentio accesserunt ac in eosdem fratres qui in prioratu sancti Jacobi dicti loci de Montilisio fuerant hospitati, hujusmodi machinationum insidias minime formidantes sed opus Domini fideliter prosequentes ac tunc quiescentes, portas camere in qua recumbebant securibus excidendo, omni divino timore postposito et quolibet debito humanitatis excluso, immani et terribili impetu irruerunt, ac in eorum capitibus, cervicibus atque membris tot atrocia et letalia vulnera terribilibus ictibus frequentius iterarunt ut, quamvis ad extinctionem eorum pauca de dictis vulneribus suffecissent, illam in cruenta cede ipsorum rabidam ostenderent feritatem, ut non videretur de nimietate plagarum posse eorum crudelitas satiari. Cum igitur predictorum sceleratorum cause multiplicate reatuum tanto majoris sint ultionis animadversione plectende, quanto impunitas talium periculosiorem pareret audaciam similia perpetrandi, discretioni vestre de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatinus, vos vel duo vestrum, per vos contra priorem dicti prioratus et quoscumque alios qui in eorumdem fratrum miserabili nece culpabiles capti fore dicuntur, ac universos et singulos quos per inquisitionem quam super hiis per vos haberi volumus, simpliciter, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, inveneritis fore precipuos ejusdem nephandi sceleris patratores vel super dicto scelere dedisse auxilium, consilium vel favorem, cum tam committentium reatum hujusmodi quam dictorum fratrum in quos scelus sic immanissimum est commissum qualitas evidenter insinuet

hujusmodi patratores fore de heretica labe suspectos, ad penas debitas inferendas eisdem auctoritate nostra, juxta sanctiones canonicas et secundum privilegia inquisitoribus heretice pravitatis ab Apostolica Sede concessa, procedere studeatis, ita quod qui excessus excessibus aggregarunt, pro cumulatione scelerum penam recipiant congruentem, et si aliquis casus vel dubietas forsan emergeret ut vobis sceleratos eosdem penis dignis subicere periculosum vel difficile redderetur, aut eos ad Sedem Apostolicam sub fida destinetis custodia, si poteritis, penam pro meritis recepturos, aut nos super talibus consulatis, invocantes ad exequenda premissa dilectorum filiorum comitum, baronum, militum et nobilium aliorum, universitatum, civitatum, castrorum et villarum auxilium si videritis expedire, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante si aliquibus communiter vel divisim a prefata sit Sede indultum quod excommunicari, suspendi vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dat. Avinione, II kal. decembris, anno sexto[1]. »

1. Ces lettres furent réitérées le 17 novembre 1322, mais sans que le nom de l'inquisiteur y soit cité (cf. C. Eubel, *op. cit.*, p. 233, n° 485, ex reg. Vat. 74, fol. 86 v°, n° 186 lit. comm.).

1335 Avignon, 30 novembre 1321.

Universis nobilibus et universitatibus, ut præfatis episcopis et inquisitori in præmissorum executione assistent. (Reg. 73, cur. fol. 14 v°, c. 42; — Wadding, *Annales Minor.*, an. 1321, n° XXIII.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris comitibus, baronibus ceterisque nobilibus necnon universitatibus civitatum, castrorum et villarum ad quos presentes pervenerint.* Vox sanguinis etc. — Dat. Avinione, II kal. decembris, anno sexto. »

1336 Avignon, 30 novembre 1321.

Episcopo Valentino, ut cum probis viris, de vita et conversatione prædictorum fratrum necnon de miraculis quæ in ecclesia ubi corpora eorum delata sunt operata esse dicuntur, inquirant. (Reg. 73, cur. fol. 14 v°, c. 43; — Wadding, *Annales Minor.*, an. 1321, n° XXV; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 217, n. 454.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Valentino, salutem et apostolicam benedictionem.* Vox sanguinis etc. — Dat Avinione, II kal. decembris, anno sexto. »

1337 Avignon, 5 décembre 1321.

Litteris ab Iterio de Virzaco, milite, Bertrandi, vicecomitis Leomaniæ nuntio, præsentatis, in quibus idem vicecomes, prætextu inhibitionis generalis Philippi, regis Franciæ, de non extrahendo de regno pecuniam, prorogationem termini solutionis centum quinquaginta millium florenorum auri Cameræ apostolicæ debitorum petierat, respondet eique nuntiat se ipsum præfato regi pro licentia super hoc obtinenda et ei breviter destinanda scripsisse. (Reg. 111, fol. 3, c. 20; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 11, n° 166.)

« *Nobili viro Bertrando, vicecomiti Leomanie et Altivillaris.* Tuis nobis per — Dat. Avinione, nonis decembris, anno sexto. »

1338 Avignon, 9 décembre 1321.

Amalrico, vicecomitis Narbonensis filio, quem ad præsentiam suam evocat, veniendi securitatem concedit. (Reg. 111, fol. 3, c. 19.)

« *Nobili viro Americo*[1], *nato dilecti filii nobilis viri Amalrici, vicecomitis Narbonensis.* Cum nos ex — Dat. Avinione, V idus decembris, anno sexto. »

1. *Aymerico* dans l'index.

1339 Avignon, 15 décembre 1321.

Carolo, comiti Valesii, qui ad defensionem regis et regni Angliæ cum quingentis hominibus armorum proficisci se disponebat et, hujus negotii causa, annalia beneficiorum ecclesiasticorum regni Franciæ usque ad quadriennium in usus suos converti petierat, respondet

papa se ecclesiis dicti regni onera alia imponere non posse eaque annalia negat. (Reg. 111, fol. 2, c. 15.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Nuper carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, ac tuis litteris per dilectum filium P. de Sancto Leodegario, nuntium tuum, manu dilecti filii nostri Symonis, tituli sancte Prisce presbyteri cardinalis, presentatis, a nobis benigne receptis, per quas ex parte dicti regis et tua eisdem cardinali et nuntio petebatur per nos fides credula adhiberi, auditaque prefata credentia et in scriptis recepta, inter cetera continente quod, cum ad defensionem regis et regni Anglie in turbine commotionis consistentium, cum quingentis hominibus armorum et amplius proficisci disponeres, Deo propitio, et in brevi, ad relevanda onera que te subire ob causam hujusmodi oportebat, prefato regi Francie usque ad quadriennium annalia beneficiorum ecclesiasticorum regni Francie interim vacantium, per gentes suas colligenda et in usus tuos, ratione hujusmodi, convertenda, concedere sub certa forma de benignitate apostolica dignaremur, certos e fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus, quos scimus inter alios honoris dicti regis et tui fervidos zelatores, ad nostram presentiam duximus evocandos; quibus predicta credentia exposita seriose, et super ea an expediret ipsam in privato consistorio fratribus nostris com[m]uniter exponere consilio requisito, demum plenaria deliberatione super hiis habita cum eisdem, in hoc nostri et ipso[rum]conclusio resedit consilii quod non erat expediens credentiam ipsam in consistorio privato fratribus ipsis exponere, nec eorum super ea consilium postulare, cum supponatur indubie quod, propter grandia onera que portaverunt nostro tempore, etiam supra vires, ecclesie dicti regni, nullatenus consulerent dicti fratres onus predictum fore pro causa hujusmodi ecclesiis presentialiter imponendum. Et, ut de aliis taceamus oneribus, aliqua de multis duximus presentibus exprimenda. Decima quidem biennalis et annalia beneficiorum ecclesiasticorum que infra quadriennium continuum vacare contingeret in regno Francie supradicto, fuerunt per nos imposita et percepta, ex quorum collectione profecto ipse ecclesie noscuntur non modica gravamina pertulisse; plures quoque Sedis Apostolice nuntii, videlicet dilectus filius G., tituli sancti (*sic*) Marcellini et Petri presbyter cardinalis, qui in eodem regno Francie ultra annum continuum moram traxerit, necnon venerabilis frater noster R., episcopus Ostiensis, tunc Bituricensis archiepiscopus, ac dilectus filius magister ordinis fratrum Predicatorum, inibi longo tempore permanentes, inquisitor insuper heretice pravitatis in partibus Tholosanis, ac minister Aquitanie, ordinis fratrum Minorum, per nos ad dictum regnum Francie fuisse noscuntur diversis temporibus destinati, ita quod ipsis ecclesiis et personis ecclesiasticis...[1] et alia non faciliter numeranda plurimum fuerunt agravate, adeo quod ad momentum ipsis quasi non licuit respirare. Et ultra hoc, sicut tua magnificentia non ignorat, decimam quadriennalem ecclesiis regni Francie supradicti ordinavimus imponendam, si prefatus rex Francie negotium Terre Sancte assumat personnaliter prosequendum, pro quo forsan negotio eisdem ecclesiis, preter illa, imponi alia onera oportebit. Quibus omnibus in consideratione deductis, inhumanum visum est nobis dictis fratribus et indecens onus predictum imponere ecclesiis sic gravatis. Nos enim premissis deductis in recte consistorio rationis, licet multum guerrarum et aliarum necessitatum assidue premamur oneribus, ab ipsis ecclesiis et personis ecclesiasticis subsidium omisimus et omittimus postulare. Quare nobilitatis tue providentiam regiam rogandam duximus attentius et hortandam quatinus moleste non ferat si, propter causas predictas et plures alias quas exprimere, causa brevitatis, omittimus, ab impositione prefati oneris abstinemus; parati quidem sumus et esse proponimus, dante Domino, dum vivemus, vota nostra tuis in hiis que decenter et secundum Deum poterimus, conformare. Prefatum autem nuntium qui prudenter et oportune, et interdum etiam importune, apud nos institit pro responsione celeri premissorum per nos hucusque, certis considerationibus, protelata, super mora quam traxit in curia habere velit tua nobilitas excusatum. Dat. Avinione, xviii kal. januarii, anno sexto. »

1. Il y a ici une lacune ou une erreur évidente, mais le sens de la phrase est suffisamment clair.

1340 Avignon, 15 décembre 1321.

Philippo, comiti Cenomanensi, de expeditione negotii cum R [oberto], rege Siciliæ, habiti gratulatur moramque nuntiorum ejusdem comitis excusat. (Reg. **111**, fol. 2 v°, c. 16.)

« *Philippo, comiti Cenomanensi.* De responsione per te data, dilecte fili, super hiis que in Romana curia inter carissimum filium nostrum R., regem Sicilie, ac te tracta[ta], tibique per dilectum filium Cenomanensem decanum tuumque cancellarium fuere nuntiata, utique Deo grata nobisque plurimum placida et utrique vestrum honorabilia admodum et multipliciter fructuosa, devotionem tuam proinde commendantes ipsamque gratiarum actionibus prosequentes, dictum negotium feliciter consummatum, prout tibi tuorum nuntiorum relatio et scripturarum confectarum super hiis lectio latius reserabunt, tibi innotescimus per presentes. Sane super prolixiori mora per tuos nuntios huc contracta, nos et ipsos tuos nuntios, qui nostris acquiescentes suasionibus remanserunt, excusatos habere quesumus, quia profecto nec eorum pro maturiori expeditione defuit instantia debita, nec nostra utique vigilantia tepuit, nec regis prefati malitia intervenit, sed cause alie que concurrentes eo tempore, absque cujusquam premissorum desidia, moram hujusmodi procurarunt. Dilationem quoque brevem partis illius summe tibi assignande ex forma dicti tractatus, quesumus, equanimiter tolera, quia indubie supponimus quod regi fuisset satis ; accepimus quod summa fuisset integra, si hoc pateretur possibilitas, tibi presentialiter exsoluta. Dat. Avinione, ut superiori proxima. »

1341 [Avignon, 15 décembre 1321.]

Carolo, comiti Valesii, de eisdem. (Reg. **111**, fol. 3, c. 17.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Nuntios dilecti filii nobilis viri Philippi, comitis Cenomanensis, primogeniti tui, super negotio quod idem comes habebat cum carissimo filio nostro R., rege Sicilie illustri, ad nostram presentiam destinatos, ecce, fili, ad eum qui eos miserat remittimus Dei gratia feliciter expeditos. Super mora autem prolixiori per ipsos huc contracta, nos et ipsos habere velit tua providentia excusatos, quia profecto ipsorum instantia pro maturiori expeditione non defuit[1], nec nostra diligentia pigritavit, sed cause supervenientes absque cujusquam malitia, celeriori expeditioni aditum precluserunt...[2]. »

1. Reg. *definit.*
2. Le petit espace laissé ici dans le registre devait contenir la date, sans doute *ut supra.*

1342 Avignon, 16 décembre 1321.

Regi Franciæ, de litteris Bertrando, vicecomiti Leomaniæ, directis gratias agit et Arnaldum Dueza, nepotem ipsius, quem dictus rex in instanti festo Nativitatis Domini ad recipiendum militare cingulum evocaverat, impeditum excusat. (Reg. **111**, fol. 3, c. 21 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 12, n° 167.)

« *Regi Francie.* De litteris regiis directis vicecomiti Leomanie nobis missis gratiarum uberes actiones referimus regie majestati; sed pro eo quod benivolentia regia Arnaldi Dueza, nepotis nostri, non immemor servi sui, ipsum ad recipiendum in instanti festo Nativitatis Domini militare cingulum, ad suam evocavit presentiam, gratias cumulare gratiis non cessamus. Sane quia certe cause probabiles vie sue ad presens impedimenta ingerunt, ipsum, quesumus, habeat excellentia regia excusatum. Dat. Avinione, xvii kal. januarii, anno sexto. »

1343 Avignon, 17 décembre 1321.

Eidem regi de convalescentia gratulatur eumque de patientia in infirmitatibus observata laudat. (Reg. **111**, fol. 3, c. 22.)

« *Eidem.* Audisse nos, fili carissime, noveris, et utique non absque multa anxietate animi et amaritudine cordis certamen forte audivimus et excedens vires hominis, in quo contra morbos varios prolixiori tempore decertasti ; sed et excellentia regia non ignoret nos cum ingenti gaudio et exultatione animi percepisse patientiam, omni laude dignissimam,

quam in eodem certamine jugiter et immobiliter observasti. Demum vero nobis innotuisse noveris te non tua, que prorsus prostrata fuisse dicitur, sed Altissimi virtute potius, qui sua omnipotentia incomprehensibili mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, minis morborum hujusmodi propulsatis, ipsarum periculum, quantum nosce sinit humana sapientia expertorum in talibus, evasisse, de quo profecto, ut probabiliter credimus, cives exultant celiti et exultare[1] debent bone homines voluntatis. Pro premisso vero triumpho nos, ut tenemur, gratiarum actiones exsolvimus tanti beneficii largitori, linguamque tuam ab ejus laude continua et gratiarum actionibus, quesumus, non cessare. Certamen autem hujusmodi, ut te probaret et purgaret, ipsum credimus permisisse, probandus equidem eras merito velut athleta, qui te, ut nosti, agonistam obtuleras ad ejus injurias ulciscendas et purgandas, ne qua in te rubigo, ex humana contracta fragilitate, peccati existeret que ejus oc(c)ulis, qui immunda respicere nesciunt, displiceret. Dat. Avinione, XVI kal. januarii, anno sexto. »

1. Reg. *exultatione*.

1341 Avignon, 21 décembre 1321.

Arnaldo de Roseto, ut licentiam a Philippo, rege Franciæ, concessam extrahendi de regno illam pecuniæ summam quam Bertrandus, vicecomes Leomaniæ et Altivillaris, Ecclesiæ Romanæ solvere tenetur, eidem Bertrando coram ydoneis personis præsentet et de præsentatione illa publicum instrumentum confici faciat. (Reg. 111, fol. 3 v°, c. 23; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 13, n° 168.)

« *Magistro Arnaldo de Roseto, rectori ecclesie de Redona, Electensis diocesis.* Cum pro illa — Dat. Avinione, XII kal. januarii, anno sexto. »

1345 Avignon, 23 décembre 1321.

Præfato Bertrando eamdem licentiam transmittit eumque hortatur ut dictam summam solvere non differat nec omittat. (Reg. 111, fol. 3 v°, c. 24; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 14, n° 169.)

« *Nobili viro Bertrando de Guto, vicecomiti Leomanie et Altivillaris.* Cum patentes litteras — Dat. Avinione, X kal. januarii, anno sexto. »

1346 Avignon, 28 décembre 1321.

Bertrando Cariti et Raymundo de Parisius, ut quædam bona Odonis de Randeis, olim sancti Martini in Valle Carnotensi prioris, si oportune videatur, vendant. (Reg. 111, fol. 4 v°, c. 30.)

« *Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensi, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensi.* Dudum Odone de Randeis, olim priore prioratus sancti Martini de Valle Carnotensi, ad abbatiam Majoris Monasterii Turonensis, ordinis sancti Benedicti, spectantis, pro crimine heresis et aliis suis demeritis condempnato, et prioratu predicto ac omnibus bonis suis privato, justitia exigente, nos de bonis eisdem habere volentes certitudinem pleniorem, vobis et utrique vestrum requirendi de illis, et ea nostro et Ecclesie Romane nomine, vobis faciendi a quibuscumque detentoribus integraliter assignari per alias nostras certi tenoris litteras concessimus potestatem. Cumque inter bona hujusmodi per vos vel alterum vestrum recepta, auctoritate litterarum ipsarum sint aliqua, videlicet blada, vina, animalia et suppellectilia de quibus, ut ex parte vestra accepimus, expedit quod vendantur, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum bona hujusmodi, si eorum venditio vobis utilis pro nostra Camera videatur, justo et competenti (termino) pretio distrahentes, pecuniam quam inde receperitis una cum aliis pecuniis et bonis dicti quondam prioris assignare dicte Camere cum integritate curetis, talem adhibituri fidelitatem et diligentiam in hac parte quod inde debeatis merito comendari. Dat. Avinione, V kal. januarii, anno sexto. »

1347 Avignon, 30 décembre 1321.

Regi Franciæ, ut in convalescentia bonum regimen adhibere studeat medicorumque consilio acquiescat. (Reg. 111, fol. 3 v°, c. 25.)

« *Regi Francie illustri.* Quam sit plenum periculis quamque sit onustum dispendiis post diversorum langorum (*sic*) molestias residuum, magistra rerum experientia recte considerantibus evidentius manifestat, et ideo queque ad illud ordinant[1] sunt a convalescentibus summopere precavenda. Nos itaque, fili carissime, te observare intentius affectantes, regalem providentiam toto cordis affectu duximus deprecandam eique nichilominus salubri consilio suadendum quatinus, sicut in langoribus ipsis patientiam laudabiliter observasti, sic in convales[c]entia temperantiam tenere studeas, sic appetitum subdere, ut condecet, rationi, quod, per ejus importunitatem indebitam ultra sibi quam nature expediat nullatenus ministretur; et quia mensura hujusmodi expertis medicis est potius quam convalescentibus manifesta, expedit, fili carissime, et hoc desideranter appetimus, et pro munere petimus speciali, ut talium medicorum consilio acquiescas, sciturus quod in hiis excessus est reprehensibilior ac periculosior quam defectus, cum defectus securius reformari valeat quam excessus. Dat. Avinione, III kal. januarii, anno sexto. »

1. Reg. *ordinantibus.*

1348 Avignon, 31 décembre 1321.

Domino de Soliaco, ut eumdem regem ad præmissa oportune ac, si oportuerit, etiam importune inducat. (Reg. 111, fol. 4, c. 26.)

« *Domino de Soliaco.* Edocti magistra rerum experientia, appetitus convalescenter importunitatem cognos[c]imus, nec recidui (*sic*) dubium periculosumque exitum ignoramus. Ideoque carissimo in Christo filio nostro Philippo, regi Francie et Navarre illustri, cujus salutem velut Deo gratam, regnis predictis necessariam, et universali Ecclesie multipliciter oportunam desideranter appetimus, ut debemus, ut ejus appetitus in sua convalescentia sit subditus, ut condecet, rationi, nec ultra reportet ejus oportunitas quam quod natura posset debite regere, ut reciduum facilius valeat, quodque super hiis expertorum medicorum et probatorum consiliis acquiescat, per nostras litteras suademus, et quia super hiis tuam non ambigimus justam causam multipliciter oportunam, nobilitatem tuam requirimus et rogamus ut apud regem ipsum super hoc oportune instare non negligas et, si oportuerit, etiam importune. Dat. Avinione, II kalendas januarii, anno sexto. »

1349 Avignon, 4 janvier 1322.

Philippo, regi Franciæ, Amalricum, vicecomitem Narbonensem, ejusque negotia commendat. (Reg. 111, fol. 4, c. 27.)

« *Philippo, regi Francie illustri.* Dilectum filium nobilem virum Amalricum, vicecomitem Narbonensem, qui pro quibusdam suis negotiis ad tui culminis presentiam accedit[1], regali benivolentie propensius commendantes, eam rogandam duximus et hortandam quatinus, super hiis que habere se asserit in tua curia expedire, pro nostra reverentia, sibi benignum prebens auditum, regia celsitudo expeditionem favorabilem faciat sine offensa justitie ministrari. Datum Avinione, II nonas januarii, anno sexto. »

1. Reg. *accedentem.*

1350 Avignon, 4 janvier 1322.

Henrico, domino Soliaci, ut eumdem Amalricum prædicto regi commendet. (Reg. 111, fol. 4, c. 28.)

« *Henrico, domino Soliaci.* Cum dilectum filium — Dat. Avinione, II nonas januarii, anno sexto. »

1351 Avignon, 7 janvier 1322.

Johannæ, reginæ Franciæ, de convalescentia Philippi regis gratulatur, favorem P[etro] Nivernensi episcopo, exhibere promittit magistrique P[etri] de Fretis zelum commendat. (Reg. 111, fol. 4, c. 29.)

« *Johanne, regine Francie.* Regalis excellentie litteras leta manu recepimus, spem bonam de convalescentia carissimi filii nostri Philippi, illustris regis Francie, quam affectamus totis precordiis, nuntiantes, super quo regali benivolentie gratias referentes, eidem

sano consilio duximus suadendum ut, attendens quod ad laborem nascimur quodque in vi[t]a mis[c]eri risus doloribus consuevit luctusque extrema gaudii occupare, patientiam que opus habere perfectum noscitur, in quibuscunque contingentibus studeas observare, illi qui nos in ista valle miserie vite comodavit, non dedit de omnibus que ordinanda duxerat, gratias referendo, ad eum et ejus matrem, reginam consolationis et misericordie, in omnibus angustiis, periculis et rebus dubiis fiducialiter recurrendo. De nobis autem, filia benedictionis et gratie, illam geras fiduciam quam de patre potest gerere filia predilecta. Venerabilem fratrem nostrum P., Nivernensem episcopum, suis exigentibus meritis ac tue interventionis obtentu, habemus et habere intendimus propensius commendatum. Magistrum P. de Fretis, velut tuum fidelem servulum solicitum et discretum, quem ex multis que coram nobis pro tua parte habuit agere et persepius tue gratie commendamus. Gratia Domini nostri Jhesu Christi qui tristes solitus est consolari te consoletur, protegat et defendat, amen. Dat. Avinione, VII idus januarii, anno sexto. »

1352 Avignon, 8 janvier 1322.

Guillelmo Rufi, ut monasterii Bellimontis, ordinis sancti Augustini, Vabrensis diocesis, per Amelii, tunc ejusdem monasterii præpositi, in abbatem sancti Saturnini Tolosani promotionem vacantis, redditus omnes et proventus per unum annum pro necessitatibus Romanæ Ecclesiæ reservatos, recipiat et Cameræ apostolicæ assignet. (Reg. 111, fol. 9 v°, c. 51.)

« *Guillemmo Ruffi, epdomadario* (sic) *Mimatensi.* Dudum monasterio Bellimontis — Dat. Avinione, VI idus januarii, anno sexto. »

1353 Avignon, 8 janvier 1322.

Religiosis et administratoribus ejusdem monasterii Bellimontis, ut dicto Guillelmo obediant eique præfatos redditus assignent. (Reg. 111, fol. 10, c. 52.)

« *Conventui et administratoribus monasterii Bellimontis, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, Vabrensis diocesis.* Dudum monasterio Bellimontis — Datum ut supra proxime. »

1354 Avignon, 16 janvier 1322.

Ludovico, comiti Clarimontis, super facto principatus Achayæ respondet eique de venatione transmissa gratias agit. (Reg. 111, fol. 8 v°, c. 44.)

Eidem [*Ludovico comiti Clarimontis*]. Litteras nobilitatis tue nobis presentatas per dilectum filium Johannem de Alis, canonicum Noviomensem, et Matheum de Quenello, militem, solita benignitate recepimus, et quia per eas ipsis postulabas super hiis que ex parte tua proponerent fidem credulam adhiberi, eos audire benigne curavimus et que voluerunt proponere intelleximus diligenter. Cumque super facto principatus Acaye eorum esset propositio principalis, ipsis responsum dedimus quod et tibi repetimus per presentes, videlicet quod jam dudum carissimus in Christo filius noster rex Sicilie illustris dilecto filio nobili viro Johannis, comiti Gravine, germano suo, dictum principatum, antequam de regno recederet, duxerat conferendum, quodque super discordia que inter dilectos filios nobiles viros Philippum, principem Tarentinum, et comitem Gravine predictum, occasione dicti principatus esse ceperat, tractatus pacis fuerat habitus qui reputabatur a nonnullis ex tractatoribus, sicut et post extitit, amicabiliter concordatus; quare pro te loqui, fili, super illo inutile et indecens merito censeretur; ideoque habeat nos super hiis tua nobilitas excusatos. Sane viam illam quam te nosce in tuis litteris asseveras [quod] absque ecclesiarum gravamine et dangerio principum, duo milia quadringenti equitum armatorum teneri poterunt continue in subsidium Terre Sancte, audire a te vel a quovis alio, sicut tue nobilitati alias rescripsisse meminimus, profecto plurimum delectaret. Ceterum de venationis grato encennio, quod per eosdem nuntios nobis misit tua devotio copiose, gratiarum tibi referimus actiones, prompti ad ea que nostram honestatem tuumque respicerent commodum et honorem. Dat. Avinione, XVII. kal. februarii, anno sexto. »

1355 Avignon, 18 janvier 1322.

Regi Angliæ, ut Bosoni de Petragoris[1] castrum de Blavia, Burdegalensis diocesis, a senescallo Vasconiæ occupatum, restitui faciat aut ei de aliqua recompensatione satisfaciat. (Reg. 111, fol. 36, c. 160.)

« *Regi Anglie illustri.* Exposuit nobis dilectus. — Datum Avinione, xv kal. februarii, anno sexto. »

1. L'index porte : *Petragoricensi comiti*, qui est une erreur. Boson de Périgord, fils aîné d'un second mariage du comte Archambaud III, n'eut jamais ce titre.

1356 Avignon, 18 janvier 1322.

Senescallo Vasconiæ, de ejusdem castri restitutione aut de quadam satisfactione eidem Bosoni facienda. (Reg. 111, fol. 36, c. 161 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II p. 15, n° 170, non publié.)

« *Senescallo Vasconie.* Exposuit nobis dilectus — Dat. ut supra proxime. »

1357 Avignon, 19 janvier 1322.

Ecclesiam Carcassonensem, quam primum eam per obitum proprii pastoris vel alias vacare continget, Apostolicæ Sedi reservat, inhibendo capitulo seu alii personæ ne ad electionem procedant. (Reg. 111, fol. 26, c. 133.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Inter curas assiduas — Dat. Avinione, xiiii kal. februarii, anno sexto. »

1358 Avignon, 19 janvier 1322.

Sancii, regis Majoricarum, Jacobique, regis Aragonum, litteris respondens, declarat quod non videtur expediens nuntios eorum ad novi regis Franciæ præsentiam absque novo mandato de præsenti se conferre. (Reg. 111, fol. 55, c. 212.)

« *Sancio, regi Majoricarum.* Ad regie celsitudinis notitiam deducimus quod, receptis tuis ac carissimi filii nostri Jacobi, regis Aragonum, litteris nobis per Johannem Sa Ribera, militem, et Raymundum Vinaterii, jurisperitum, tuos et ipsius nuntios presentatis, ac que dicte littere continebant et que dicti nuntii proponere ac exhibere voluerunt plenius intellectis, propter gravem infirmitatem inclite recordationis Philippi, regis Francie et Navarre, non fuit nobis visum expediens quod dicti nuntii cum nostris ad dicti regis presentiam, quousque de convales[c]entia quam prestolabamur continue, haberemus certitudinem, se conferrent. Frustrati igitur spe predicta cum, prout Domino placuit, spiritum suum Deo reddiderit qui creaverat illum rex prefatus, nec nobis nec dictis nuntiis visum est expedire ut ad novi regis presentiam, absque novo mandato et litteris dirigendis prefato regi, debeant se conferre. Ordinet igitur, fili carissime, tua et dicti regis providentia quid agendum, supponentes indubie quod, vita comite, nos super dicto negotio amicabiliter terminando, cum rege predicto et aliis de quibus expedire videbimus, dante Domino, curabimus indefessum studium adhibere. Datum ut supra proxime. »

1359 Avignon, 19 janvier 1322.

In e. m. regi Aragonum. (Reg. 111, fol. 55. p. c. 112.)

1360 Avignon, 28 janvier 1322.

Cancellario Parisiensi, ut Michaelem de Curtali, archidiaconum Darocensem in ecclesia Cesaraugustana, in sacræ theologiæ facultate baccallarium, ad magisterium in theologia, non obstantibus aliquibus, promoveat. (Reg. 111, fol. 9, c. 45 ; — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 247, n° 801.)

« *Cancellario Parisiensi.* Ad nostri apostolatus — Dat. Avinione, v kal. februarii, anno sexto. »

1361 Avignon, 30 janvier 1322.

Guillelmum Rufi, de nonnullis bonis Arnaldi Pascalis[1], canonici Xanctonensis, in carcere detenti, Cameræ apostolicæ assignatis quittat. (Reg. 111, fol. 9, c. 49.)

« *Guillelmo Ruffi, e b domadario ecclesie Mimatensis.* Dudum de bonis — Dat. Avinione, III kal. februarii, anno sexto. »

1. Index : *Paschalis.*

1362 Avignon, 31 janvier 1322.

Galchero de Castellione, constabulario Franciæ, quod petitiones ejus a Godefrido de Willerzis præsentatas, propter illarum partium ecclesiarum onera, exaudiri non possunt. (Reg. 111, fol. 9 v°, c 50.)

« *Gualchero de Castellione, comiti Portuensi, constabulario Francie.* Tue nobilitatis litteras — Dat. Avinione, II kal. februarii, anno sexto. »

1363 Avignon, 5 février 1322.

Hugoni de Engolisma, ut reservationem ecclesiæ Carcassonensis, per obitum Petri episcopi nuni vacantis, prius factam, necnon inhibitionem electionis faciendæ capitulo ejusdem ecclesiæ aliisque quorum interest notificet. (Reg. 111, fol. 26 v°, c. 134.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono de Biliomo in ecclesia Claromontensi.* Inter curas assiduas — Dat. Avinione, nonas febroarii, anno sexto. »

1364 Avignon, 5 février 1322.

Eidem ut bona et thesaurum dicti quondam episcopi prius Apostolicæ Sedi reservata requirat et custodiat, et, si dictus episcopus asseratur testamentum fecisse, quod inventarium faciat terminumque ad comparendum executoribus assignet. (Reg. 111, fol. 26 v°, c. 135.)

« *Eidem.* Licet Dudum, ante — dat. Avinione, nonas febroarii, anno sexto. »

1365 Avignon, 5 février 1322.

Hugoni Geraldi, senescallo Carcassonensi, præfatum Hugonem et negotia quæ in partibus illis expedire habet commendat. (Reg. 111, fol. 27, c. 136.)

« *Hugoni Geraldi, militi, senescallo Carcassonensi.* De tua circunspecta — Datum ut supra. »

1366 Avignon, 8 février 1322.

Carolum, regem Franciæ, de obitu Philippi, fratris sui, consolatur, protectionem ei promittit eumque ad bonos et prudentes consiliarios habendos hortatur. (Reg. 111, fol. 6 v°, c. 38; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322, § XXIII, extrait.)

« *Carolo, regi Francie illustri.* Affectu benigno celsitudinis regie recepimus litteras nobis per venerabilem fratrem nostrum Raynaldum, Ostiensem episcopum, et dilectum filium P., sancte Susanne cardinalem presbyterum, presentatas, per quas infirmitatem clare memorie Philippi, regis Francie, ejusque transitum ac qualiter in illis se habuerat providentia regia mestuoso nobis calamo nuntiavit, nostrarumque ac fratrum nostrorum pie ac religiose pro ipsius regis anime salute orationum suffragia postulans, seque ac regnum Sedi Apostolice recomendans, more devoti filii, se paratum ad ejusdem Sedis beneplacita non ommisit. Profecto, fili carissime, tam primum transitus ipse auribus nostris insonuit, cordis nostri amaricavit intima et punctionis durioris aculeo sauciavit. Unde, si te potavit absintio, si te felle cibavit, si tua commovit viscera, si extorserit gemitum, si expresserit lacrimas, cum ad hoc te affectus inclinaverit naturalis, non decet quempiam super hoc admirari. Sane, fili carissime, si tam innocenter rex ipse vixerit quam laudabiliter rexerit, tamque patienter flagella Domini in sua egritudine tulerit nec non quam humiliter, quam devote ecclesiastica petierit et reverenter receperit, velut princeps christianissimus, sacramenta, et postremo quam confidenter et alacriter Dei misericordiam et sanctorum patrocinia invocans, Deo reddiderit spiritum qui creavit illum, et terre corpus unde assumptum fuerat, ad debite rationis deducitur examen, cessabit dolor utique, planctus et gemitus conquiessent, ac procul dubio multa tibi materia aderit ipsi congaudendi gaudenti; ipsum nempe vitam brevem et fluidam, que nichil est aliud quam vapor ad modicum parens, que velut umbra preterit et in eodem statu persistere nunquam novit, pro eterna

et incomutabili, firmiter credimus commutasse, ipsumque de hac valle calamitatis et miserie, in qua civitatem manentem non habuit, ad civitatem glorie quam solicite quesivit dum vixit, cujus angeli sunt concives, Deus Pater templum, Filius splendor et Spiritus Sanctus est caritas, in qua mansio est secura, totumque continet quod delectat, credimus pervenisse, nec non et de fallaci mundano gaudio, cujus extrema luctus occupat, ad vera perfectaque et eternalia gaudia jam transisse credimus, vel saltem ad spem infallibilem illuc veniendi, e vestigio pervenisse. Depone itaque, fili carissime, depone gemitum, luctum abice ac, juxta dictum apostoli, gaudenti congaude ne te de caritatis inopia arguendo, illud tibi dominicum verbum exprobrando valeat dicere : Si diligeretis me utique gauderetis, quia vado ad patrem. Orationes autem nostre fratrumque nostrorum pro ipsius salute non defuerunt utique nec nostre deerunt dum vivemus, Domino concedente. Te autem, fili carissime, regnaque tua, sicut et debitores sumus et nos recognoscimus, proponimus et intendimus habere in oportunitatibus propentius commendata. Oblationem insuper tuam grato[1] animo acceptantes, regie benivolentie gratias pro eadem offerimus quas valemus. Ad hoc, fili carissime, quia decet patrem benivolum carissimum sibi in Christo filium circa ardua occupatum dirigere ipsumque cautum in hiis reddere per que posset in illis laudabiliter se habere, agnoscentes te ad ardua dignitatis regie ascendisse, admodum necessarium arbitramur ut memoriter eterna studeas que sequuntur[2]. In primis, quia consideratio altitudinis regie dignitatis obfuscare nonnunquam rationis o[c]culum consuevit, expedit advertere te prudenter quod, quantumcunque ipsa dignitas sit sublimis, a curis tamen multis et oneribus variis ac innumeris periculis nequaquam qui illi pres det est immunis. Hec tibi, fili carissime, consideratio suadebit, ut in agendis consilia cures adhibere salubria, ac, velut in lubrico positus, tibi non des liberos impetus, sed circumspicias quo eundum sit et quousque, nec alta te sinet sapere, sed potius suggeret te humilibus consentire, quod utique necessarium non mediocriter arbitramur volenti regnorum gubernacula laudabiliter gubernare. Rursus te scire non ambigimus, et a tua memoria non excidere affectamus quod nichil est morte certius, nec aliquid incertius hora mortis, sicut magistra rerum experientia continue hactenus manifestat; videmus enim sic mori juvenem sicut senem, sic fortem ut debilem, sic nobilem ut ingnobilem, divitem ut pauperem, justum ut peccatorem, sapientem ut stultum, ac doctum pariter ut indoctum. Videmus quoque frequenter infirmos convalescere et incolumes subito expirare, alios loquendo deficere; alios comedendo, alios eundo, alios stando, alios do[r]miendo, alios laborando, alios videndo, alios flendo spiritum exhalare. Hoc quoque Scriptura sacra testatur dicens quod constitutum est [h]ominibus semel mori, et alibi, quod nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo et aves comprehenduntur laqueo, sic homines plerumque rapiuntur in tempore malo. Hec profecto consideratio vitare te, fili carissime, noxia faciet et stimulabit te festinanter agere que videris expedire. Hinc sapiens ait : Fili memorare novissima tua, et in eternum non peccabis. Et alibi suadet dicens : Quodcunque potest facere manus tua, incessanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas ; diemque tibi quamlibet persuadet velut ultimam ordinare. Adhuc, fili carissime, obtamus in tua fixe memoria retineri quod quantumcunque hec dignitas sit excelsa, non est libera a reddenda ratione, immo illi presidens, non solum de gestis, sed et de sermonibus, nec non et de cogitationibus, quod est gravius, strictam tenetur reddere rationem. Hinc apostolus ait : Omnes stabimus ante tribunal Christi ; et sequitur : Unusquisque pro se rationem reddet. Et cui (*sic*) sequitur : Deo, cujus utique sapientie nil poterit ocultari, cum ante ejus occulos omnia tam presentia, tam preterita quam futura nuda sunt et aperta ; cujus potentie nullus resistere poterit, cum cuncta et que in celo, et que in aere, et que in terra, et que in profundum abis[s]i sunt posita sint ejus ditioni subjecta, cujusque justitiam nullus evadere poterit, cum tempus acceperit judicandi, tunc et nulli parcet nec acquiescet cujus[cum]que precibus, nec pro redemptione dona plurima acceptabit. Horum, fili, consideratio te inducet ut illum timeas, illi juventutis tue primicias offeras, ipsi fortitudinem tuam custodias, et residua vite tue tempora in continuatione salutaris propositi et

piorum cum prosecutione operum studeas devovere, favendo ecclesiis, ipsarum libertates et jura, nec non et Dei ministros, personas videlicet ecclesiasticas, confovendo. Hec tibi, fili carissime, si ea observaveris diligenter, annos vite producent, hec tibi dierum longitudinem ministrabunt, hec firmabunt procul dubio tronum tuum. Hiis itaque tuum animum imbue, hiis informa, talibus assuesce ut per consuetudinem mores fiant nec perverti possint amplius, conversi quodamodo (*sic*) in naturam. Ad quod exequendum serenitatem regiam rogamus et hortamur in Domino, sano tibi nichilominus consilio suadentes quatinus consiliarios et alios officiales et ministros habere studeas prudentes et gnaros, quique Deum timeant, veritatem diligant et avariciam odiant, ac te in premissis et aliis semitis mandatorum Domini dirigant, non perversis suggestionibus a via rectitudinis abstrahant, nec exemplis detestandis abducant, statum tuum pacificum diligant, tuos subditos foveant, et sua lucra in alienis stipendiis non perquirant. Gratia Domini nostri Jhesu Christi, fili carissime, sit tecum, que te ab omni adversitate defendat et protegat, et dirigat in agendis. Dat. Avinione, VI idus febroarii, anno sexto. »

1. Reg. *gratam*.
2. Reg. *securus*.

1367 Avignon, 8 février 1322.

Johannam, reginam Franciæ, de Philippi regis, viri sui, morte consolatur. (Reg. 111, fol. 7 v°, c. 39.)

« *Johanne, regine Francie*. Obtamus, filia carissima, te prudenter attendere ac attente considerare quod sicut mors impia, tollendo de medio clare memorie Philippum, regem Francie et Navarre, virum tuum, gravia dispendia intulit omnibus caris suis, sic ipsa profecto immensa sibi, sicut firmiter credimus, beneficia procuravit; unde si dispendiorum consideratio que te tangunt pre aliis, cum quasi tibi subtraxerit alteram partem tui, amplius aliis te afflixit, si te replevit amaritudine ac dolore, si extorserit gemitus, si expresserit lacrimas, non decet quemquam super hoc admirari, cum lex nature ad talia consueverit inclinare. Nos enim, dum tam devotum tamque carissimum filium, qui non solum filiales sed quasi paternales affectus ad nos gessit, dum vixit, de brachiis Sedis Apostolice sublatum audivimus, obstupuimus, ac velut sauciati graviter, non potuimus vehementius non dolere, nostroque dolori dolorem utique superaddidit dolor tuus. Sane si pericula que evasit, et ea que consecutus est beneficia meditationis attente censura recenseas, conceptos, nec immerito, de ipsius obitu doloris temperabis aculeos, quin immo gaudendi et exultandi copiosam materiam ministrabit, et de multis beneficiis aliqua retinemus. Ecce quod, sicut firmiter credimus, vitam brevem et fluidam, que nichil est aliud quam vapor ad modicum parens, et quidam cursus ad mortem, cum vita perempni et incommutabili commutavit, ac de hac valle miserie, cujus omnes incole miseria sunt repleti, ad civitatem glorie cujus angeli sunt concives, in qua viget omnis securitas totumque continet quod delectat, necnon de falaci mundano gaudio, cujus extrema luctus occupat, ad eternalia gaudia feliciter est translatus. Illud quoque in partem multe consolationis debet accrescere omnibus caris ejus, quoniam rex ipse, tanquam princeps catholicus et a Domino predilectus, receptis devotissime dominicis sacramentis, spiritum Domino qui illum creaverat, et corpus terre unde sumptum fuerat, pro[m]pte reddidit et letanter. Quare magnificentiam regiam rogamus et hortamur in eo qui humiles consolatur, quatinus premissa cogitans et recogitans diligenter, regium animum qui semper debet haberi fortior in adversis, dolore non deprimas, sed consolatione munias et exaltes, ita quod ex te ceteris in exemplum constantia prebeatur, nosque qui plurimum in tua consolatione letabimur, tecum in resumptione letitie gloriemur. Volumus autem quod ad nos, carissima filia, recursum in tuis oportunitatibus habeas, sicut ante; nos enim affectum quem ad te dudum habuimus habemus et habebimus cum augmento continuo, Domino concedente. Gratia Domini nostri Jhesu Christi semper sit tecum, amen. Dat. Avinione, VI idus februarii, anno sexto. »

1368 Avignon, 8 février 1322.

Carolum, comitem Valesii, de morte prædicti Philippi, nepotis ejus, consolatur eumque hortatur ut Carolum regem protegat et dirigat. (Reg. 111, fol. 8, c. 40.)

« *Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Hoc indicit nature lex, cujus sunt infrenabiles motus primi, hoc exigit lex amoris quod, sicut carorum presentia caros letificat et delectat, sic et ipsorum substractio cor eorum amaricet et contristet, quodque, juxta amoris vehementiam, ex subtractione hujusmodi vis accrescat amaritudinis et doloris. Hinc quempiam admirari non convenit si substractio clare memorie Philippi, regis Francie, nepotis tui, quem sincere ac intense te novimus, dum viveret, dilexisse, amaricaverit cordis tui intima et turbarit. Nos etenim ejus transitus, dum tam devotum filium, tam fidelem amicum, tam pugilem Dei et Ecclesie strenuum conspeximus de brachiis Apostolice Sedis sublatum, gravis doloris sauciavit aculeo et amaritudinibus variis nos replevit. Quia tamen expedit humanis non semper indulgere affectibus, sed precidere potius rationabili considerationne dolores, decet te, amantissime fili, ad mortalitatis legem humano indictam generi considerationis debite aciem retorquere que profecto conceptos, nec immerito, de subtractione tanti principis doloris aculeos temperabit. Ut enim acerbitatem fati consoletur equalitas, comune (*sic*) factum est omnibus humane sortis edictum, neminem ab illo eminentia dignitatis excepit, nullum contra ipsum potentia, nullum divitie munierunt; ad mitiorem illius sententiam nec etatis miseratio provocat, nec sexus invitat; moritur siquidem juvenis, occiditur senex, puer dum incipit florere marcescit. Divinis itaque beneplacitis te conformans, patienter, ipsius, quesumus, dispositionem suscipe in subtractione predicta; ipsum enim regem eductum de valle miserie mundi hujus firmiter credimus, ut de terreno regno ad regna tran[s]feratur celestia, cum beatissimis spiritibus sine fine mansurus. Ad hec, amantissime fili, quia directio carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, ac laudabile regimen dicti regni, ad te velut provectioris etatis virum inter ceteros de stirpe regia prodeuntes majorisque auctoritatis et experientie noscitur pertinere, tuam duximus magnificentiam excitendam quatinus circa regis predicti directionem sic tua solicitudo vigilet, sic tua vigilantia sit intenta, quod dictum regimen Deo gratum regique ac tibi existat honorabile et subditis fructuosum, ipseque rex, et tu, post consummata hujusmodi vite curricula, mereamini ad regna celestia pervenire, sciturus quod qualecunque dictum regimen fuerit, tibi, quoad laudem vel ejus contrarium ascribetur. Dat. Avinione, VI idus februarii, anno sexto. »

1369 Avignon, 8 février 1322.

Henrico, domino Soliaci, de eisdem scribit eique favorem promittit. (Reg. 111, fol. 8, c. 41.)

« *Henrico, domino Soliaci.* Transitum clare memorie Philippi, regis Francie et Navarre, cum stupore percepimus et qualiter circa illud se habuerit intelleximus diligenter. Profecto primum cor nostrum non indigne gravis doloris sauciavit aculeo quadamque merito desolatione replevit. Fuit quidem non modica doloris ingentis occasio principe tam necessario destitui, privari filio tam devoto, ac ab amico tam fidelissimo separari; secundum autem nobis infudit oleum, dolorem deliniens et consolationem infundens, quin immo multam ministrans congaudendi materiam ipsi regi gaudenti. Nunquid non ejus caris in partem magnam consolationis debet cedere ac ad gaudium provocare quod rex ipse, relinquens gloriosum in populis nomen suum, tamquam princeps christianissimus et a Domino predilectus, receptis devotissime sacramentis dominicis, invocans nomen Domini et sanctorum suffragia postulans, plenus fide et bonis operibus, Domino tradidit spiritum qui creavit illum, cum ex hiis mortuus mundo, eternos speretur non immerito evasisse dolores et perenniter vivere, vel esse in spe vivendi infallibili cum beatissimis spiritibus in excelsis, utique debet esse? Congaudeamus igitur illi, omnes qui eum dileximus dum vivebat, cum ad perennia gaudia credi debeat pervenisse, ne nos de caritatis inopia arguens, illud nobis verbum dominicum valeat dicere : Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem. Affectus autem quem ad te, fili, habuimus non mutatur, sed cum augmento stabit, dan[t]e Domino, dum vivemus, ideoque ad nos cura recurrere confidenter quotiens videris expedire. Dat. Avinione, VI idus februarii, anno sexto. »

1370 Avignon, 8 février 1322.

Guidoni, comiti Blesensi, de venatione a Symone, clerico, nuntio ejus, præsentata regratiatur, fratremque ejusdem comitis commendatum habere promittit. (Reg. 111, fol. 8 v°, c. 42.)

« *Guidoni, comiti Blesensi.* Tue nobilitatis litteras — Dat. ut supra proxime. »

1371 Avignon, 8 février 1322.

Ludovico, comiti Clarimontis, de responsione Caroli, regis Franciæ, circa receptionem militiæ[1] ab Arnaldo Dueza. (Reg. 111, fol. 8 v°, c. 43.)

« *Ludovico, comiti Claromontis* (sic). Innotuit nobis tue nobilitatis lectio litterarum quid pro dilecto nepote nostro, Arnaldo de Dueza, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, exponendum duxeris, ac gratum responsum quod super eo receperas ab eodem. Super quo tam regi predicto quam tibi gratias referentes, tue nobilitati duximus respondendum quod, tum propter brevitatem temporis, tum propter reverentiam clare memorie Philippi, regis Francie et Navarre, nobis possibile seu conveniens non videtur ut in die predictis tuis litteris prefinito honorem recipiat in eisdem litteris expressatum. Nos autem non minus tam regi quam tibi obligatos, nec immerito, reputamus, quam si realiter perfecisset quod intimavit tua nobilitas ipsum se facturum liberaliter obtulisse. Datum Avinione, VI idus februarii, anno sexto. »

1. Ce mot, qui ne figure que dans l'index, précise l'objet de la lettre du pape.

1372 Avignon, 9 février 1322.

Stephano, Parisiensi episcopo, Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, ipsius capellanum et familiarem, ad Parisiensem ecclesiam pro sua residentia ibidem facienda accedentem, commendat. (Reg. 111, fol. 9, c. 46.)

« *Stephano, episcopo Parisiensi.* Cum dilectus filius — Dat. Avinione, V idus februarii, anno sexto. »

1373 Avignon, 9 février 1322.

Guillelmo, Vivariensi episcopo, ut eidem Johanni qui Carolo, regi Franciæ, quasdam litteras apostolicas præsentare debet, consiliis favoribusque assistat. (Reg. 111, fol. 9, c. 47.)

« *Guillelmo, episcopo Vivariensi.* Cum dilectus filius — Dat. ut supra proxime. »

1374 Avignon, 9 février 1322.

In e. m. magistro Petro Roderii, canonico Remensi, Caroli, regis Franciæ, cancellario. (Reg. 111. fol. 9, p. c. 47.)

1375 Avignon, 9 février 1322.

Bernardo Jordani de Insula eumdem Johannem commendat. (Reg. 111, fol. 9, c. 48 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 15, n° 171.)

« *Bernardo Jordani, domino de Insula.* Cum dilectus filius — Dat. Avinione, V idus februarii, anno sexto. »

1376 Avignon, 21 février 1322.

Guigoni, dalphino Viennensi, de pace cum Amedeo, comiti Sabaudiæ, facienda. (Reg. 111, fol. 80, c. 306.)

« *Guigoni, dalphino Viennensi.* Grata nobis admodum venerabilis fratris nostri G., archiepiscopi Viennensis, nos, fili, noverit tua nobilitas percepisse quod super pace inter te et dilectum filium nobilem virum comitem Gebennensem, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Amadeum, comitem Sabaudie, ex altera valitoresque vestros reformanda, dilectus filius Henricus, electus Metensis, patruus tuus tuumque regens Dalphinatum ad presens, prefati archiepiscopi, cui negotium pacis hujusmodi, quod non modicum insidet cordi nostro imposuimus promovendum, suasionibus annuens velut pacis filius reverenter, super tractatu habendo locum elegit ad quem, cum non possit personaliter accedere, habens in Franciam personaliter proficisci, te, si eidem archiepiscopo videatur expediens, ac certos

barones pacis predicte fervidos zelatores, pro parte tua et dicti comitis Gebennensis, cum potestate plenaria destinare promisit. Quare nobilitatem tuam toto cordis affectu rogandam duximus et hortandam quatinus, guerrarum dispendia et concordie commoda diligenter attendens, ob pacifici regis reverentiam, tractatum pacis hujusmodi usque ad consummationem prosequi non desistas, ut Deo exinde fias acceptior et tuam in bonis operibus solides juventutem ac apud nos et eandem Sedem Apostolicam digne commendationis laudibus attollaris. Datum Avinione, VIII kal. martii, anno sexto. »

1377 Avignon, 22 février 1322.

Prædicto Amedeo, comiti Sabaudiæ, de eadem pace. (Reg. 111, fol. 80 v°, c. 307.)

« *Amadeo, comiti Sabaudie.* Grata nobis admodum — Dat. Avinione, VIII kal. martii, anno VI°. »

1378 Avignon, 22 février 1322.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ut ad dictam pacem perficiendam zelum adhibeat. (Reg. 111, fol. 80 v°, c. 308.)

« *Guillelmo, archiepiscopo Viennensi.* Grata nobis admodum — Dat. Avinione, VIII kal. martii, anno sexto. »

1379 Avignon, 22 février 1322.

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, de eadem pace procuranda. (Reg. 111. fol. 81, c. 309.)

« *Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Cum sicut grata — Dat. Avinione, VIII kal. martii, anno sexto. »

1380 Avignon, 22 février 1322.

Nobilibus viris ad ejusdem pacis tractatum reformandæ deputatis, de eodem. (Reg. 111, fol. 81, c. 310.)

« *Nobilibus viris ad tractatum pacis reformande inter dilectum filium nobilem virum Amadeum, comitem Sabaudie, Guigonem, dalphinum Viennensem, et.., comitem Gebennensem eorumque valitores pro parte dictorum dalphini et comitis Gebennensis deputatis.* Cum, sicut venerabilis frater noster G., archiepiscopus Viennensis, nobis per suas litteras intimare curavit, de consensu dicti comitis Sabaudie, et dilecti filii H., electi Metensis, patrui dicti dalphini et Dalphinatum regentis ad presens, eodem archiepiscopo de mandato nostro solicite procurante, fuerit ordinatum quod dictus comes Sabaudie apud Lugdunum vel sanctum Simphorianum, et dictus dalphinus, si dicto archiepiscopo expediens videatur, ac vos, quos tanquam viros discretione preditos et pacis predicte fervidos zelatores prefatus electus ad hujusmodi negotium dicitur assumpsisse, pro parte eorumdem dalphini et comitis Gebennensis apud Viennam debeatis super dicto tractatu prima dominica instantis quadragesime, annuente Domino, convenire, prefato archiepiscopo ut tractatore communi in aliquo loco medio existente, nobilitatem vestram rogamus attentius et hortamur quatenus, guerre predicte dispendia varia pacisque [in]numera comoda diligentius attendentes, circa pacis tractatum hujusmodi, qui non modicum insidet cordi nostro, sic vos promptos et solicitos exhibere curetis quod, vestre solicitudinis studio mediante, intenso nostro desiderio quod circa pacis predicte reformationem gerimus satisfiat, vosque per hoc, premium quod viris pacificis veritas repromittit, nostram et Apostolice Sedis uberiorem gratiam assequi merito debeatis. Dat. Avinione, VIII kal. martii, anno sexto. »

1381 Avignon, 26 février 1322.

Cum nonnullæ utriusque sexus personæ de tertio ordine beati Francisci perire maluerint quam evangelicam doctrinam de articulo fidei, de sacramentis Ecclesiæ, de apostolicæ potestatis plenitudine profiteri, infrascriptis archiepiscopis et episcopis mandat ut, omnes ejusdem ordinis personas evocantes, de receptione et professione illarum ac de disputationibus et erroribus se informantes, contra deviantes a fide procedant. (Reg. 111, fol. 97, c. 392; — Reg. 73, cur. fol. 18 v°, c. 52; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322, § LI, extrait; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 143, n° 274, extrait; —

C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 222, n° 462; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 16, n° 172, non publié.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis per Narbonensem, Tholosanam, Auxitanam, Burdegalensem, Terraconensem, Arelatensem, Aquensem, Viennensem et Ebredunensem provincias constitutis.* Si ea que — Dat. Avinione, iiii kal. martii, anno sexto. »

1382 Avignon, 8 mars 1322.

Hugoni de Engolisma solventes bona quondam Petri, episcopi Carcassonensis, quittandi facultatem concedit. (Reg. 111, fol. 28, c. 142.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono de Biliomo in ecclesia Claromontensi.* Nuper tibi per — Dat. Avinione, viii idus martii, anno sexto. »

1383 Avignon, 10 mars 1322.

Eidem petendi, exigendi, recipiendi et, si videbitur expedire, vendendi bona dicti episcopi facultatem concedit, exceptis tantum illis de quibus præfatus episcopus dicitur specialiter ordinasse necnon bonis a capitulo Carcassonensis ecclesiæ occupatis. (Reg. 111, fol. 27, c. 137.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma.* Nuper de thesauro — Dat. Avinione, vi idus martii, anno sexto. »

1384 Avignon, 10 mars 1322.

Eidem ut omnia quæ de thesauro et bonis dicti episcopi receperit, ad Cameram apostolicam assignari faciat. (Reg. 111, fol, 27 v°, c. 138.)

« *Eidem.* Cum de te — Dat. Avinione, vi idus martii, anno vi°. »

1385 Avignon, 10 mars 1322.

Capitulo ecclesiæ Carcassonensis de commissis eidem H[ugoni] de Engolisma et de assignatione bonorum dicti episcopi facienda. (Reg. 111, fol. 27, v°. c. 139.)

« *Capitulo ecclesie Carcassonensis.* Cum nos ad — Dat. Avinione, vi idus martii, anno sexto. »

1386 Avignon, 10 mars 1322.

Executores testamenti præfati Petri episcopi, de eadem assignatione. (Reg. 111, fol. 27 v°, c. 140.)

« *Executoribus testamenti bone memorie Petri, episcopi Carcassonensis.* Cum nos ad — Datum Avinione, vi idus martii, anno sexto. »

1387 Avignon, 2 avril 1322.

Gastoni, comiti Fuxensi, quod monasterium Luccense ordinis sancti Benedicti, Olorensis diocesis, mensæ episcopatus Olorensis uniri, et quædam ecclesiæ diocesis Aquensis eidem Olorensi ecclesiæ subjici, ut petierat, non possunt. (Reg. 111, fol. 12, c. 62; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 16, n° 173.)

« *Gastoni, comiti Fuxensi.* Cum ad cultum — Dat. Avinione, iiii nonas aprilis, anno sexto. »

1388 Avignon, 5 avril 1322.

Geraldo de «Capmulo» concedit ut, ad reparationes in castro Novarum faciendas, quadragentos lapides de ponte diruto, de Bono Passu nuncupato, in flumine Durantiæ infra comitatum Venayssini sito, recipere possit. (Reg. 111, fol. 90 v°, c. 353.)

« *Magistro Geraldo de Capmulo, cantori ecclesie Lombariensis, episcopatus Avinionensis vicario auctoritate apostolica deputato.* Cum sicut nobis — Dat. Avinione, nonas aprilis, anno sexto. »

1389 Avignon, 22 avril 1322.

«Arnaldo», episcopo Dignensi, et G. de Turre, præposito Magalonensi, ut ad partes Vasconiæ se conferentes, pacem inter nonnullos magnates invicem dissidentes reforment. (Reg. 111, fol. 22 n°, c. 115; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 18, n° 174.)

« *Arnaldo*[1], *episcopo Dig[n]ensi, et G. de Turre, preposito Magalonensi.* Infausti rumoris assertione

percepto quod zizanie sator, cunctorum malorum incentor inter nonnullos Vasconie magnates et nobiles gravis discensionis (*sic*) materiam suscitavit, usque adeo ipsos commovens dissidentes quod viribus, non juribus, experiri decrevisse videntur, ac congressibus bellicis non soli dissidentes habent, ut fertur, concurrere, sed fere omnes nobiles et magnates, nedum illarum partium, sed etiam vicinarum, hinc et inde cum sua potentia interesse, nos more pii patris quem non pretereunt incommoda filiorum, attendentes lapsus rerum, strages corporum et animarum pericula gravius deploranda que ex congressibus hujusmodi si, quod absit, procederent, sequi possent, tantis malis desiderantes occurrere, sicut et pastoralis officii debitum nos astringit, de vestra industria gerentes fiduciam pleniorem, vobis committimus, et mandamus quatinus vos seu alter vestrum, ad partes ipsas vos personaliter conferentes, dissidentes ipsos et valitores ipsorum, de quibus videritis expedire, sic ad pacem et concordiam, juxta datam a vobis ex alto prudentiam, sollicitis monitis, et efficacibus persuasionibus inducatis ut, auxiliante illo qui est pacis auctor, et humane salutis amator, vestraque cooperante solertia Deo grata, inter ipsos possit concordia celeriter provenire. Nos enim ad omnia et singula que per nos ad pacem ipsam procurandam et firmandum possent fieri, vobis plenam et liberam, auctoritate presentium, concedimus facultatem. Dat. Avinione, x kal. maii, anno sexto. »

1. Cet évêque est appelé : *Armandus* dans la lettre suivante (n° 1390) et dans une lettre curiale que l'on trouvera plus loin (n° 1412). Eubel lui donne ces deux noms (*Hierarchia catholica*, p. 233). Les auteurs de la *Gallia Christiana* (t. III, col. 1123) ne citent que le premier.

1390 Avignon, 22 avril 1322.

Nobilibus et communitatibus Vasconiæ, ut præfatorum episcopi et præpositi monita benigne audientes, eis assistant et ad pacem veniant. (Reg. 111, fol. 22 v°, c. 116 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 19, n° 175, non publié.)

« *Nobilibus viris comitibus, vicecomitibus, baronibus, militibus ac nobilibus aliis necnon consulibus, consiliis, communitatibus et eorum majoribus seu rectoribus civitatum, castrorum et aliorum locorum partium Vasconie ad quos littere iste pervenerint.* Nuper, non absque — Datum ut supra. »

1391 Avignon, 22 avril 1322.

Amanevo de Lebreto, ut ad obviandum periculis quæ ex dissidiis possent occurrere inter eum ex una parte, et Sancenerium de Pinibus ac Johannam, ejusdem Sancenerii consortem, ex altera, prædictorum nuntiorum consilia audiat et ad pacem promptum se præbeat. (Reg. 111, fol. 23, c. 117 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 19, n° 176.)

« *Amanevo, domino de Lebreto. Rubrica*[1]. Ad obviandum periculis — Dat. Avinione, x kal. maii, anno sexto. »

1. Le copiste a ajouté ce mot parce que l'adresse, au lieu d'être écrite à l'encre rouge, a été écrite ici à l'encre noire, comme le reste du texte; elle a, de plus, été soulignée (Voyez ce que nous disons sur le même sujet, n° 26, note 2).

1392 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. prædicto Amanevo super controversia quæ esse dicitur inter ipsum, ex parte una, et Guillelmum, dominum du Cavomonte, ex altera. (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117 ; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 20, n° 177.)

1393 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. super eodem domino de Cavomonte. (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1394 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. comiti et comitissæ Fuxensi, super controversia quæ esse dicitur inter eos, ex parte una, et comitem Armaniaci at vicecomitem de « Fezensegueto », ex altera. (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 21, n° 178.)

1395 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. dicto comiti Armaniaci. (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1396 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. dicto vicecomiti de Fezensegueto « *abjecta in hiis tribus ultimis*[1] *illa clausula : que, te docente magistra rerum experientia, indubie non latere supponimus.* » (Reg. 111, fol. 23, p. c. 117 ; — L. Guérard, *loc. cit.*

1. Nos 1394, 1395.

1397 Avignon, 22 avril 1322.

Vicecomiti Leomaniæ, ut ad pacem inter Amanevum de Lebreto, ex parte una, et Sancenerium de Pinibus ac Johannam, ejusdem Sancenerii consortem, ex altera, procurandam, partes suas interponat. (Reg. 111, fol. 23, c. 118; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 21, n° 179, non publié.)

« *Vicecomiti Leomanie. Rubrica*[1]. Ad obviandum periculis — Dat. ut supra. »

1. Au sujet de ce mot, voyez ci-dessus, n° 1391, note.

1398 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. Bernardo Jordani, domino Insulæ. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118 ; — L. Guérard, *loc cit.*)

1399 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. Jordano de Insula. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1400 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. comiti Armaniaci. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1401 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. comiti Petragoricensi. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1402 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. domino de Cavomonte. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 118 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1403 Avignon, 22 avril 1322.

Brunessendi, comitissæ Petragoricensi, de eisdem scribit eamque hortatur ut Archambaldum, comitem Petragoricensem, natum suum, ad pacis viam eligendam inducat. (Reg. 111, fol. 23 v°, c. 119 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 22, n° 180.)

« *Brunessendi, comitisse Petragoricensi. Rubrica*[1] Ad obviandum periculis — Datum ut supra. »

1. Ce mot se trouve répété en marge, voyez à ce propos n° 1391, note.

1404 Avignon, 22 avril 1322.

In e. m. comitissæ Fuxensi. (Reg. 111, fol. 23 v°, p. c. 119 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1405 Avignon, 22 avril 1322

Rogerio, episcopo Vaurensi, ut eosdem nobiles Vasconiæ ad pacem inducat. (Reg. 111, fol. 23 v°, c. 120 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 23, n° 181, non publié.)

« *Rogerio, episcopo Vaurensi. Rubrica*[1]. Ad obviandum periculis — Datum ut supra. »

1. Voyez n° 1391, note.

1406 Avignon, 24 avril 1322.

Carolo, regi Franciæ, de bono ejus proposito et devotione gratias agit eique favorem promittit. (Reg. 111, fol. 10, c. 53.)

« *Carolo, regi Francie illustri.* Serenitatis regie nobis innotuit lectio litterarum quomodo prudentia regia quedam consilia et salutaria documenta in nostris contenta litteris nuper excellentie regie destinatis, sepe ac sepius iterans, sic in sui cordis depixit tabulis quod a sua nunquam memoria decident, quodque in eis, Deo favente, proponit jugiter meditari. Profecto, fili carissime, hec ad immensum nobis cesserunt gaudium multeque nobis exultationis non indigne materiam ministrarunt. Numquid non potest audire

pater, absque ingenti gaudio et exultatione animi, carissimum filium, etatis satis tenere, dignitate sublimem, divitiis et gloria affluentem, ac circa negotia distractum innumera, sic ad verba unius littere cor suum totaliter convertisse, ut illa in sui cordis depixerit tabulis et in ipsis proposuerit jugiter meditari? Nequaquam utique si affectum habeat veri patris. Gavisi sumus itaque gaudio magno nimis, talibus de predilecto filio intellectis, illique a quo bona cuncta procedunt, pro bono velle quod tibi tribuit, gratias referentes, humiliter supplicamus ut ipse pius et misericors Dominus sic et perficere pro bona voluntate tibi dignetur adicere quod ipse, post decurso feliciter presentis vite curriculo, te in sua dilecta tabernacula introducat. Tu quoque, fili carissime, quesumus, quantum in te est satage ut tam laudabile propositum dignum consequi mereatur effectum; in hiis, fili carissime, perseverare stude, sciens quod, licet virtutes omnes currant ad bravium, soli tamen est perseverantie repromissum. Ad hec subjungebatur in dictis litteris spem de nobis te, fili carissime, concepisse, quod ad ea que tuum respiciant honorem et commodum favor noster continuari debeat, sed etiam ampliari. Profecto, fili carissime, conceptus iste nunc nuntiari nequaquam debuit, sed ex die qua servus servorum Dei ordinati fuimus, obtineri verius debuit et cum augmento continuo perdurasse; sic enim Sedem istam domumque tuam conjunxit Altissimus, quod presidentes illis ad procuranda alterutrum commoda et vitanda dispendia mutuo sunt astricti. Nos quoque, preter hec, illi domui et illi presidentibus specialiter, sicut et sumus, fatemur et recognoscimus pre aliis nos astrictos. Unde, fili carissime, absque hesitatione qualibet volumus te tenere quod, non obstante quicquid linga tertia subdola, pacis emula et concordie inimica, undecunque procedat, garriat, quam qui respicit, privatus requie et amicum habere non poterit in quo requiescere possit, sic tuis successibus communicare intendimus, quod nos illi contingant tam prosperi quam adversi, sic ut illi nos letitia repleant, et isti, si quod absit, contingerent, amaritudine nos perfundant, sicque pro illis parati simus operosum adhibere studium, et contra ista remedia salubria, prout se possibilitas offeret, procurare. Rursus ad id quod prefate littere continebant quod ad omnia que sancte matris Ecclesie contingunt honorem nostreque scires placita voluntati, offerebat tua magnificentia se paratam, nescimus aliud respondere nisi quod regie devotionis oblatio eo nimirum nostris acceptior venit conspectibus, quo iterata majoris firmitatis indicia sua iteratione presentat, pro qua utique regalis excellentia sibi merito vendicat, nosque sincero corde eidem cum gratiarum actione offerimus quod valemus. Quod autem benignitas regia se excusat de responsione dilata, ex humilitate utique cum non esset necessarium, recognossimus processisse. Nuntios autem regios, dante Domino, dum venerint, sereno vultu videre intendimus et audire benigne ac expedire celeriter et feliciter, prout proponendorum per eos negotiorum qualitas patietur. Dat. Avinione, VIII kal. maii, anni sexto. »

1407 Avignon, 24 avril 1322.

Eidem regi, de pace inter intrinsecos et extrinsecos civitatis Januensis reformanda. (Reg. **111**, fol. **10** v°, c. 54; — Arch. nat., L. 300, n° 33, orig., le sceau manque.)

« *Eidem regi.* Ex tenore regalis epistole nobis misse percepimus quomodo certi ambassiatores, nuntii Symonis Crivelli, capitan[e]i et consilii credentie, qui se fideles[1] Imperii nominant, de Janua et districtu ad clare memorie Philippi, regis Francie, predecessoris tui, fili carissime, presentiam cum litteris eorum de credentia destina(n)ti, tue celsitudini, pretextu dicte credentie, quibusdam per ipsos ambassiatores oblatis ac per te, velut non convenientibus regie a te sumpte dignitati noviter, non admissis, supplicare inter alia tue excellentie curaverunt ut super reformatione pacis civitatis et patrie predictorum nobis velles dirigere preces tuas, quorum condescendens supplicationibus in hac parte, efficaces nobis preces duxit excellentia regia porrigendas. Profecto letamur, fili, talem illi regno Francie cui Dominus benedixit, preesse rectorem qui que majestatem dedecent regiam respuit, et que illi sunt congruentia clementer admittit. Ut autem quid circa reformationem pacis

hujusmodi procurandam fecerimus hactenus celsitudo regia non ignoret, ad ejus notitiam deducimus per presentes quod, quamquam in dicte dissentionis primordio nostri nuntii, dilecti videlicet B[ertrandus] de Turre, Minorum, tunc minister provincialis Aquitanie, nunc tituli sancti Vitalis presbyter cardinalis, ac B[ernardus] Guidonis, Predicatorum, inquisitor heretice pravitatis in partibus Tholosanis, ordinum fratres, per nos ad partes Ytalie pro pace reformanda in partibus ipsis nuntii destinati, dicta percepta discordia, pro illa sopienda festinaverint, tam intrinsecis quam extrinsecis presentiam exhibere ipsisque, velut pacis angeli pacis monita nuntiantes, ad ea satagerint ipsorum animos studiosius inclinare, ac, ab intrinsecis grata responsa super hiis reportarint, ab extrinsecis[2] nullum potuerunt nisi fastuosum et quasi delusorium extorquere responsum, propter quod infecto negotio, pro referendis que fecerant, ad nostram se conferre presentiam curaverunt. Ac insuper, licet hiis non contenti, cum sismaticis et Ecclesie inimicis fedus inierint extrinseci supradicti eorumque vexilla in suis vasis maritimis deferre publice ac eorum laudes non erubuerint proclamare, quodque post processus nostros excommunicationis et alias tam spirituales quam temporales sententias continentes, habito de fratrum nostrorum consilio, contra quoscumque regnum Sicilie citra Farum quod carissimus filius noster R[obertus], rex Sicilie illustris, in feudum a Romana Ecclesia obtinere noscitur, invadere presumentes, non fuerint veriti hostiliter invadere dictum regnum, ipsos tamen, tot ab ipsis injuriis lacessiti, ad pacem reducere curavimus studiose; et licet mediante dilecto filio nostro Neapolione, sancti Adriani diacono cardinali, a nonnullis non parve auctoritatis extrinsecis nobis certus tractatus oblatus fuerit, et quod illud deberemus prosequi, ac partibus diem certam statuere pro tractatu hujusmodi prosequendo, qui in se existebat difficilis et nobis multipliciter onerosus, propter quod tractatum illum respueramus sepius, devicti tandem importuna ipsorum instantia, votis eorum duximus annuendum, extrinsecisque predictis consentientibus, tam intrinsecis quam extrinsecis certum terminum duximus assignandum, in quo intrinsecis per solennes comparentibus nuntios coram nobis, extrinseci velut superbie et arrogantie vento repleti, nec comparere nec se curaverunt super hoc excusare. Qualem autem devotionem ad domum tuam dudum habueriut extrinseci supradicti et qualiter ejus preces exaudiverint, sciret dicere, si viveret, bone memorie R[obertus], Attrebatensis comes, cum certis aliis pro parte domus regie Januam destinatus, qui moram trahens inibi pluribus septimanis, nil nisi verba vana et arrogantia potuit reportare; et quid honoris domui regie impenderint in hac parte, potest aperte providentia regia judicare. Habuerunt quidem recursum ad plures alios etiam sismaticos et domus regie inimicos, antequam ad presidium domus regie duxerint recurrendum. Premissis tamen non obstantibus, regiarum precum obtentu, uni ex aliis ambassiatoribus in curia tunc presenti respondimus, expositis supradictis, quod si essent presentes aliqui de extrinsecis cum quibus possemus tractare, parati eramus pro pace reformanda inter ipsos intrinsecos et extrinsecos interponere partes nostras, quo respondente quod ipse non loquebatur nisi pro se dumtaxat, nec ad hoc mandatum aliquod a predictis extrinsecis obtinebat, eidem diximus quod si ipsos intrinsecos mittere contingeret aliquos ad predicta potestatem habentes, nos parati essemus, dante Domino, circa premissa intendere et vacare; sicque recessit a curia, nullo ex tunc pro ipsorum parte se nostro conspectui presentante. Unde videat excellentia regia qualis est ipsorum intentio in premissis, et advertat quod non leviter tangit carissimum filium nostrum R[obertum], regem Sicilie illustrem, negotium antedictum. Qualis autem, fili carissime, repertus fuerit circa ea que tangunt fidem catholicam sismaticus ille Matheus de Mediolano, per inquisitores heretice pravitatis illarum partium, videre poterit excellentia regia in cedula presentibus interclusa. Gratia Domini excellentiam regiam dirigat in agendis. Dat. Avinione, VIII kal. maii, anno sexto. »

1. Reg. *fidelem.*
2. Orig. *ab extrinsecis tamen* etc.

1108 Avignon, 24 avril 1322.

Carolo, comiti Valesii, de laudabili ejus proposito circa Franciæ regimen gratias agit eique sententiam

contra Matheum de Mediolano latam transmittit. (Reg. 111, fol. 11, c. 55.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Leta manu magnitudinis tue recepimus litteras laudabile propositum quod geris circa carissimi filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, regnorumque salubre regimen nuntiantes. Profecto, fili, talia de te gratanter audivimus quia ea Deo noscimus esse grata; quia nobis acceptam admodum tue salutem anime, si constanter in illis perstiteris, repromittunt; quia cum nostris desideriis qui premissorum directionem et laudabile regimen desideranter appetimus, convenire noscantur; pro quo illi nimirum in cujus manu principum corda consistunt, toto mentis affectu quas possumus gratiarum actiones exolvimus qui tibi spiritum hujusmodi inspiravit, illius clementiam implorantes ut in hujusmodi fervore propositi te per tempora longiora conservans, sic in suis semitis perficiat gressus tuos, quod ab illis nequaquam tua vestigia moveantur, sed et que, ipso inspirante, interius concepisti, ipso robur prebente, exterius perducere valeas ad effectum. Ad hec, pro oblatione per easdem litteras nobis facta, tue magnificentie gratiarum exsolvimus uberes actiones, qua uti confidenter intendimus quotiens hoc oportunitas suadebit. Ut autem qualis ille tyrannus sismaticus perfidus Matheus de Mediolano ab inquisitoribus pravitatis heretice sit repertus qualemque pro suis demeritis reportaverit sententiam, tua magnificentia non ignoret, aperiat utique, si videre libuerit, cedula tenorem dicte sententie continens presentibus interclusa. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum, fili, amen. Dat. Avinione, viii. kal. maii, anno sexto. »

1409 Avignon, 24 avril 1322.

Bernardo Jordani de Insula, de vocatione sua a Carolo, rege Franciæ, congaudet eique Johannem de Arpadella quasdam eidem regi litteras apostolicas præsentaturum commendat. (Reg. 111, fol. 12 v°, c. 56; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 23, n° 182.)

« *Bernardo Jordani, domino (de) Insule.* Vocationem tuam, fili, letanter audivimus et, ut in ea te laudabiliter habeas, in Domino exhortamur ut te non extollat ipsa vocatio nec extra terminos tuos ponat, sicque, Domino faciente, cor tuum disponere studeas, sic linguam frenare manusque innoxias custodire, quod emuli, qui plerumque regnant in domibus principum, nequeant te mordere, quodque non te consiliis ingerens, deferre aliis studeas et multiloquium in quo erratur faciliter, evitare. Carissimo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, mittimus litteras per dilectum filium nostrum capellanum Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, cui te assistere volumus, si presens fueris, presentandas [1]. Scribe nobis frequentius statum carissimi filii nostri regis predicti, quem Deus in agendis dirigat et protegat ab adversis. Dat. ut supra. »

1. Ce personnage avait déjà été recommandé à Bernard Jourdain le 9 février (Voyez n° 1375).

1410 Avignon, 24 avril 1322.

Episcopi Vivariensis fidelitatem et diligentiam commendans, eum hortatur ut de statu Caroli, regis Franciæ, ipsum frequentius reddere certiorem curet. (Reg. 111, fol. 11 v°, c. 57.)

« *Episcopo Vivariensi.* Fraternitatis tue litteras geminas tue fidelitatis et diligentie nobis nuntiantes promptitudinem nos noveris recepisse, super quo tuam solicitudinem in Domino merito commendantes, volumus et hortamur ut de statu carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, quem Deus prosperum faciat, nos cures frequentius reddere certiores. Lator ultimarum de nostra intentione circa multa te poterit reddere certiorem. Dat ut supra. »

1411 Avignon, 24 avril 1322.

Magistrum Johannem de Arpadella de diligentia commendat eique nonnulla committit. (Reg. 111, fol. 11 v°, c. 58.)

« *Magistro Johanni de Arpadella.* Missas per te nobis quam (*sic*) tuas quam aliorum per diversos

nuntios litteras nos noveris recepisse, ex quibus tuam percipientes diligentiam ipsamque merito commendantes, volumus et mandamus ut, quotiens expediens videris, nobis insinues que videris expedire; litteras autem quas tibi per presentium portitorem transmittimus, illis quibus eas mittimus evestigio presentabis. Dat. ut supra. »

1112 Avignon, 24 avril 1322.

Litteræ de securo conductu pro Armando[1], episcopo Dignensi, et Guillelmo, præposito ecclesiæ Magalonensis, ad partes Vasconiæ Apostolicæ Sedis nuntiis. (Reg. 73, cur. fol. 19, c. 55.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis et dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis et prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis eorumque vices gerentibus, ac ecclesiasticis personis religiosis et secularibus et aliis ecclesiarum et monasteriorum capitulis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis et Cluniacensis, Cartusiensis, Premostratensis, sancti Augustini et sancti Benedicti et aliorum ordinum, necnon magistris preceptoribus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et beate* [*Marie*] *Theotonicorum ad quos littere presentes pervenerint, salutem.* Cum venerabilem fratrem — Datum Avinione, VIII kal. maii, anno sexto. »

1. Au sujet de ce nom, voyez ci-dessus, n° 1389, note.

1113 Avignon, 4 mai 1389.

Galchero de Castellione respondet quod domus de Noysiaco sibi concedi non potest. (Reg. 111, fol. 12, c. 61.)

« *Galchero de Castellione, domino de Dompno Petro.* Tue, fili, nobilitati — satisfacere autem prioratui sancti Martini juxta Parisius de loco alio pro domo de Noysiaco quam tibi per nos concedi per tuas litteras supplicasti, nequaquam possumus, nisi ecclesiam aliam gravaremus, et ideo habeat nos tua prudentia super hoc excusatos. Dat. Avinione, IIII nonas maii, anno sexto. »

1114 Avignon, 5 mai 1322.

Abbati Cluniacensi, ut fratri Renerio, Cluniacensis ordinis, olim decano de Valenzoliis, Regensis diocesis, eumdem decanatum de Valenzoliis restituat, vel de aliquo prioratu aut domo providere studeat, cum idem Renerius de decanatu de Escuroliis in Arvernia sibi inde concesso, propter magnam « censam », sustentari non possit. (Reg. 111, fol. 12, c. 64.)

« .., *abbati Cluniacensi.* Scire te volumus — Dat. Avinione, III nonas maii, anno sexto. »

1115 Avignon, 7 mai 1322.

Guillelmum de Concoutz Aymerico de Cregolio, decano Colimbriensi, infirmitate gravato, in cujusdam perceptione decimæ subrogat[1]. (Reg. 111, fol. 79, c. 301; — Reg. 73, cur. fol. 25, c. 86.)

« *Guillelmo de Concoutz, canonico Autisiodorensi.* Dudum dilecto filio — Dat. Avinione, nonas maii, anno sexto. »

1. Voyez n° 1282.

1116 Avignon, 12 mai 1322.

Carolo, comiti Valesii, de amicitia sua erga dominum Soliaci gratias agit. (Reg. 111, fol. 11, c. 59.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Nosti, fili, quod amicitia vera plerumque latere consuevit in prosperis et pandi procul dubio in adversis. Quam sit autem laudabile ipsam in adversitatis servare tempore, hoc observantium raritas arguit, que rem preciosorem efficere consuevit. Hec, fili, ab infantia velut tibi connaturalis tecum crevisse dicitur, quam in personam dilecti filii nobilis viri H., domini Soliaci, noviter observasse laudabiliter predicaris. Cum enim illi, sereno ipsius in tempore, videlicet clare memorie Philippi, regis Sicilie et Navarre, illo vivente, dulcis

et benivolus dominus fueris, ad ipsum, nubiloso tempore, post dicti videlicet regis transitum, ipsam operose continuare benivolentiam curavisti. Profecto, fili, hoc letanter percepimus et exultanter audimus, in hiis cupimus te persistere, scientes quod per hoc multorum corda tibi merito poteris vendicare, multosque ad tua copulare beneplacita et ad devota tua obsequia non indigne allicere et ligare. Et quoniam nobilem predictum, quia experientia multa ipsius domino suo fidelem et in sibi commissis vigilem ac solicitum novimus et prudentem, gerimus in visceribus caritatis, magnitudinem tuam affectione qua possumus deprecamur ut, nedum ipsum benivolentia solita prosequaris, sed nostre interventionis obtentu, ipsa benivolentia obtata suscipiat incrementa, pro quo fidentius preces nostras magnitudini tue duximus offerendas, quia devotum tuum et fidelem ipsum novimus tuaque negotia, cum se oportunitas obtulit, non aliter nobiscum quam regia promoventem. Dat. Avinione, IIII idus maii, anno sexto. »

1417 Avignon, 12 mai 1322.

Johanni Cerchemont de mutua amicitia cum eodem H[enrico] Soliaci gratias agit. (Reg. 111, fol. 11 v°, c. 60; — Arch. nat., J. 706, n° 223, orig. scellé sur chanvre.)

« *Johanni Cerchamont*[1], *decano Pictavensi*. Scire te credimus — Dat. Avinione, IIII idus maii, anno sexto. »

1. *Cancellario Francie*, lit-on dans l'index. C'est une erreur évidente que ne reproduisent ni le texte du registre ni l'original que nous signalons. Jean Cerchemont (Voyez, pour l'orthographe de ce nom, n° 1308, note) avait été chancelier de Philippe le Long. Sous Charles IV il fut remplacé par Pierre Rodier (Voyez n°s 1374, 1424; — et P. Anselme, *Histoire généalogique de la maison de France*, t. VI, p. 309, où nous lisons qu'il fut rétabli le 19 novembre 1323).

1418 Avignon, 17 mai 1322.

Rogerio, Vaurensi episcopo, ut tractatum inter se et P[etrum], Ruthenensem episcopum, habitum super pariagio inter eumdem Petrum et ecclesiam Ruthenensem, ex parte una, et J[ohannem], comitem Ruthenensem, ex altera, usque ad alterius anni spatium prorogare velit. (Reg. 111, fol. 12, c. 63; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 25, n° 184.)

« *Rotgerio, episcopo Vaurensi*. Dudum te rogasse — Dat. Avinione, XVI kal. junii, anno sexto. »

1419 Avignon, 19 mai 1322.

Sententia definitiva in causa divortii inter Carolum, regem Franciæ et Blancham de Burgundia. (Reg. 111, fol. 29-33, cc. 147 et 148; — Arch. nat., J. 682, n°s 4[1-3], orig. scellés sur soie[1]; — Baluze, *Vitæ paparum Aven.*, t. II, col. 439-458, n° LXVII; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322, § 28, extrait.)

« *Ad perpetuam rei memoriam*. Hoc suscepti nobis indicit cura regiminis, hoc salus animarum expostulat et utilitas publica persuadet ut conjunctos contra statuta canonum, adhibita maturitate debita, studeamus solvere, ipsisque abeundi ab invicem licentiam libenter impertiri. Hec profecto in personis sublimibus, quarum excessus divinam posset gravius majestatem offendere gravioraque ex eis pericula possent subsequi et scandala suscitari, sunt observanda tenacius et promptius exequenda. Sane dilecti filii nobiles viri Ludovicus, comes Clarimontis et Milo, dominus de Noeriis, ac magistri Stephanus de Mornayo, decanus sancti Martini Turonensis, et Petrus de Mortuomari, cantor Bituricensis ecclesiarum, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie ac Navarre illustris, nuntii ad nostram presentiam destinati, in nostra fratrumque nostrorum presentia constituti, presentibus quoque Petro Galvandi[2], dicti regis, et Aymerico Mazeran[3], dilecte in Christo filie nobilis mulieris Blance de Burgundia procuratoribus, insinuare nobis nomine regio curaverunt quod, dudum inter regem et Blancam predictos, tunc infra annos nubiles constitutos, parentibus ipsorum procurantibus, de facto matrimonium extitit celebratum, in quo usque ad annos nubiles et post, annis pluribus persistentes, prolem tam masculinam quam femininam ex dicto matrimonio susceperunt. Processu vero temporis, cum fide digna relatio ad ipsius regis notitiam deduxisset quod diversa impedimenta, tam ex consanguini-

tate quam ex proximitate spirituali provenientia, dicto matrimonio obsistebant, sic quod nec illud de jure tenebat, nec ipsi persistere absque offensa divina poterant in eodem, idem rex volens peritorum consilio super his certius informari, cum pluribus sacre theologie magistris et doctoribus decretorum et legum professoribus deliberare curavit; quorum in hoc resedit deliberatio quod dictum matrimonium procul dubio non tenebat, nec in eodem ipsi contrahentes licite poterant remanere. Propter quod idem rex pater fieri cupiens, et ad Dei servitium, regnorum suorum regimen omniumque fidelium fulcimentum prole legitima abundare, et an dictum matrimonium teneret vel non teneret Ecclesie judicio declarari, per procuratorem suum ad hoc legitime constitutum venerabilem fratrem nostrum Stephanum, Parisiensem episcopum, ejus et dicte Blance ordinarium adire curavit; dictusque episcopus, exposito sibi negotio hujusmodi, diligenter considerans qualitatem ipsius et dictarum excellentiam personarum, ut sollemnius et maturius ac cum majori gravitate, omni suspicione cessante, procederet in eodem, adhibuit sibi venerabilem fratrem.., episcopum Belvacensem et dilectum filium magistrum Gaufridum de Plexeyo, notarium nostros, ut sibi assisterent in eodem, adhibendo sibi pro notariis publicis in hac causa dilectum filium magistrum Amisium, dictum le Ratif de Aurelianis, decanum Parisiensis, et magistrum Guillelmum de Morcento, canonicum Laudunensis ecclesiarum, publicos apostolica auctoritate notarios, peritos in jure et expertos in facto, dictamque Blancam citari fecit peremptorie ad diem certam in ipso citatorio insertam libello, in qua per se vel per procuratorem legitimum libello hujusmodi responderet et in hujusmodi causa procederet prout justitia suaderet. Qua die procuratore pro dicte Blance parte constituto legitime comparente, ac juridictione dicti episcopi ad cautelam a partibus prorogata, liteque super dicto libello legitime contestata, ac juramento tam de calumnia quam de veritate dicenda prestito hinc et inde, factisque positionibus et oblatis pro parte regis ejusdem, et pro parte dicte Blance ad eas responsionibus subsecutis, datis quoque articulis et super eis productis testibus pro parte regis ejusdem, ipsorumque testium juramento recepto in presentia procuratorum partium earumdem, et examinatis eisdem, et attestanionibus eorum in scriptis redactis, ante publicationem ipsarum procurator dicte Blance excipiendo proposuit coram episcopo prelibato quod impedimenta objecta superius contra matrimonium antedictum eidem minime obsistebant, pro eo videlicet quod ipsum matrimonium dispensatio apostolica dicto regi et illi cum qua contraheret concessa precesserat, que impedimenta predicta omnia amovebat; quare dictum matrimonium contractum fore legitime asserebat. Pro parte vero dicti regis fuit propositum replicando quod dicta dispensatio, tum propter impedimenta multiplicium consanguinitatum et affinitatum ex diversis prohibitis gradibus provenientium, tum etiam propter cognationem spiritualem ex eo contractam quod prefatus Carolus per matrem dicte Blance una cum quibusdam aliis fuerat de sacro fonte levatus, de quibus in dicta dispensatione sufficiens mentio non fiebat, nec ad ea dicta dispensatio se aliquatenus extendebat, necnon quia in ipsa dispensatione multa suggesta fuerant que veritatem minime continebant, propter quod videbatur judicanda subreptitia, regi predicto nullatenus obsistebat, dictoque matrimonio robur prebere non poterat nec debebat. Post que prefatus episcopus considerans diligenter super dicta dispensatione apostolica multa resultare dubia ex propositis hinc et inde, ac attendens quod ad summum pontificem pertinet suarum et predecessorum suorum dispensationum verba et super ea mota dubia declarare, expedientius reputavit quod ad nos prefatum negotium remitteretur instructum. Cui remissioni rex predictus sub certo modo et procurator dicte Blance simpliciter consenserunt. Post que dictus Parisiensis episcopus decrevit remissionem nobis fore hujusmodi negotii totius coram eo habiti faciendam, ita tamen quod si casu aliquo contingeret quod per nos non diffiniretur negotium antedictum, illi per remissionem hujusmodi non fieret prejudicium quominus ipse dictum negotium posset resumere ac etiam diffinire. Quare tam nuntii quam procuratores prefati ex parte regis et Blance predictorum nobis humiliter supplicarunt ut dictum negotium recipere ipsumque sicut exigebat negotii qualitas, cujus mora secum trahebat

periculum, diffinire celeriter dignaremur, exhibentes nobis litteram ejusdem episcopi super dicta remissione confectam suaque procuratoria et processum habitum coram eo. Dictusque procurator Blance predicte nobis exhibuit clausas carissime Johanne Francie et Navarre regine illustris, et dilectarum in Christo filiarum nobilium mulierum Mathildis, comitisse Atrebatensis ac Blance litteras supradicte, in quibus quidem remissionis littera et processu sigilla Parisiensis ac Belvacensis episcoporum, ac magistri Gaufridi notarii predictorum erant appensa. Aperta itaque dicte remissionis littera et perlecta, perlectis quoque procuratorum procuratoriis predictorum, nos, quos astringit debitum officii pastoralis ut ad submovenda filiorum pericula sollicite intendamus ipsisque adversus illa curemus salubriter providere, negotium prefatum recepimus, intendentes illi, dante Domino, congruum finem dare, ac volentes et predicentes expresse quod, si per nos contingeret dictum negotium minime terminari, jus dicto Parisiensi episcopo circa cognitionem ipsius, si et prout ei ante remissionem hujusmodi competebat, salvum per omnia remaneret. Intendentes itaque procedere in negotio supradicto, presentibus venerabilibus fratribus Berengario, Tusculano et Raynaldo, Ostiensi episcopis, et dilectis filiis nostris Petro, tituli sancte Susanne, Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri, et Symone, tituli sancte Prisce presbyteris, Bertrando, sancte Marie in Aquiro et Arnaldo, sancti Eustachii diaconis cardinalibus in aula episcopali Avinionensi, ubi dudum teneri consistorium consuevit, presentibus quoque nuntiis et procuratoribus antedictis, ac recognitis ab eisdem procuratoribus mutuo tam sigillo regis ejusdem in procuratorio suo appenso quam signis et subscriptionibus notariorum in procuratorio predicte Blance subscriptorum, necnon sigillis in actis dicti processus in publicam formam redactis ac etiam in scriptura attestationum nondum publicatarum pendentibus, sigillis quoque litterarum clausarum regine, comitisse [et] Blance predictarum recognitis, a procuratoribus antedictis, eisque instantibus et supplicantibus, attestationes aperuimus et publicavimus supradictas. Post que attestationes et processum predictos videri et examinari ac rubricari attestationes easdem fecimus diligenter, ac deinde super dictis attestationibus et processu collationem cum fratribus nostris habuimus diligentem. Et licet nuntii et procuratores predicti nobis cum instantia supplicarent ut in dicto concluderetur negotio et ad sententiam proferendam procedere deberemus, nos tamen attendentes pericula varia que ex defectu, si quis forsan in hiis occurreret, possent sequi, ac obviare periculis talibus cupientes et negotio tam arduo salubriter providere, non recedentes a processu coram dicto Parisiensi episcopo habito sive facto, nec ab eodem recedere aliquatenus intendentes, quod nos ex nostro officio tam super processu coram dicto Parisiensi episcopo habito quam super principali negotio informaremur simpliciter et de plano absque strepitu judicii et figura decrevimus expedire. Ad informationem itaque hujusmodi ex nostro officio procedentes, ibidem produci coram nobis fecimus procuratoria per procuratores partium predictarum coram [dicto] Parisiensi episcopo exhibita et producta; recognitisque sigillo appenso in procuratorio dicti regis ac subscriptionibus notariorum per quos subscriptum fuerat procuratorium dicte Blance, petitionem oblatam coram prefato episcopo pro parte dicti regis et responsionem ad ipsam per procuratorem dicte Blance ejus nomine subsecutam dictis procuratoribus recognoscentibus, videlicet dicti regis se petitionem obtulisse predictam, ac dicte Blance se fecisse responsionem prescriptam, ipsos interrogavimus utrum persisterent in contentis in petitione et responsione predictis. Ad que quidem sic respondente procuratore dicti regis, procurator dicte Blance respondit quod dicta Blanca eidem post responsionem predictam dixerat quod ex hujusmodi matrimonio conscientiam graviter lesam habuerat et habebat, quia, sicut intellexerat, dispensatio apostolica se ad omnia impedimenta matrimonii supradicti minime extendebat, quare in responsione predicta persistere salva conscientia non valebat. Subsequenter autem positiones et articulos ad dictum negotium principalius pertinentes ac responsiones ad eosdem factas ibidem legi fecimus, interrogantes procuratores predictos an per procuratorem dicti regis fuerint coram dicto episcopo Parisiensi exhibiti positiones et articuli supradicti, et an

in illis persisteret in presenti, procuratorem quoque dicte Blance an dicta Blanca respondisset positionibus et articulis prout superius fuit lectum, et an in illis responsionibus presentialiter vellet stare. Quibus respondentibus premissa fuisse exhibita, facta et responsa ut superius est expressum, ac in illis se velle persistere, receptoque ab utroque juramento de calumpnia et veritate dicenda, perstiterunt in propositis et responsis. Postquam, presentibus ibidem nuntiis et procuratoribus supradictis, quosdam ex fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus et nonnullos alios testes omni exceptione majores, ab eis in dictorum procuratorum presentia juramento recepto, ipsos specialiter super diversis consanguinitatibus et proximitate spirituali quibus in gradibus prohibitis dicti rex et Blanca dicebantur esse conjuncti per prefatos Raynaldum, Ostiensem episcopum, et P[etrum], tituli sancte Susanne presbyterum, ac B[ertrandum], sancte Marie in Aquiro diaconum cardinales, etiam examinari fecimus diligenter, committentes eisdem quod et alios super predictis possent testes recipere et examinare, prius ab eis juramentis receptis de quibus eis expediens videretur. Qui dicta testium predictorum per nos receptorum et nonnullorum aliorum receptorum per ipsos in scriptis redigi per notarios ad hoc deputatos fideliter facientes, nobis attestationes hujusmodi, presentibus et assistentibus nobis venerabilibus fratribus nostris Tusculano et Ostiensi episcopis, P[etro], tituli sancte Susanne, et Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri, Symone, tituli sancte Prisce presbyteris, B[ertrando], sancte Marie in Aquiro, et Arnaldo, sancti Eustachii diaconis cardinalibus, nobis attestationes hujusmodi presentarunt, ipsasque, instantibus et supplicantibus procuratoribus supradictis, duximus publicandas. Postquam, interrogati procuratores predicti si volebant aliud in vel super negotio antedicto sive super processu coram nobis vel coram dicto episcopo habito proponere, producere vel probare, procurator Blance predicte coram nobis exhibuit litteras apostolicas super dicta dispensatione confectas, quas etiam exhibuerat in processu habito coram episcopo Parisiensi predicto, procurator vero dicti regis exceptiones seu replicationes per ipsum alias contra dispensationem propositas supradictam et exhibitas in judicio coram Parisiensi episcopo supradicto ibidem proposuit coram nobis, asserentes procuratores predicti se nolle ulterius aliquid proponere, excipere, replicare, dicere, allegare vel producere, sed quod parati erant renuntiare et in causa, quantum ad utrumque processum concludere memorata. Cumque instarent ut ad hec ipsos admittere deberemus, ipsorum supplicationibus duximus annuendum. Renuntiantibus itaque et concludentibus procuratoribus antedictis quoad processus predictos et quemlibet eorumdem, nos quoque quantum ad utrumque habuimus pro concluso. Demum autem visis, examinatis et diligentius recensitis tam actis aliis quam attestationibus in hujusmodi causa tam coram nobis quam coram Parisiensi episcopo habitis atque factis, ac super ipsis deliberatione cum fratribus nostris prehabita diligenti, presenti die consistorium cum fratribus nostris hora solita celebrantes, quam pluribus prelatis necnon auditoribus palatii nostri et aliis capellanis nostris ad id specialiter convocatis, aliisque personis diversis tam clericis quam laicis ibidem presentibus, nuntiis quoque et procuratoribus supradictis comparentibus in dicto consistorio coram nobis, fuit pro parte nuntiorum et procuratorum ipsorum nobis humiliter et cum instantia supplicatum ut causam et negotium hujusmodi secundum Deum et justitiam terminare per diffinitivam sententiam dignaremur, non obstantibus si forte dicta dies ratione Rogationum seu letaniarum, que tunc fiebant, reputaretur apud aliquos feriata; quas ferias, si que essent, dignaremur quantum ad istud negotium amovere omnemque deffectum, si quis foret in processibus antedictis, supplere de apostolice plenitudine potestatis. Nos itaque attendentes quantum posset mora afferre periculum in negotio antedicto, illique volentes per maturam expeditionem negotii obviare, eorum supplicationibus annuentes, de fratrum nostrorum consilio ordinavimus, decernendo quod ea que die presenti facta sunt et que fient in seu super negotio antedicto, non obstante quod feriata existat, perinde valeant roburque plenum obtineant firmitatis ac si dicta dies non existeret feriata, super hoc dispensantes de apostolice plenitudine potestatis, de eorumdem fratrum consilio nihilominus dispensantes, super

defectibus, si qui forsan occurrerent in processibus antedictis, ipsosque supplentes quantum possumus etiam de apostolice plenitudine potestatis. Dei itaque nomine invocato, summatim recitatis processibus antedictis ac littera remissionis dicti Parisiensi episcopi, libello quoque in dicta causa oblato coram dicto Parisiensi episcopo, et procuratoriis per que procuratores predicti ad prosequendum coram nobis hujusmodi negotium fuerant constituti, supplicationibus quoque a dictis procuratoribus nobis factis, necnon et littera apostolica super dicta dispensatione confecta, litteris insuper regine, comitisse et Blance predictis, ibidem perlectis per quas quidem nobis humiliter supplicabant ut dictam remissionem recipere ac negotium ipsum mediante justitia terminare celeriter dignaremur, ad ferendum diffinitivam sententiam in causa predicta, de eorumdem fratrum consilio, deliberatione prius diligenti prehabita cum eisdem, processimus in hunc modum. Quia per proposita et probata primo coram dicto episcopo Parisiensi et subsequenter coram nobis evidenter apparet et clare prefatos regem et Blancam quarto consanguinitatis gradu ex utroque latere respectu unius stipitis et tertio ex utroque similiter latere respectu alterius stipitis esse conjunctos, constat etiam prefatam Mathildim, comitissam Attrebatensem, fore genitricem Blance prefate et quod eadem comitissa una cum pluribus aliis dictum regem de sacro fonte levavit, sicque comitissa ipsa matrina et Blanca prefata soror spiritualis sunt dicti regis effecte, quarum profecto consanguinitatum predictarum quelibet ac spiritualis ipsa proximitas inter ipsum regem et Blancam predictam contracta sufficit ad impediendum non solum contrahendum matrimonium inter ipsos regem et Blancam, sed contractum etiam dirimendum nisi auctoritate Sedis apostolice impedimenta prefata per sufficientis dispensationis beneficium sint sublata, constatque insuper evidenter ex forma dispensationis predicte tam coram episcopo Parisiensi prefato quam coram nobis exhibite pro parte Blance predicte et ex aliis propositis et probatis quod illa nequaquam omnia impedimenta expressata superius comprehendit, nec ad illa omnia aliquatenus se extendit, ipsos regem et Blancam volentes a vinculo quo occasione dicti matrimonii mutuo tenebantur astricti solvere, ac ipsorum cuilibet quantum ad dictum matrimonium attinet abeundi quo voluerint licentiam impertiri, sententiam inter ipsos divortii proferentes, pronunciamus et sententialiter declaramus dictum matrimonium nullum esse nec fuisse de jure, ipsis et eorum cuilibet impartientes licentiam ad vota alia transeundi, prefato matrimonio non obstante.

Tenor autem dicti libelli in hujusmodi causa oblati talis est :

Coram vobis, reverendo in Christo Patre domino Stephano, permissione divina episcopo Parisiensi, asseruit et proponit Petrus Galvandi, procurator et procuratorio nomine incliti et excellentissimi principis domini Caroli, Dei gratia Francie et Navarre regis, quod predictus dominus Carolus de facto dumtaxat clandestine, bannis ommissis, et alias minus legitime contraxit matrimonium cum domina Blanca, quondam comitis Burgundie filia, sibi in gradibus prohibitis et diversis consanguinitatibus et respectu diversorum stipitum attinente, et utroque ipsorum infra tempora pubertatis tunc temporis existente, ex quibus causis et alias de jure sibi non potuit dicta Blanca matrimonialiter copulari, nec potest ulterius idem princeps in predicta conjunctione sic illicita absque sue anime detrimento et multorum gravi scandalo remanere. Quare petit dictus procurator pronuntiari et per sententiam declarari de jure dictum matrimonium nullum fuisse et esse, et eidem domino regi licentiam impertiri cum altera libere contrahendi. Et predicta petit omni modo et forma cum quibus melius sibi licet, non astringens se nisi ad ea dumtaxat probanda que sibi sufficere poterunt de premissis ad propositum consequendum. Et protestatur de declarando, addendo et minuendo quotiens opus erit.

Item tenor litterarum apostolicarum dispensationis predicte talis est[4] :

Clemens episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Carolo, nato carissimi in Christo filii nostri Philippi, regis Francie illustris, salutem et apostolicam benedictionem. Romanus pontifex concessam sibi desuper in clavium collatione celestium plenitudinem potestatis non solum erga personas inferiores, sed etiam quantacumque sublimitate pollentes

The Institute of Mediaeval Studies LIBRARY Toronto

exercet relaxando nonnunquam sacrorum rigorem canonum, ac de benignitatis gratia indulgendo quod eorum severitas interdicit, prout in Deo conspicit salubriter expedire. Cum itaque regalis tua progenies cum personis sublimibus tam prope quam longe positis quasi sit adeo propagata quod vix ex eis aliquam reperis quam secundum exigentiam tui status tibi possis decenter absque dispensationis gratia matrimonialiter copulare, nos, tuis supplicationibus inclinati, quod cum aliqua que tibi in tertio consanguinitatis seu affinitatis gradu ex utroque latere aut in tertio et quarto seu etiam in quarto tantum ex utroque latere sit conjuncta matrimonium licite contrahere valeas, impedimento quod ex consanguinitate et affinitate predictis predictis et publice honestate justitia provenit non obstante, tecum et cum illa cum qua contrahere volueris, ut tecum libere contrahere possit auctoritate apostolica dispensamus, prolem suscipiendam a vobis ex hujusmodi matrimonio legitimam nuntiantes de apostolice plenitudine potestatis. Nulli ergo — Si quis autem — Dat. Pictavis VIIII kal. junii, pontificatus nostri anno secundo.

Item tenor procuratorii dicti regis talis est :

Carolus, Dei gratia rex Francie et Navarre, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Noveritis quod cum inter nos seu procuratorem nostrum, ex una parte, et Blancam de Burgundia seu ejus procuratorem ex altera, quedam causa nullitatis matrimonii olim de facto contracti inter nos et predictam Blancam coram Parisiensi episcopo fuerit aliquandiu ventilata, et processum in causa predicta tam pro nobis quam contra nos, citra tamen publicationem testium, fuerit coram ipso et demum totum negotium, certo modo ad cognitionem, ordinationem et decisionem sanctissimi patris in Christo Johannis divina providentia sacrosancte Romane et universalis Ecclesie summi Pontificis per predictum Parisiensem episcopum sit remissum, nos omnia et singula facta coram prefato Parisiensi episcopo per procuratores nostros hactenus in predictis simul vel divisim ex certa scientia rata et grata habentes, ad predictum negotium prosequendum coram ipso sanctissimo Patre facimus et constituimus procuratorem specialem dilectum nostrum magistrum Petrum Galvani, clericum, dantes et concedentes [eidem] plenam ac liberam potestatem agendi pro nobis et nostro nomine coram prefato sanctissimo nostro Patre super dicti matrimonii nullitate, jurandique de calumpnia et quod libet aliud juramentum in nostram animam subeundi, et super factis vel in totum noviter faciendis circa [nullitatem] dicti matrimonii procedendi et processum predictum continuandi et super eo renuntiandi et concludendi, et consentiendi quod ex dicto processu per prefatum sanctisssimum patrem sententia proferatur, etiamsi forsan circa dictum processum defectus aliquis posset esse, dictamque sententiam audiendi et substituendi unum vel plures procuratores quotiens voluerit loco sui sub consimili potestate et alia omnia et singula faciendi que nos possemus facere, si presentes nos contingeret interesse, quecunque sint et cujuscunque status, etiamsi sint talia que mandatum exigant speciale, ratum et gratum nos in perpetuum habituros, quicquid per dictum procuratorem nostrum vel substituendum ab eo in predictis et ea tangentibus actum gestum fuerit vel alias quomodolibet procuratum, omnibus quorum interest vel interesse poterit in futurum tenore presentium promittentes, necnon judicatum solvi cum suis clausulis sub nostrorum bonorum omnium ypotheca, ipsum et substituendos ab eo relevantes a quolibet onere satisdandi, nonintendentes ex hoc potestatem aliam sibi datam seu ceteris a nobis ad prosecutionem hujusmodi negotii constitutis quomodolibet revocare. In quorum testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus sigillari. Dat. in abbatia regali juxta Pontisaram die XIIII mensis aprilis, anno Domini millesimo CCCXXII.

Item tenor procuratorii ejusdem Blance talis est.

[c. 148] In nomine Domini, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter quod, anno ejusdem M.CCC.XXI, indictione quinta, mensis aprilis, ejusdem mensis die sexta, sanctissimi patris et domini nostri Johannis divina providentia pape XXII pontificatus anno sexto, in mei et discreti viri magistri Guillelmi de Murcento, notariorum publicorum et infrascriptorum testium presentia constitutus, discretus vir Aymericus Mazerant, procurator nobilis mulieris domine Blance de Burgundia, eidem Blance, domine sue, presenti exposuit qualiter

venerabilis vir magister Petrus Galvani, procurator domini regis, ex una parte, et ipse Aymericus procurator et procuratorio nomine ipsius domine Blance, ex altera, ab eo tempore quo ipsa respondit positionibus datis per predictum procuratorem prefati excellentissimi principis domini Caroli, Francie et Navarre regis, in causa nullitatis matrimonii inter prefatum dominum regem et predictam dominam Blancam mota per procuratorem dicti domini regis contra dominam sepedictam coram reverendo Patre domino Parisiensi episcopo duxerat procedendum, sibi intelligibiliter et lingua materna seriatim recitando quod procurator domini regis in dicta causa produxerat multos testes de quibus in presentia dicte domine fuerant nominati, qui juraverant in presentia ipsius procuratoris, et fuerant examinati per predictum dominum Parisiensem episcopum una cum reverendis in Christo patribus domino Johanne, divina providentia episcopo Belvacensi et domino Gaufrido de Plexeyo, domini pape notario, et quod idem Aymericus proposuerat exceptionem ad finem quod dictum matrimonium non sit nullum de dispensatione, pretextu cujus dictum matrimonium fuit factum, et de predicta dispensatione fidem fecerat inter acta, et quod contra dictam dispensationem multa fuerant per partem aliam replicata, et auditi fuerant multi testes super articulis dicte cause, in quibus factum dictarum replicationum erat contentum, ut dixit, et quod circa hec fuerat per predictum dominum episcopum de voluntate partium ordinatum, et qualiter propter statum cause et personarum et ratione dicte dispensationis apostolice sepedicte et ex aliis causis in relatione et remissione contentis, dominus Parisiensis episcopus ad dominum nostrum summum pontificem et ipsius Sanctitatem causam predictam et totum ejus processum duxeras remittendos, et octava[m] die[m] maii ad comparendum peremptorie coram predicto domino nostro papa vel interim, si commode potuerit, predicto domino regi et ejus procuratori et eidem domine Blance et ipsi Aymerico sicut procuratori suo et procuratorio nomine domine sepedicte duxerat assignandum ad se et dictum processum presentandum et ulterius in negotio procedendum, quibus remissioni et assignationi idem procurator consenserat, ut dicebat idem Aymericus, nomine procuratorio ejusdem domine et de voluntate sua, et quod dicta domina deliberaret super hiis quid ulterius vellet agi. Que predicta domina Blanca ex certa scientia et sine deceptione qualibet, ut dicebat, sed consulta et deliberatione habita precedenter, ut dixit, respondit quod premissa omnia et singula et totum processum dicte cause et omnia et singula facta et habita circa eum rata et grata habebat, et ea quantum ipsam tangebant approbabat et promisit se ea omnia rata in perpetuum habituram; necnon et eidem Aymerico dedit et concessit generalem potestatem et speciale mandatum comparendi pro ipsa coram domino nostro papa, et dictum negotium prosequendi et defendendi ipsam in Romana curia, et consentiendi quod super causa predicta in predicta Romana curia sententia proferatur ex processu habito vel habendo solenni et non solenni, et cetera omnia ibidem faciendi que ipsa posset facere quoquo modo, si in curia [personaliter] presens esset, quecumque sint et cujuscumque status seu conditionis existant, sive in agendo, sive in defendendo, sive alia quevis faciendo circa negotium sepedictum, etiamsi talia fuerint que mandatum exigant speciale. Et nichilominus potestatem alias eidem et ceteris procuratoribus suis a se datam etiam circa prosecutionem dicti negotii coram domino nostro summo pontefice faciendam, firmitatem in omnibus et per omnia voluit obtinere, dans etiam eidem potestatem substituendi unum vel plures quotiens voluerit loco sui sub consimili potestate, promittens se ratum et gratum perpetuo habituram quicquid per procuratores suos vel substituendum ab eodem Aymerico actum, gestum fuerit vel alias quomodolibet procuratum et judicatum solvi sub suorum bonorum omnium hypotheca.

Et requisivit nos notarios publicos infrascriptos ut eidem Aymerico de hiis faceremus publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die et pontificatu predictis apud Castrum Gaillardi, Rothomagensis diocesis, presentibus discretis viris domino Johanne Chevelli, presbytero beneficiato in Parisiensi ecclesia, magistro Petro de Novavilla, licentiato in legibus, canonico ecclesie Duacensis, Attrebatensis diocesis, Petro de Thoulis, Petro dicto la Vache, armigeris, Johanne de Noa, clerico, Egidia de Pormort, relicta Guillelmi de Villaribus quondam et Johanna

de Blaincourt, familiaribus dicte Blance. Et ego Amisius dictus le Ratif de Aurelianis, clericus, sacrosancte Romane Ecclesie auctoritate notarius publicus, premissis omnibus et singulis, prout sunt specificata superius et narrata, una cum notario publico et testibus supra et infra scriptis presens interfui, ea vidi et audivi et in publicam formam fideliter redegi, meque in presenti publico instrumento inde confecto subscripsi in testimonium premissorum et illud ad instantiam dicte Blanche signo meo [solito] signavi rogatus. Et ego Guillelmus de Mortento, clericus Parisiensis diocesis, publicus auctoritate apostolica notarius, premissis omnibus et singulis prout sunt specificata superius et narrata, una cum notario publico et testibus suprascriptis presens interfui, ea vidi et audivi et in publicam formam redigi feci, meque in presenti publico instrumento inde confecto subscripsi in testimonium premissorum et illud ad instantiam dicte Blance signo meo [solito] signavi rogatus.

Item tenor supplicationis per procuratorem dicti regis nobis oblate talis est :

Sanctitati vestre significat P[etrus] Galvani, procurator et procuratorio nomine excellentissimi principis domini Caroli, Francie et Navarre regis illustris quod cum olim inter prefatum dominum regem et nobilem mulierem dominam Blancam de Burgundia, sibi spirituali cognatione necnon et pluribus consanguinitatibus a diversis stipitibus procedentibus et in ipsorum pluribus et diversis gradibus attinentem, ipsorum utroque infra pupillarem etatem matrimonii non capacem tunc temporis existente, clandestine et alias illegitime, multis etiam aliis impedimentis concurrentibus inter ipsos, de facto duntaxat illicitum et dampnatum matrimonium contraxerunt, licet prefati contrahentes impedimenta predicta tunc temporis ignorarent, demum vero cum impedimenta hujusmodi ad ipsius domini regis certam et indubitatam notitiam pervenissent, idem dominus rex ex hiis plurimum conscientiam habens lesam, super ipsius matrimonii nullitate fecit dictam dominam Blancam seu procuratorem suum coram reverendo in Christo patre domino Stephano, Parisiensi episcopo, judice competenti, solenniter evocari, et libellum obtulit contra ipsam et per partem prefate domine coram prefato Parisiensi episcopo lite legitime contestata, juramentoque de calumpnia hinc et inde factis quibusdam positionibus et articulis et ad ipsas positiones responsionibus per predictam dominam subsecutis, testibus pluribus clare fame, opinionis integre et omni exceptione majoribus super predictis articulis per partem domini regis productis et examinatis, et eorum depositionibus per fideles et expertos notarios fideliter in scriptis positis et redactis, necnon et quadam dispensatione per modum defensionis proposita pro parte dicte domine Blance et contra ipsam efficacibus rationibus replicatis et alias processo legitime solemniter et canonice usque ad publicationem depositionum testium predictorum coram prefato Parisiensi episcopo in presentia reverendorum patrum dominorum Johannis, Belvacensis episcopi, et Gaufridi de Plexeyo, notarii vestri, qui ad preces ejusdem episcopi continue predictis omnibus et singulis astiterunt, idem episcopus causam predictam et ejus processum necnon et depositiones testium predictorum minime publicatas ex certis causis Sanctitati Vestre sub suo et predictorum reverendorum patrum dominorum episcopi et Gaufridi sigillis interclusas, de consensu partium predictarum canonice certo modo duxerit remittendum, ut per ipsam Sanctitatem dicte cause finis salubris imponatur, sicut hec et alia in ipsius cause processu et in relatione super hoc per sepedictum episcopum nobis facta plenius continetur. Quare supplicat quatenus, licet vestre beatitudinis benignitas gratiose in receptione favorabili predictorum processus, atestationum et relationis super reservatione jurisdictionis sepefacti Parisiensis episcopi, quatenus circa predicta competere sibi potest, duxerit providendum, dignetur ipsa Sanctitas perficere celeriter quicquid ad perficiendum dictum processum viderit superesse, et si defectum aliquem repererit in predictis, quod etiam illum dignetur supplere benigniter de sue plenitudine potestatis, necnon et per suam diffinitivam sententiam juxta formam dicti libelli ejusdem cause absque strepitu judicii et figura celerem et salubrem dare finem, cum personarum et negotii qualitas hoc requirat et ad hoc accesserit et accedat adhuc consensus partium predictarum.

Item tenor supplicationis per procuratorem dicte Blance nobis oblate talis est.

Sanctitati Vestre supplicat Aymericus Mazerant, procurator et procuratorio nomine nobilis mulieris domine Blance de Burgundia, quod, cum super nullitate matrimonii olim inter excellentem principem dominum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, et ipsam dominam Blancam contracti, idem dominus rex, seu ipsius procurator ejus nomine, dictam dominam Blancam coram reverendo in Christo patre domino Parisiensi episcopo ad judicium fecerit evocari et, libello per procuratorem dicti domini regis oblato, et lite super ipso legitime contestata, jura[men]toque, de calumpnia hinc et inde factis quibusdam positionibus et articulis per partem dicti domini regis et per dictam dominam Blancam responsionibus subsecutis, et productis pluribus testibus super dictis articulis, idem Aymericus, habita deliberatione cum domina sepedicta et ipsius amicis et consiliariis, proposuerit defensiones que dicte domine super causa predicta competere poterant et debebant, et fidem quam potuit fecerit de eisdem, et quibusdam replicationibus propositis contra ipsas, et alias processo coram prefato episcopo inter predictas partes usque ad publicationem depositionum testium predictorum, idem episcopus ex certis causis dictam causam et ejus processum, necnon et depositiones dictorum testium minime publicatas Vestre remiserit Sanctitati de consensu partium predictarum, sicut in predicto processu et in relatione per sepefatum episcopum super hiis vobis facta plenius continetur, quos processum et relationem una cum predictis attestationibus idem procurator in presentia partis alterius secundum mandatum ipsius episcopi super hoc sibi factum Sanctitati Vestre die mercurii proxime preterita presentavit, quatinus ipsi placeat Sanctitati ulterius in predicta causa procedere summarie et de plano absque strepitu judicii et figura, et si quid minus canonice factum fuerit in predictis, illud supplere dignetur de vestre plenitudine potestatis et secundum Deum et justitiam celeriter dictam causam per vestram diffinitivam sententiam terminare. Nulli ergo — Dat. Avinione, kal. XIIII (*sic*) junii, anno sexto.

1. Les nos 4¹ et 4² portent sur le repli les mentions : *Ascultata cum regestro*, et : *Dupplicata*.
2. *Galvani* (Arch. nat., J. 682, n° 4¹ et 4³).
3. *Mazerandi* (Arch. nat. J. 682, n° 4² et 4³).
4. La bulle originale se trouve aux Archives nationales. J. 436, n° 21, scellée sur soie.
5. Ainsi écrit dans la bulle originale de Clément V mentionnée ci-dessus et en deux mots : *a Deo* dans l'une des lettres de Jean XXII conservées aux Archives nationales (J. 682, n° 4¹).

1120 Avignon, 20 mai 1322.

Hugoni de Engolisma mandat ut nobiles viros Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, fratres, qui, ratione cujusdam mutui cum ipsorum patre, quondam comite Convenarum, a bonæ memoriæ Petro, episcopo Carcassonensi, olim facti, apud Carcassonam in ostagiis personaliter commorari tenebantur, a prædicta obligatione usque ad festum Omnium Sanctorum proxime venturum liberet. (Reg. 111, fol. 28, c. 141 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 26, c. 185.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma.* Ex parte dilectorum — Dat. Avinione, XIII kal. junii, anno sexto[1]. »

1. Voyez sur le même sujet, nos 1440-1442, 1574, 1731.

1121 Avignon, 5 juin 1322.

Petrum, prius Nivernensem episcopum, ad Eduensem ecclesiam, provisioni apostolicæ reservatam et per mortem Elyae, episcopi, vacantem transfert (Reg. 111, fol. 96, c. 383.)

« *Petro, episcopo Eduensi.* Dudum ex certis — Datum Avinione, nonis junii, anno sexto. »

1122 Avignon, 15 juin 1322.

Carolo, regi Franciæ, G[uillelmum], Rothomagensem archiepiscopum, et Bertrandum de Duroforti, ejusdem episcopi nepotem, commendat. (Reg. 111. fol. 12 v°, c. 65 ; — Arch. Nat., J. 706, n° 221, orig., le sceau manque.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Scimus, fili carissime, illos de domo venerabilis fratris nostri G., Rothomagensis archiepiscopi, tue domui regie, spretis laboribus, contemptis expensis nec vitatis periculis, prompte, fideliter ac laudabiliter, dum se locus obtulit, servivisse, a quibus dictus archiepiscopus non

degenerans, sed potius eorum sequens vestigia, idem studuit facere inter omnes prelatos regni Francie, sicut habet multorum fide digna relatio, ex quo Rothomagensi ecclesie et ante, dum Lingonensi prefuit, magnifice et potenter. Scimus quoque quod ad instantem instantiam clare memorie Philippi, regis Francie et Navarre, predecessoris tui, ad Rothomagensis ecclesie regimen est assumptus. Hec, fili carissime, spem nobis indubiam repromittunt quod preces quas pro ipso excellentie regie offeremus, prompte ad exauditionis gratiam benivolentia regia introducet. Cum itaque, sicut ad nostrum auditum deduxit relatio fide digna, idem archiepiscopus et dilectus filius nobilis vir Bertrandus de Duroforti, miles, ejus nepos, habeant aliqua in tua curia expedire, regalem providentiam deprecamur attente quatinus, premissorum intuitu nostreque interventionis obtentu, mature justitie complementum clementi temperata misericordia eisdem archiepiscopo et militi, quos utique gerimus in visceribus caritatis, clementia regia faciat ministrari ipsosque ac dictam Rothomagensem ecclesiam dignetur habere propensius commendatos. Dat. Avinione, XVII kal. julii, anno sexto. »

1123 Avignon, 15 juin 1322.

Carolo, comiti Valesii, eosdem commendat. (Reg. 111, fol. 12 v°, c. 66.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Pro venerabili fratre — Dat. ut supra. »

1124 Avignon, 15 juin 1322.

Petro Roderii pro eisdem. (Reg. 111, fol. 12 v°, c. 67.)

« *Petro Roderii, cancellario regis Francie.* Ecce quod carissimo — Dat. Avinione, XVII kal. julii, anno sexto. »

1125 Avignon, 15 juin 1322.

Johanni Cerchemont pro eisdem. (Reg. 111, fol. 12 v°, c. 68.)

« *Johanni Cerchamont, decano Pictavensi.* Venerabilem fratrem G. — Dat. ut supra. »

1126 Avignon, 22 juin 1322.

Carolum, regem Franciæ, hortatur ut nuntios Jacobi, Aragonum, et Sancii, Majoricarum regum, ad quædam gravamina levanda destinatos, benigne recipiat fratrique Dominico et magistro Johanni de Arpadella, nuntiis apostolicis, fidem adhibeat. (Reg. 111, fol. 13, c. 69; fol. 20, c. 103 [1].)

« *Carolo, regi Francie illustri*[2]. Dum diligenter pacis recensemus innumera comoda, et attente varia dissensionum discrimina cogitamus, profecto desideranter appetimus spiritus unitatis inter cunctos sancte Matris Ecclesie filios in pacis vinculo conservari; sed hanc inter catholicos principes, precipue conjunctos sanguine et regnorum propinquitate vicinos, eo servari desideramus attentius, quo pax illorum quietem subditis et securitatem reipublice preparare abundantius consuevit, ad que multum conferre novimus si quisque, suo jure contentus, manum ad jus alterius non presumat extendere, sed sua cuique jura studeat observare, nec in subditos sinat quod potestatis est fieri, sed quod equum faciat districtius custodiri. Sane carissimos in Christo filios nostros[3] Jacobum, Aragonum, et Sancium, Majoricarum reges illustres, scimus tibi, fili carissime, conjunctos proxima linea parentele terrasque ipsorum non ignoramus[4] conterminas regno tuo; ideoque indubie supponentes pacem vestram Deo gratam existere vobisque honorabilem ac utrorumque subditis plurimum fructuosam, libenter ad illam inter vos nutriendam intendimus, et, ad ea que illi possent obsistere submovenda, prompte studiosam operam adhibemus. Et quia, sicut jam dudum percepimus, predicti reges reputant[5] per gentes clare memorie Philippi, genitoris, Ludovici ac Philippi, germanorum[6], predecessorum tuorum, in villa Montispessulani et baronia Omeladesii et vicecomitatu Carladesii illata sibi fuisse gravamina gravia[7], seque in jure quod sibi in illis competit multipliciter molestatos[8], nos verentes quod pax vestra posset, quod absit, per talia, nisi occuratur ocius, perturbari[9], serenitatem regiam duximus deprecandam,

eidem nichilominus sane consilio suadentes quatinus, premissa cogitans et recogitans diligenter, nuntios regum premissorum, quos ad regiam mittunt prefati reges presentiam pro premissis gravaminibus exponendis et ad contra[10] jam facta, et ne fiant imposterum, oportuna remedia postulanda, sereno vultu digneris recipere, audire[11] benigne et taliter expedire quod jure tuo contentum te comprobes ipsorumque jura te velle illis[12] illibata servare evidentius manifestes, gravamina, si qua fuerint illata, celeriter revocans et, ne inferantur imposterum, districtius interdicens; hoc duxeris faciendum, id ad quod constrictus nosceris proculdubio exequeris, pacemque inter te ac ipsos, qua nil in rebus potest mortalibus inveniri nichilque delectabilius concupisci, laudabiliter observabis[13]. Et quia vox viva efficacius quam mortua imprimere consuevit, ecce dilectos filios[14] Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem[15], ac[16] Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, capellanum nostrum, viros utique providos et discretos ac pacis fervidos zelatores, de quorum circumspectione provida pleniorem fiduciam obtinemus, ad regalem presentiam duximus destinandos, quibus et eorum cuilibet[17] dignetur excellentia regia super (premissis)[18] hiis que circa premissa et illa tangentia promovenda[19] duxerint, fidem credulam adhibere. Dat. Avinione, x kal. julii, anno sexto. »

1. Cette seconde lettre est dépourvue de date. Elle présente, en outre, avec la première, les nombreuses variantes que nous signalons.
2. Ce dernier mot manque dans le c. 103.
3. C. 103 : *carissimum in Christo filium nostrum.*
4. Ces deux mots manquent dans le c. 103.
5. C. 103 : *rex Majoricarum predictus reputat.*
6. C. 103 : *Philippi, genitoris, ac Philippi, germani.*
7. C. 103 : *in villa Montispessulani et baronia ejusdem sibi gravamina gravia illata fuisse.*
8. C. 103 : *molestari.*
9. C. 103 : *nos verentes quod pax vestra posset perturbari per talia, nisi occuratur ocius, et, quod absit, forsitan violari.*
10. C. 103 : *nuntios regios regum premissorum, quos ad regiam mittunt presentiam pro premissis gravaminibus exponendis et contra* —. Les instructions données à ces envoyés ont été publiées par Lecoy de la Marche (*les relations politiques de la France avec le royaume de Majorque*, t. I, pp. 494-499, nos XLVIII-XLIX).
11. C. 103 : *recipere ac audire.*
12. C. 103 : *te velle illibata.*
13. C. 103 : *revocans et districte statuens ac precipiens ne inferantur imposterum districtius inhibendo; hoc siquidem faciens, ad quod astrictus nosceris exequeris, pacem inter te ac ipsos qua in rebus mortalibus nichil potest melius inveniri, nichil concupisci delectabilius, conservabis.*
14. C. 103 : *dilectum filium fratrem.*
15. C. 103 : *lectorem curie.*
16. C. 103 : *ac magistrum.*
17. Ces trois mots manquent dans le c. 103.
18. Mot inutile, qui ne se trouve pas d'ailleurs dans le c. 103.
19. C. 103 : *proponenda.*

1127 [Avignon, 22 juin 1322.]

Carolo, comiti Valesii, de eisdem. (Reg. 111, fol. 13, c. 70).

« *Carolo, comiti Valesii.* Cum velut vir multa prudentia preditus et experientia longa probatus, pacis comoda et dissensionum discrimina non ignores, tenemus indubie quod ad ea sedule procuranda, que pacem inter catholicos principes precipue tibi conjunctos sanguine nutriant et dissensionum occasiones excludant, curam vigilem studeas adhibere. Ideoque magnificentiam tuam ad talia exequenda solicite, cum res exigit, fiducialius invitamus. Sane dudum ad nostram perduxit notitiam relatio fide digna quod carissimi in Christo filii nostri Jacobus, Aragonum, et Sancius, Majoricarum reges illustres, qui tibi junguntur proxima linea parentele, gravia illata sibi gravamina in villa Montispessulani et baronia Omeladesii, ac vicecomitatu Carladesii per gentes clare memorie Philippi, germani, ac Ludovici et Philippi, nepotum tuorum, regum Francie, seque in jure quod illis in dictis villa, baronia et vicecomitatu competit perturbatos multipliciter asserebant, ad carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, presentiam prefati reges suos solennes nuntios destinant ad exponendum eidem regi gravamina et molestias supradicta, necnon et ad contra preterita, et ne fiant imposterum, salubrem provisionem regiam postulandam. Nos attendentes quod, si premissis veritas suffragetur, regem prefatum astringit officii debitum ad premissa, quodque si circa illa rex prefatus se difficilem redderet, posset, quod absit, premissorum regum pax non leviter perturbari, providentiam tuam rogandam duximus et hortandam ut, ad ipsos reci-

piendum benigne, audiendum pacifice et expediendum celeriter ac prospere, interponas auxilii et consilii tui partes, sic quod pax, qua[1] opus justitie nescitur, inter reges ipsos et animorum unanimitas stabiliter perseveret. Et quia pax predicta non leviter insidet cordi nostro, pro predictis dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum in curia Romana lectorem, ac Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, cappellanum nostrum, ad dicti regis presentiam duximus destinandos, quibus et eorum cuilibet velit tua magnificentia, super hiis que ex parte nostra tibi duxerint exponenda, fidem indubiam adhibere[2]. »

1. Reg. : *que*.
2. Cette lettre a évidemment la même date que la précédente.

1128 [Avignon, 22 juin 1322.

Petro Roderii nuntios apostolicos ratione præmissarum ad Carolum, regem Franciæ, destinatos commendat. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 71.)

« *Petro Roderii, regis Francie et Navarre cancellario.* [Cum] dilecto Dominico, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistro, in curia Romana lectori, quem una cum dilecto filio Johanne de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro, ad presentiam carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, pro certis negotiis destinamus, tibi commiserimus aliqua referenda, tuam prudentiam requirimus et hortamur quatinus super hiis que ex parte nostra tibi referenda duxerit, illi fidem adhibeas, et ut ea votivum sortiantur effectum, operosum studium interponas[1]. »

1. Pour la date, voyez ci-dessus, n° 1426.

1129 [Avignon, 22 juin 1322.]

In e. m. Guillelmo, episcopo Carcassonensi. (Reg. 111, fol. 13 v°, p. c. 71.)

1130 Avignon, [22 juin] 1322.

Johanni de Arpadella, ad regem Franciæ destinato, de prosecutione quorumdam negotiorum sibi commissorum. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 72.)

« *Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi.* Ecce quod ad carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, presentiam dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem, teque cum ipso pro certis negotiis destinamus. Volumus itaque et mandamus quatinus, una cum magistro predicto vel solus, si ipsum impediri aliquo casu contingeret, dictum negotium quod ex transcripto littere regie quod continet cedula presentibus interclusa intelligere evidenter poteris, prosequaris. Volumus insuper quod dicto magistro credas super hiis que ex parte nostra tibi duxerit exponenda nullique pandas tenorem transcripti littere supradicte. Dat. Avinione, x kal. junii (*sic*)[1], anno sexto. »

1. Le registre porte bien x *kal. junii*, ce qui correspond au 23 mai. Or cette date ne concorde pas avec celle des lettres n°s 1426, 1433-1435, d'après lesquelles la mission des envoyés pontificaux serait de la seconde moitié du mois de juin. Nous pensons donc qu'il y a ici une erreur et qu'il faut lire *julii*, au lieu de *junii*, c'est d'ailleurs la date que nous trouvons dans une lettre précédente (n° 1426) qui atrait à la même affaire.

1131 Avignon, 22 juin 1322.

Carolo, regi Franciæ, ut regno Armeniæ, quod per Sarracenos fortiter impugnatur, velit de auxilio oportuno subvenire. (Reg. 111, fol. 14 v°, c. 78; fol. 209, c. 913; — Raynaldi, *Annales eccles.* 1322, § xxx, extrait.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Habet, fili carissime, litterarum nuper missarum de Armenie partibus et nuntiorum inde venientium infausta relatio, nostra utique non indigne viscera saucians et precordia dire pungens, quod hiis diebus, inundante Sarracenorum superbia, suis finibus non contenta, ipsorum multitudo premaxima, coactis viribus et robore adunato, Armenie regnum invadens hostiliter, in redemptos Christi sanguine pretioso ingenita immanitate insurgere non expavit, ac in eos inpremeditatos

et inscios ferociter irruens, multos eorum absque delectu sexus, ordinis vel etatis, occupata et prorsus subversa civitate de Ajacio, immaniter, prohdolor, trucidavit, nec hiis contenta, ad abolendum de terra illa christianorum nomen et cultum, ymmo ad exterminandum omnino exinde christianitatis residuum, ardenti, sicut fertur, suspirat desiderio et proposito dampnando festinat, tanto certior, nisi perversis ejus restiterit misericordia divina conatibus, de sue iniquitatis conceptu, quanto terre premisse conditio, catholicorum mundi principum et aliorum fidelium non fulta suffragio, insufficientis resistentie verisimilitudinem repromittit, propter quod excellentiam regiam rogamus et obsecramus per viscera misericordie Dei nostri, tibi in remissionem omnium tuorum peccamirum suadentes quatinus, illius obtentu qui pro redemptione humani generis crucis subire supplicium non expavit, prudenter considerans et attendens quam sit recuperationis Terre Sante negotium [1] pro quo prosequendo invicem crucis vexillum nosceris assumpsisse, prefato regno [2] Armenie oportunum, ad illud preservandum ab impiorum manibus et dicto negotio conservandum, attendas sollicite et intendas attente, dictum transmarinum assumens negotium, quod, quousque divina providentia que in sui dispositione non fallitur, sic christicolarum corda ad pacem habilitet quod possit fieri, pro Terra Sancta de perfidiorum eripienda manibus, passagium efficax, per particulare passagium cui tuus presit capitaneus, taliter prosequaris quod interim frenetur barbarica rabies, quies christicolis illarum partium procuretur et securitas et via passagio generali, auxiliante Domino, preparetur, super quo nobis digneris tuum beneplacitum per latorem presentium nuntiare. Ut autem de hiis que clare memorie Philippo, regi Francie germano et predecessori tuo, super hoc obtulimus, habeas certitudinem pleniorem, ecce transcriptum litterarum nostrarum sibi super hoc directarum celsitudini regie mittimus per presentium portitorem, cui velit excellentia regia credere super hiis que ex parte nostra circa premissa duxerit exponenda. Dat. Avinione, x kal. julii, anno sexto [3]. »

1. Reg. *negotio*.
2. Reg. *prefatum regnum*.
3. Au sujet de la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1132 Avignon, 23 juin 1322.

Eidem regi Franciæ, ut attemptata contra Jacobum Gaucelmi ejusque nepotem puniat, ut decet. (Reg. 111, fol. 16, c. 84.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre.* Cum alium in persona vel rebus pregravari pro alio naturalis orreat ratio et jus utrumque, divinum videlicet ac humanum, fieri districtius interdicat, serenitatem regiam rogamus attente eidem nichilominus sano consilio suadentes quatinus hoc in regnis tuis non sinas fieri et, si factum fuerit, efficaciter facias revocari. Hoc pro tanto, fili carissime, dicimus quia displicibiliter audivimus hiis diebus dilectum filium nobilem virum Jacobum Gaucelmi, militem, qui cum in Francia cum quodam nepote(m) suo ad tuam evocato presentiam accessisset, in red(d)itu, prope Anicium, captus a quodam dicitur et extra regnum ductus detineri captivus quamquam illum prefatus miles nullatenus offendisset. Profecto, fili carissime, non leviter offendunt majestatem regiam talia perpetrantes; quare excellentiam regiam precamur attente quatinus super hoc providere non differas de remedio oportuno, nec cuiquam, cujuscunque sit conditionis vel status, faveas, ut pro factis aliorum in tuo districtu in persona vel rebus aliis pregravetur, cum per hoc divinam graviter majestatem offenderes, ad quod utique favor cujuscunque persone te non debet aliquatenus inclinare. Gratia Domini sit tecum que te, ne ipsum offendas, protegat et defendat. Dat. Avinione, IX kal. julii anno sexto. »

1133 Avignon, 24 juin 1322.

Stephano de Mornayo, ut fratrem Dominicum et magistrum Johannem de Arpadella ad præsentiam suam destinatos, in agendis dirigat. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 73.)

« *Magistro Stephano de Mornayo, decano ecclesie sancti Martini Turonensis.* Dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem, ac magistrum Johannem de Arpadella, capellanum nostrum, Parisiensem canonicum, super illis negotiis [1] de quibus tibi locuti fuimus, ad tuam presentiam destinamus, quos in agendis obtamus per te dirigi ipsorumque expeditionem oportu-

nam et celerem procurari. Statum regium, quem Omnipotens faciat prosperum nobis cura sepius nuntiare. Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1. Il s'agit, et l'index le spécifie, des affaires visées dans les lettres qui précèdent celle-ci dans le registre (Cc. 69-72, nos 1426-1430).

1434 Avignon, 24 juin 1322.

Guillelmo, Carcassonensi episcopo, ut præfatis nuntiis ad præsentiam regiam destinatis expeditionem felicem in agendis procurare studeat. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 74.)

« *Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Cum pro certis negotiis dilectos filios Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, ac magistrum Johannem de Arpadella ad regiam presentiam destinemus, fraternitatem tuam requirimus et rogamus quatinus ipsorum expeditionem felicem et celerem studeas solicite procurare, redditurus nos sepius de statu regio, quem obtamus successibus habundare jugiter prosperis, certiores. Dat. ut supra. »

1435 Avignon, 24 juin 1322.

Imberto, regis Franciæ confessori, eumdem fratrem Dominicum commendat. (Reg. 111, fol. 13 v°, c. 75.)

« *Imberto, ordinis Predicatorum, confessori regis Francie.* Dilecto filio Dominico, sacre theologie magistro, in curia Romana lectori, confratri, quem ad presentiam regiam pro certis negotiis destinamus, te credere volumus super hiis que ex parte nostra tibi duxerit exponenda ipsiusque expeditionem oportunam et celerem, prout tibi convenire videris, procurare, per quem et alias, cum se facultas offerret, cura nos de statu(o) regio, utinam jugiter reddere certiores. Dat. ut supra. »

1436 Avignon, 24 juin 1322.

Carolo, regi Franciæ, de uxore eligenda, de nuntiorum ejus solemnium missione et de quorumdam negotiorum expeditione. (Reg. 111, fol. 14, c. 76.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Sicut per alias litteras ad regalem notitiam credimus pervenisse, nuntios tuos solennes, quos ad nostram presentiam pro certis regiis negotiis destinaras, tam in contemplatione mittentis quam meritorum et probitatis illorum intuitu, letanter recepimus, audivimus benigne et, intellectis que voluerunt proponere diligenter, ipsos curavimus oportune, prout equitatis et justitie permisit ratio, celeriter expedire. Sane, considerantes attente quanta mora cause divortii pericula trahere secum posset quamque tibi et rei publice te habere divine ac humane domus sociam expediret, circa illius expeditionem negotii celerem et securam, pretermissis quasi omnibus negotiis aliis, convertimus aciem mentis nostre, quod, divina faciente gratia, infra XV dierum spatium credimus explevisse. Licet autem, ante dictam sententiam promulgatam[1], solicitus habere dictam sociam dicereris, ipsa tamen prolata, vox illa scilicet...[2] et quasi videris oblitus negotii supradicti. Profecto, fili carissime, si diligenter dictum negotium ponderes, tibi pre cunctis mundanis aliis erit cordi, et quia datur a solo Domino prudens uxor, regali providentie suademus ut talem tibi nichilominus convenientem aliam a Domino devote postules, sepius ad illum finem principaliter tuum convertens intuitum, quod prolem ex illa suscipias servituram Deo et rei publice profecturam, quod non differas exequi si se talis obtulerit, quia plerumque nocuit differre paratis, nec, ceteris concurrentibus, expediens videretur excellentem in ea pulcritudinem faciei requirere, sed quod ad prolem robustam habilis judicetur a peritis in talibus, prout humana fragilitas nosce sinit. Prefato autem negotio expedito, proposito negotio decimarum per regios nuntios antefatos, illud festine satis de fratrum nostrorum et prelatorum regni Francie qui in curia aderant, consilio et assensu, prout oportunum nos et ipsi vidimus, curavimus expedire, nichilominus venerabilem fratrem nostrum T., tunc Vivariensem episcopum, consiliarium et familiarem regium, ad Carcassonensem ecclesiam transferrentes, ac dilectum filium magistrum P. de Mortuomari, clericum et consiliarium regium, preficientes dicte Vivariensi ecclesie in episcopum et pastorem. Super aliis autem certis petitio-

nibus, per ipsos nuntios pro parte regia nobis in scriptis oblatis sub signo regio, et nonnullis aliis propositis, verbo respondimus et fecimus quod honestati et equitati vidimus convenire, prout eorum fidelis relatio et litterarum super nonnullis ex illis factarum series latius innotescere poterit regie majestati. Sane, hiis p[er]actis jamque a nonnullis ex dictis nuntiis a nobis recepta licentia, supervenit littera regia super annalibus beneficiorum vacantium dilecto filio magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii, usque ad biennium concedendis, que profecto, quia non videbatur concessibilis in presenti, precipue propter casum Armenie flebilem quem nobis noviter nonnulle littere et multorum relatio nuntiarant, quibus necessario haberemus succurrere, nos turbavit, cum nobis sit anxium et molestum regias petitiones et dicti comitis non posse, salva nostra decentia, exaudire; sed, turbatione hujusmodi non obstante, nuntiis obtulimus regiis confestim dilecto filio magistro Stephano de Mornayo, decano sancti Martini Turonensis, et subsequenter omnibus, quod placebat nobis quod dictum negotium, quod nequaquam in Camera expediri poterat, in consistorio ipsi proponerent vel nos ipsi proponeremus, si eis expediens videretur, quibus, multis in consideratione deductis, cum inconcessibilis dicta petitio presentialiter videretur, visum fuit a propositione predicta expedientius abstinere. Quare excellentia regia nos super hoc habeat excusatos, quam requirimus et rogamus ut que a nobis postulabit sic studeat moderari, quod illa exaudire absque divina offensa, nostra indecentia et alterius prejudicio valeamus, nam ad talia admittenda prompti esse intendimus, Domino concedente. Gratia Domini nostri tecum sit, fili, et tecum laboret. Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1. Voyez ci-dessus, n° 1419.
2. *Sic*, il y a évidemment une lacune ou une erreur.

1437 Avignon, 24 juin 1322.

Carolo, comiti Valesii, respondet quod annalia beneficiorum vacantium sibi propter casum Armeniæ concedi non possunt. (Reg. 111, fol. 14 v°, c. 77.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Sicut per alias litteras ad tuam, fili, notitiam credimus pervenisse, solennes nuntios quos ad nostram presentiam carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, pro certis regiis negotiis destinarat, tam contemplatione mittentis quam meritorum et probitatis illorum intuitu, letanter recepimus, audivimus benigne et, intellectis que voluerunt proponere diligenter, ipsos curavimus oportune, prout equitatis et justitie permisit ratio, celeriter expedire. Sane, peractis hiis[1] — Quare tua magnificentia nos super hoc habeat excusatos, quam requirimus et rogamus ut que a nobis postulabit seu postulari faciet, studeat moderari, quod illa exaudire absque divina offensa, nostra indecentia et alterius prejudicio valeamus, nam ad talia admittenda prompti esse intendimus, Domino concedente. Gratia domini nostri Jhesu Christi sit tecum et tecum laboret ut regem ipsum dirigas juxta divinum beneplacitum in agendis. Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1. Le passage supprimé ici correspond au passage analogue de la lettre précédente (n° 1436) *mutatis mutandis*.

1438 Avignon, 24 juin 1322.

Carolum, regem Franciæ, rogat ut centum quinquaginta millia florenorum a Bertrando, vicecomite Leomaniæ, debita et ad regni Armeniæ defensionem deputata, Cameræ apostolicæ assignari permittat. (Reg. 111, fol. 15, c. 79; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 27, n° 186.)

« *Eidem regi* [*Carolo*]. Casum flebilem qui in regno Armenie hiis diebus dicitur contigisse, per nostras litteras alias celsitudini regie nuntiamus[1]. Sane quia ingens ipsorum Armenorum periculum celeris subventionis remedium anxie postulat et requirit, cujus dilatio, sicut ab illis qui illarum partium notitiam obtinent probabiliter creditur, est prefatis Armenis et per consequens Cyprensibus irremediabile periculum a[l]latura, serenitatem regiam requirimus et rogamus quatinus illa CL mil[l]ia florenorum in quibus Sedi Apostolice dilectus filius nobilis vir Bertrandus, vicecomes Leomanie, astrictus noscitur, que de fratrum nostrorum consilio fuerunt pro defensione catholicorum dicti regni et aliorum

christicolarum illarum partium per nos jam diu est deputata, permittas, amoto impedimento quolibet, nostre Camere per dictum vicecomitem assignari[2], sciturus quod, dante Domino, de summa predicta predictorum Armenorum et aliorum illarum partium periculis obviare curabimus indilate ipsisque, etsi non plene, tamen aliqualiter presentialiter providere; sperantes in Domino in instanti vere sub tuo nomine, si dictum negotium, sicut speramus, duxeris assumendum, ipsis Armenis de habundantiori providere remedio, ipsorumque infidelium conatibus obviare, et utique, si dicta summa statuto fuisset tempore (dicte tempore)[3] assignata, providissemus ut credimus, taliter dicto regno, quod casus prefatus lamentabilis minime contigisset. Gratia Domini nostri Jhesu Christi cor regis dirigat, ut hec et alia juxta divinum beneplacitum exequatur. Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1. C'est la lettre qui précède immédiatement celle-ci dans le registre (c. 78, n° 1431).
2. Cette permission ayant été déjà accordée (Voyez ci-dessus n° 1344), il faut admettre que de nouveaux empêchements retardèrent le paiement de la somme en question.
3. *Sic*, ces deux mots sont évidemment inutiles.

1139 Avignon, 24 juin 1322.

Carolum, comitem Valesii, de missione Dominici, sacræ theologiæ magistri, ad regem Franciæ certiorem facit, eumque hortatur ut, pro negotio Terræ Sanctæ et assignatione summæ a præfato vicecomite Leomaniæ debitæ, apud eumdem regem instet. (Reg. 111, fol. 15, c. 80.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, per dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem, nostras inter alias destinamus litteras, quarum tenorem continet cedula presentibus interclusa, quare magnificentiam tuam deprecantes[1] attente quatinus apud regem ipsum, ut votis nostris annuat, precipue circa ea que concernunt negotium Terre Sancte necnon et assignationem illius summe florenorum in qua dilectus filius nobilis vir B., vicecomes Leomanie, nostre Camere noscitur obligatus, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia partes tue solicitudinis interponas. Dat. ut supra proxime[2]. »

1. *Sic*, il faudrait *deprecamur*.
2. Voyez, pour la Croisade, n° 1683, note 1.

1140 Avignon, 24 juin 1322.

Hugoni [de Engolisma], ut a Petro Raymundi et Guidone de Convenis recipiat instrumenta et obligationes de summa decem millium librarum turonensium quondam Petro, Carcassonensi episcopo, debitarum, eisque terminum ad Carcassonam in ostagiis revertendi usque ad festum Nativitatis Domini proroget. (Reg. 111, fol. 28, c. 143; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 29, n° 188, non publié.)

« *Eidem magistro Hugoni.* Super eo quod — Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1141 Avignon, 24 juin 1322.

Præfatis Petro et Guidoni formam obligationis, quam eidem Hugoni dare tenentur, in cedula interclusa mittit eisque dictam prorogationem notificat[1]. (Reg. 111, fol. 28 v°, c. 144; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 29, n° 189, non publié.)

« *Nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus.* Ut super obligatione — Datum ut supra proxime. »

1. Voyez, à ce sujet, n°s 1420, 1574, 1731.

1142 Avignon, 24 juin 1322.

Eidem magistro Hugoni, ut terminum reversionis ad ostagia præfatis nobilibus impositum usque ad festum Nativitatis Domini proroget, obligationibus sufficientibus prius ab ipsis receptis. (Reg. 111, fol. 28 v°, c. 145; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 29, n° 190, non publié.)

« *Prefato magistro Hugoni.* Licet nuper tibi — Datum ut supra. »

1143 Avignon, 24 juin 1322.

Guillelmo « Geroncle », Petro Ricani et Guillelmo de Concoutz collectionem decimæ in Arelatensi, Aquensi,

Ebredunensi, Viennensi, Lugdunensi, Bisuntina et Tarantasiensi provinciis, pro illa parte quæ de regno Franciæ non existit, per triennium impositæ committit. (Reg. 111, fol. 91, c. 355; — Reg. 73, cur. fol. 25, c. 84.)

« *Dilecto filio*[1] *Guillelmo Geroncle, decano, et Petro Ricani, sacriste Avinionensis, ac Guillelmo de Concotz*[2], *canonico Autisiodorensis ecclesiarum.* De vestre circumspectionis — Dat. Avinione, VIII kal. julii, anno sexto. »

1. Reg. 73 : *Dilectis filiis.*
2. Reg. 73 : *Concoutz.*

1141 Avignon, 26 juin 1322.

Carolum, regem Franciæ, ad perseverandum in operibus bonis hortatur eique Blancham de Burgundia ac reginas Clementiam et Johannam, necnon H[enricum], dominum Soliaci, commendat. (Reg. 111, fol. 15, c. 81).

« *Carolo, regi Francie.* Exultant patris non indigne precordia quotiens filium suum carissimum circa talia intentum audit et occupatum intelligit, per que possit in presenti Dei et hominum gratiam, et in futuro inmarcescibilem coronam glorie probabiliter promereri. Profecto, fili carissime, habet non contempnenda multorum relatio quod Deum timens, sine quo edificium spirituale subsistere nequit, Domini justitiam et misericordiam diligas, quibus, sol[i]um regium noscitur roborari, malorum vites consortia, que plerumque bonorum mores inficiunt, et cum bonis sit tibi delectabile conversari, occasiones peccandi fugias et in audiendis divinis devotus existas, ac, dum audis missarum solemnia, tibi colloqui[1] omnibus et singulis interdicas, victualia solvis que a subditis recipis, nec de sudore pauperum in eorum prejudicium victum queris. Hec, fili, incepisse non sufficit, sed si pro hiis mercedem retributionis eterne desideras assequi, usque ad finem perseverare te convenit, cum non inchoantibus, sed perserevantibus merces hujusmodi promittatur. Quesumus igitur, fili carissime, quesumus ut in hiis et aliis operibus bonis constanter perseverare studeas et a contrariis declinare; si enim quod in te est feceris, profecto ab illo cui nil est impossibile, ut continuare ac perficere valeas, misericorditer tribuetur. Dilectam filiam nobilem mulierem Blancham de Burgundia regie clementie commendamus, eandem affectione qua possumus deprecantes quatinus rememorans diligenter quot tibi consanguinitatum diversarum gradibus et spirituali proximitate conjuncta, quodque ipsam divine et humane domus sociam dudum opinative receperis, tibique servierit multis annis, et ab ea prolem susceperis, que supernorum concivis civium pro te ac ipsa apud regem regum in celesti patria preces fundit, occulo misericordi digneris ipsam respicere ac de ipsa taliter ordinare quod, preter laudem hominum, divinam [pro] merearis gratiam, sibi prebeas materiam quod consolata, sic istam caducam vitam transire valeat, quod ad perennem, te cooperante, valeat, pervenire. Carissimas quoque nostras in Christo filias Clementiam videlicet, et Johannam reginas[1] Francie illustres, quarum te Deus fecit dominum et constituit loco patris, affectione qua possumus regie benivolentie, ac dilectum filium nobilem virum H., dominum Soliaci, quem virum profundi sensus probateque experientie ac domui Francie fidelissimum novimus, commendamus. Postremo sacrosanctam Ecclesiam, matrem tuam, ejusque negotia et ministros, necnon et servitores tuos devotos, videlicet sanguine nobis junctos, et eorum negotia clementie regie affectione qua possumus commendamus. Gratia Domini nostri Jhesu Christi velle bonum quod tibi dedit corroboret posse(t)que ac perficere tribuat ac conservet. Dat. Avinione, VI kal. julii, anno sexto. »

1. Reg. *coloquis.*
2. Reg. *reges* qui est inadmissible.

1145 Avignon, 26 juin 1322.

Eumdem regem de laudabili ejus proposito negotium transmarinum prosequendi commendat eumque hortatur ut Ecclesiam ab hæreticorum insultibus defendat et fidem Dominico, sacræ theologiæ magistro, adhibeat. (Reg. 111, fol. 15 v°, c. 82.)

« *Eidem regi.* Inter cetera que solennes regii nuntii nobis hiis diebus exponere curaverunt, non siluerunt utique grande regium desiderium quod geris,

fili carissime, ad negotium transmarinum, ad quod te asseruerunt adeo estuare quod, circa tollenda queque illi obviantia, paratus eras prompto et indefesso studio laborare; et quia guerrarum Lombardie discrimina illi non levem obicem opponebant, nobis ex parte regia obtulerunt quod circa pacem reformandam in illis partibus, Ecclesie honore ac nostro servatis, si nobis aliqua via se offerret possibilis, libenter, multis pretermissis negotiis, intenderet regia celsitudo. Nos autem regiam celsitudinem circa premissa multipliciter commendantes, ipsis respondimus et per presentes magnificentie regie respondemus quod contra nonnullos ex ipsis, presertim contra illum a quo cuncta mala in illis partibus processerunt, Matheum videlicet de Mediolano, adeo per inquisitores illarum partium est processum, quod est, velut male de articulis fidei sentiens, pronuntiatus hereticus, et sicut hereticus condempnatus, cum quo non videbatur nobis, nisi prius ad gremium rediret Ecclesie, pax tractanda. De extrinsecis autem Janue, illa illius recitare curavimus que nuper nuntiavimus excellentie regie per nostras litteras transcriptum dicte sententie continentes, adicientes quod, si viam aliquam pacis nuntiis ipsis exposuerat providentia regia, nos illam audiremus libenter et super ea quod suaderet ratio prompto animo faceremus; quibus respondentibus quod nulla via illis per te exposita fuerat, subjunximus et adhuc in hoc stamus quod si antiqus ille dierum malorum (*sic*)[1] Matheus scilicet, pedem suum revocare vellet a devio et ad viam salutis dirigere gressus suos, ad gremium Ecclesie humiliter redeundo, nos super penis quas incurrisse noscitur, tantum ob tui gratiam, faceremus quod posses merito contentari. Alioquin viam ad pacem, fili carissime, aliam non videmus, nisi quod ad prescindendum[2] ipsum velut membrum putridum, ne alios ulterius possit inficere, viriliter instatur. Scimus enim hereticalis secte pestifere viros, dum eis facultas nocendi suppetit, contra catholicam fidem vehementer insurgere et, ut heresis sue venena ad inficiendum[3] corporis mistici membra transfundere valeant, studiosissime laborare. Cognovimus enim ipsos contra catholicam Ecclesiam, Domino eis adversante, colla surrigere, fidemque illos appetere christiani nominis inclinare. Sane, dum facta tuorum progenitorum clare et laudande memorie, qui fide preclari, devotione ferventes, pro fide catholica ab hereticorum insultibus defendenda et vindicandis illius opprobriis super quem, pro redemptione nostra, opprobria exprobantium ceciderunt, se et sua exposuerunt totaliter, delectabiliter recensemus, spe tenemus indubia, princeps inclite, quod, quanto ipsa exempla pressius te contingunt, tanto curabis attentius illorum sequi vestigia, immo, ut eos quibus in hereditate succedis, in prosecutione virtuosorum excedas actuum, studiosam operam adhibebis. Exurge itaque, quesumus, fili carissime, in adjutorium Ecclesie Christi; exurge, et dicti heretici suorumque defensorum et receptatorum ausus improbos comprime(re), superbas quoque eorum cervices jugo rectitudinis preme, nec tuis sinas temporibus talia pullulare, sciturus indubie quod, si Christi causam egeris, aget et ipse tuam. Et quia vox viva efficacius quam mortua imprimere consuevit, ecce dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, et in curia Romana lectorem, virum utique providum et discretum, de cujus circumspectione provida pleniorem fiduciam obtinemus, ad regalem presentiam cum hiis et nonnullis aliis nostris litteris duximus destinandum, cui circa contenta in illis certa commissimus serenitati regie vive vocis oraculo exponenda, illam attentius deprecantes quatinus super illis et ea tangentibus eidem magistro dignetur fidem credulam adhibere. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum, que ad ea que Deo grata sunt et accepta cor tuum stimulet et accendat, amen. Datum Avinione, VI kal. julii, anno sexto[4]. »

1. Il faut sous-entendre sans doute *inimicus* ou un terme analogue.
2. Reg. *preserudandum*.
3. Reg. *inficiendi*.
4. Pour la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1116 Avignon, 26 juin 1322.

Carolo, comiti Valesii, ut eidem Dominico fidem adhibeat Carolumque, regem Franciæ, ad ejus monitionibus annuendum inducat. (Reg. 111, fol. 16, c. 83.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, per dilectum filium Dominicum, ordinis Predicatorum, sacre theologie magistrum, in curia Romana lectorem, nostras inter alias destinamus litteras quarum tenorem continet cedula presentibus interclusa, cui quidem magistro, circa contenta in dictis et nonnullis aliis litteris nostris quedam imposuimus regie ac tue magnitudini vive vocis oraculo referenda. Quare nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus regem ipsum, ut nostris super hiis monitis et exhortationibus acquiescat, inducere studeas instantiis et solicitudinibus oportunis, dicto magistro nichilominus fidem credulam adhibens super illis que pro parte nostra circa premissa et ea tangentia tibi duxerit exponenda. Dat. Avinione, VI kal. julii, anno sexto. »

1117 Avignon, 1er juillet 1322.

Archiepiscopo Viennensi, ut Amedeum, comitem Sabaudiæ, ejusque filios et valitores, ex parte una, ac Henricum, electum Metensem, Guigonem, dalphinum Viennensem, nonnullosque alios, ex altera, ad ineundum de novo treugas inducat. (Reg. 111, fol. 81 v°, c. 312; fol. 84, c. 322.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi.* Cum inter dilectos filios nobiles viros Amadeum, comitem Sabaudie, ac ejus filios et Ludovicum de Sabaudia et Imbertum de Bellojoco, adjutores et valitores ejusdem comitis, ex parte una, et Henricum, electum Metensem, gubernatorem Dalphinatus, Guigonem, dalphinum Viennensem, Hugonem Dalphini, dominum Fulciniaci, Ademarum de Pictavia, Amedeum, comitem Gebennensem, Amedeum de Gebenna, electum Tullensem, et Hugolinum, fratrem ejus, ac dilectam in Christo filiam aviam et tutricem dicti comitis Gebennensis, adjutores et valitores electi Metensis et dalphini predictorum, ex altera, per commotiones guerrarum se nimis periculose invicem collidentes, dudum, te procurante, treuge usque ad certum tempus jam elapsum, sub certis modis et formis inite fuerint ac firmate, nos, attendentes lapsus rerum, strages corporum et animarum pericula, que sunt amarius deploranda, ex guerrarum commotionibus et congressibus bellicis si, quod absit, procederent, verisimiliter proventura, et ut eis salubriter obvietur, ac inter partes predictas reformetur Deo grata concordia et hominibus illarum partium fructuosa, super [1] qua operosam diligentiam adhibere proponimus, cupientes, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, ad partes illas accedens, ad ineundum et firmandum de novo treugas inter partes predictas, usque ad festum Nativitatis dominice futurum proximo firmiter duraturas, viis et modis ad hoc expedientibus, partes easdem et gentes et procuratores earum [2], ex parte nostra, moneas efficaciter et inducas ut, interim, dicte pacis concordia que non leviter insidet cordi nostro, tractari, et, actore Deo, perfici valeat commodius inter eos. Datum Avinione, kalendis julii, anno sexto. »

1. Ce mot manque dans le c. 322.
2. C. 322 : *eorum.*

1118 Avignon, 1er juillet 1322.

Eidem quod, si dictas treugas iniat, eas firmet, publicet et inviolabiliter observari faciat. (Reg. 111, fol. 81 v°, c. 313; fol. 84, c. 321.)

« *Eidem.* Intensis desideriis affectantes — Dat. ut supra. »

1119 Avignon, 1er juillet 1322.

Eidem, ut dictas treugas non observantes excommunicatos publicet eorumque loca interdicat. (Reg. 111, fol. 82, c. 314; fol. 84, c. 323.)

« *Eidem.* Cum, sicut nosti — Dat. ut supra. »

1450 Avignon, 1er juillet 1322.

Henrico, electo Metensi, ut prædicti Guillelmi archiepiscopi exhortationibus acquiescat. (Reg. 111, fol. 82, c. 315; fol. 84 v°, c. 325.)

« *Dicto Henrico, electo Metensi.* Dum pacis commoda — Dat. ut supra. »

1451 Avignon, 1er juillet 1322.

In e. m. dicto dalphino. (Reg. 111, fol. 82 v°, p. c. 315.

1452 Avignon, 1er juillet 1322.

Archiepiscopo Tarantasiensi ut præfato Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, in agendis assistat. (Reg. 111, fol. 82 v°, c. 316; fol. 84 v°, c. 324.)

« *Archiepiscopo Tarantasiensi.* Ad obviandum periculis — Dat. ut supra. »

1453 [Avignon, 1er juillet 1322.]

Petro, archiepiscopo Lugdunensi, ut ejusdem Guillelmi monitis super præmissis acquiescat. (Reg. 111, fol. 82 v°, c. 317; fol. 85 v°, c. 326.)

« *Petro, archiepiscopo Lugdunensi.* Reformationem pacis et — abundantius vindicare[1]. »

1. Cette lettre a évidemment la même date que les précédentes.

1454 [Avignon, 1er juillet 1322.

In e. m. Imberto, domino Bellijoci. (Reg. 111, fol. 83, p. c. 317; fol. 85 v°, p. c. 326.)

1455 [Avignon, 1er juillet 1322.]

In e. m. vicariis, locum tenentibus seu vices gerentibus Amedei, comitis Sabaudiæ. (Reg. 111, fol. 83, p. c. 317; fol. 85 v°, p. c. 326.)

1456 Avignon, 4 juillet 1322.

Imperatorem Tartarorum rogat ut fidem catholicam accipere et, progenitorum suorum exempla imitans, cum Ecclesia Romana et rege Francorum amicitiam innovare velit. (Reg. 111, fol. 89 v°, c. 348; — Reg. 73, cur. fol. 24 v°, c. 81; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322, § xlii-xliii.)

« *Magnifico viro Boyssethan, imperatori Tartarorum, gratiam in presenti que perducat ad gloriam in futuro.* Inter solicitudines alias nostris humeris incumbentes, hoc perpeti cura revolvimus et hoc in solide caritatis ardore crebris orationibus a Domino postulamus, ut ipse lapis angularis, qui fecit utraque unum, suam sanctam, catholicam et universalem Ecclesiam toto orbe terrarum in unitate fidei orthodoxe dignanter adunat, cunctis mundum purget erroribus, et diffundat in mentibus ignorantium nomen ejus suo radios claritatis, ut ipsum cognoscant Deum vivum et verum omnium conditorem. Propterea jubilum copiose letitie desideriis nostris accresceret si, te dignum filium benedictionis constituens, vivido ac individuo ejusdem Ecclesie catholice corpori ad participationem vitalis spiritus jungereris inseparabili federe charitatis. Ideoque magnitudinem tuam rogamus et hortamur attentius, et per illius qui mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, misericordiam obsecramus quatenus ejusdem fidei saluberrimam unitatem, quam primo sancti apostoli de fideli Christi pectore susceperunt, et quam sacrosancta Romana servat, predicat et docet Ecclesia, sine qua nemo unquam Deum videre poterit, reverenter amplectens, et devote considerans quod omnis homo, eo ipso quod rationalis est conditus, debet ex ratione colligere illum qui eum condidit esse Deum, in ipsius lumen et regnum, omnis vetustate peccati et cecitatis errore depositis, per baptismatis transeas sacramentum, fidem hujusmodi constanter et fortiter observando, ut per illam gratia divina salvatus, cum Dei electis assequi valeas hereditatem incorruptibilem, incontaminatam et immarcescibilem conservatam in celis. Ceterum frequenter audivisse meminimus quod memorati progenitores tui, tamquam viri magnanimitate sublimes, ut Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, et apostolice Sedi devotam revecentiam exhiberent, ad ipsos interdum propter hoc mittebant nuntios speciales, et nichilominus cum Francie regibus, qui tunc erant, amicitiam contrahentes, illos per eosdem nuntios et litteras visitabant; quos predecessores et reges ipsi recipientes honorificentia qua decebat, in eorum gratis aspectibus letabantur, se hinc inde progenitoribus ac regibus ipsis donis et muneribus honorando. Ex quibus potes plene colligere quod tibi et imperio tuo

ad laudis cumulum et honoris accresceret si, progenitorum ipsorum imitans exemplum, per similes nuntios nos et dictam visitares Sedem, cum carissimo in Christo filio nostro rege Francorum illustri amicitiam renovares; nos enim ex hoc specialiter letaremur in Domino, qui tibi libenter in omnibus, que secundum Deum desideriis tuis grata procederent, placeremus. Datum Avinione, IIII nonas julii, anno sexto. »

1157 Avignon, 5 juillet 1322.

Episcopo Andegavensi, ut bona et fructus beneficiorum quæ Thomas, Corisopitensis episcopus, ante suam promotionem in Andegavensi diocesi obtinebat, exigat et ad Cameram apostolicam mittat. (Reg. 111, fol. 19, c. 100.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Andegavensi.* Non sine mentis amaratitudine cogitantes terras christicolarum sitas in partibus transmarinis acrius impeti solito per nationes barbaras, illisque succurrere cupientes, dudum omnes fructus, redditus et proventus omnium beneficiorum ecclesiasticorum ubicunque consistentium, que venerabilis frater noster Thomas, episcopus C[o]risopitensis, tempore sue promotionis ad C[o]risopitensem ecclesiam obtinebat, etiam si dignitates vel personatus existant et curam habeant animarum, antequam vacarent per consecrationem ejusdem episcopi, pro toto tempore vacationis ipsorum hac vice dispositioni nostre et Sedis Apostolice reservavimus auctoritate apostolica, in dictarum terrarum subsidium convertendos[1]. Verum cum idem episcopus, dicte promotionis tempore, decanatum ac canonicatum et prebendam in Andegavensi ecclesia, necnon capellam de Briolayo in tua diocesi obtineret, nos, de tua circumspectione provida plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus per te vel per alium seu alios, omnes et singulos fructus, redditus et proventus decanatus, canonicatus et prebende ac capelle predictorum, et aliorum quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum que ipse episcopus tunc temporis in tuis civitate et diocesi obtinebat, pro toto tempore quo post promotionem dicti episcopi vacavisse noscuntur, auctoritate nostra petere, exigere et recipere, et ad nostram Cameram mittere fideliter cum integritate procures, quid et quantum de eisdem fructibus, redditibus et proventibus, ac de quibus bonis vel rebus, et a quibus locis vel personis receperis aliisque circumstantiis universis, clare et distincte per tuas litteras vel instrumentum publicum Cameram certificaturus predictam, ut de illis pro utilitate hujusmodi subsidii commodius disponere, prout nobis videbitur, valeamus, contradictores — Dat. Avinione, III nonas julii, anno sexto. »

1. Reg. *committendos.*

1158 Avignon, 5 juillet 1322.

Item in e. m. episcopo Nannetensi pro fructibus canonicatus et præbendæ ac scolastriæ quos prædictus episcopus in Nannetensi ecclesia obtinebat. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1159 Avignon, 5 juillet 1322.

Item « [*pro fructibus*] *prioratus de Enedol et grangie de Aitz, Nannetensis diocesis.* » (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1160 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Briocensi pro fructibus canonicatus et præbendæ Briocensis ecclesiæ. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1161 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Macloviensi pro fructibus canonicatus et præbendæ ecclesiæ Macloviensis et prioratus sancti Singuillini, Macloviensis diocesis. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1162 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Venetensi pro fructibus prioratus de Hambont, Venetensis diocesis. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1463 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Carnotensi pro fructibus canonicatus et præbendæ ecclesiæ sancti Johannis de Nogento Retrodi, Carnotensis diocesis. (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1464 Avignon, 5 juillet 1322.

Item episcopo Ebroicensi pro fructibus capellæ sancti Nicolai de Aquila « de Palaiti » : *Dat. ut supra.* (Reg. 111, fol. 19, p. c. 100.)

1465 Avignon, 5 juillet 1322.

Johanni de Arpadella mandat ut omnia bona mobilia quæ quondam Radulphus, decanus de Gaya, ordinis Cluniacensis, Trecensis diocesis, penes Simonem, priorem de Ancra, camerarium monasterii sancti Martini de Campis Parisiensis, aliasque personas deposuit, requirat et Ecclesiæ Romanæ nomine recipiat. (Reg. 111, fol. 19 v°, c. 102.)

« *Magistro Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro.* Habet nonnullorum relatio — Dat. III nonas julii, anno sexto. »

1466 Avignon, 5 juillet 1322.

Bertrando Cariti et Raymundo de Parisius quittationem de tribus millibus quingentis quadraginta duobus florenis et septuaginta novem denariis ad cathedram auri, tam de bonis Odonis, olim prioratus sancti Martini de Valle Carnotensi, ordinis sancti Benedicti, prioris, quam de redditibus ejusdem prioratus provenientibus, quos per manus Raynaldi de Podio, rectoris ecclesiæ sancti Andreæ de Assilhano, et Deodati Baldosii, clerici, Narbonensis et Ruthenensis diocesum Cameræ apostolicæ assignaverant, dat. (Reg. 111, fol. 91, c. 356.)

« *Dilecto filio Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensi, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensi, capellano nostro.* Cum tam de — Datum Avinione, III nonas julii anno sexto. »

1467 Avignon, 7 juillet 1322.

Petro de Claromonte et Isabellæ, natæ Caroli, comitis Valesii, dispensationem pro matrimonio contrahendo concedit. (Reg. 111, fol. 19, c. 101; — Arch. nat., J. 436, n° 28, orig. scellé sur soie.)

« *Nobili viro Petro, primogenito dilecti filii nobilis viri Ludovici, comitis* [*Clarimontis*][1], *et dilecte in Christo filie nobili mulieri Isabelli, nate dilecti filii nobilis viri Caroli, comitis Valesii, salutem etc.* Etsi inter illos — Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod vos, ad conservationem sincere dilectionis ac boni status progenitorum vestrorum et omnium de ipsorum genere unanimiter intendentes, desideratis propter hoc et alias certas causas rationabiles pro parte vestra nobis expositas, ad invicem matrimonialiter copulari, sed quia ex parte dictorum progenitorum vestrorum in tertio consanguinitatis gradu ex utroque latere vobis invicem attinetis, matrimonium hujusmodi contrahere absque dispensatione Sedis Apostolice non potestis, quare nobis humiliter supplicastis ut vobis quod, predicto et quocunque alio, tam ex cujusvis alterius consanguinitatis gradu, remotiori tamen predicto tertio, quam etiam cujuscunque affinitatis seu cognationis spiritualis et aliis quibus cumque impedimentis, si qua forsan imposterum inter vos esse aliquo tempore appareret, nequaquam obstantibus, matrimonium invicem possitis licite contrahere per oportune dispensationis beneficium [concedere] misericorditer dignaremur. Nos igitur attendentes pro bono [statu] et tranquillitate predictorum progenitorum et omnium[2] consanguineorum vestrorum ipsorumque parentum, fidelium, subditorum ac alias propter causas multiplices rationabiles nobis expositas, ac etiam pro bono publico quod, annuente Domino, exinde provenire speramus, plurimum expedire quod hujusmodi inter vos matrimonium contrahatur, vestris devotis supplicationibus inclinati, vobiscum ut, impedimentis predictis, tam illo videlicet quod ex predicto consanguinitatis gradu tertio quo ex parte dictorum parentum vestrorum ex utroque latere vos invicem attinetis provenire dinoscitur, quam quibuscumque aliis, siqua forsan ex cujuscumque consanguinitatis gradu, remotiori tamen predicto tertio, seu etiam cujusvis affinitatis seu cognationis spiritualis vel alterius cujuslibet attinentie vel etiam parentele, inter vos imposterum aliquo casu existere ullo unquam

tempore appareret, impedimentis nequaquam obstantibus, possitis hujusmodi matrimonium inter vos libere contrahere et in sic contracto licite remanere, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus, prolem suscipiendam ex vobis legitimam nuntiantes. [Nulli ergo — Si quis autem — Dat. Avinione, nonis julii, anno sexto. »

1. Les mots entre crochets sont ceux qui, manquant dans le registre du Vatican, sont donnés par la bulle conservée aux Archives nationales.
2. *Communium* dans la bulle indiquée ci-dessus.

1 168 Avignon, 7 juillet 1322.

Carolo, regi Franciæ, ut Carolum, comitem Valesii, debitorum onere oppressum, aliquo subsidio pecuniali adjuvet. (Reg. 111, fol. 16 v°, c. 85.)

« *Eidem regi* [*Carolo, regi Francie*]. Letanter percepimus et utique, fili carissime, cum gaudio recensemus quod dilectus filius Carolus, comes Valesii, patruus tuus, sicut tibi sanguine jungitur, sic et tibi caritatis glutino copulatur, quod non lingua dumtaxat panditur, sed exhibitione operis que probatio dilectionis esse noscitur, evidentius declaratur. Ipse quidem, quasi suis pretermissis negotiis, regia tractare studet ac[1] dirigere, spretis laboribus nec vitatis expensis, et quia, sicut providentia regia non ingnorat, comitis ipsius magnificentia non patitur quod curiam sequatur regiam absque ingenti profluvio expensarum, ad quas ejus non suppetunt redditus, propter gravia onera debitorum contracta dudum propter guerrarum fremitus qui in regno Francie retroactis temporibus emerserunt, in quibus domui regie astitisse magnifice noscitur ac potenter, ac continuationem curie regie, in qua juxta sui status magnificentiam nequivit expensarum onera devitare, nec non et propter dotes immensas quas ipsum pro filiabus suis, juxta domus regie decentiam suamque et suorum quibus eas tradidit excellentiam, decuit assignare, profecto decet magnificentiam regiam, premissa sua onera supportando, sibi grata vicissitudine respondere, et quia hoc posse fieri facilius et commodius arbitramur de pecunia proventura ex biennali decima per nos celsitudini regie hiis diebus gratiose concessa, dignetur, quesumus, regia celsitudo vel de decimis terre sue, sicut nos eidem comiti de beneplacito clare memorie Philippi, regis Francie et Navarre, tunc ipsa regna regentis, fructus beneficiorum terre sue vacantium usque ad quadriennium meminimus concessisse, vel alias de ipsa decima, sicut providentia regia viderit expedire, manum ei porrigere adjutricem. Dat. Avinione, viii idus julii, anno sexto. »

1. Reg. *ad*.

1 169 Avignon, 8 juillet 1322.

Dicto comiti Valesii nuntiat se eidem regi Franciæ quasdam litteras, quarum cedulam præsentibus intercludit, scripsisse. (Reg. 111, fol. 16 v°, c. 86.)

« *Comiti Valesii.* Magnitudini tue pateat per presentes quod carissimo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri scribimus sub forma quam continet cedula presentibus interclusa, que per magistrum Johannem de Arpadela, capellanum nostrum, cui super hoc scribimus, eidem regi presentari poterunt vel per alium, sicut tua providentia viderit expedire. Dat. Avinione, viii idus julii, anno sexto. »

1 170 Avignon, 11 juillet 1322.

Bertrandum de Pebraco in capellanum suum recipit. (Reg. 111, fol. 202 v°, c. 877.)

« *Bertrando de Pebraco, priori monasterii sancti Martini de Campis Parisiensis, Cluniacensis ordinis.* Religionis zelus et — Datum Avinione, v idus julii, anno vi°. »

1 171 Avignon, 17 juillet 1322.

Hugoni Geraldi, senescallo Carcassonensi, mandat ut ab executione mandati regii super occupatione bonorum quondam Petri, Carcassonensis episcopi, desistat, nuntians ei se ipsum Carolo, regi Franciæ, propter hoc scripturum esse[1]. (Reg. 111, fol. 17 v°, c. 90.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni Geraldi, senescallo Carcassonensi.* Cum vir peritus — Dat. Avinione, XVI kal. augusti, anno sexto. »

1. Voyez ci-après, n° 1473.

1172 18 juillet 1322.

Carolo, regi Franciæ, Petrum, Vivariensem electum, quem commendat, regalibus expeditis negotiis, remittit. (Reg. 111, fol. 17 v°, c. 91.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Ecce, fili carissime, quod dilecto filio Petro, electo Vivariensi, nuntio regio, regalibus expeditis negotiis, licentiam dedimus ad regalem presentiam redeundi, cujus moram habeat et quoad nos et quoad ipsum, quesumus, regalis providentia excusatam ; quoad nos quidem, propter discresias (*sic*) nonnullas quas propter intemperiem aeris sumus passi, necnon et propter occupationes nimias que inundaverunt plus solito hiis diebus ; ipsum autem quia profecto pro sua expeditione oportune curavit insistere ac pluries etiam importune. Et quia ipsum probavimus eminentis scientie, probate experientie, ac circa regia negotia solicitum et fidelem, ipsum confidenter et ecclesiam ad tuam sibi commissam instantiam affectu quo possumus commendamus, cui commisimus aliqua personam tuam tangentia, et aliqua que nos tangunt magnitudini regi referenda, cui velit celsitudo regia super hiis fidem plenariam adhibere. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum, et tecum laboret, amen. Datum XV kal. augusti, anno sexto. »

1173 Avignon, 19 juillet 1322.

Eidem regi ut assignationem bonorum quondam Petri, Carcassonensis episcopi, quam senescallus Carcassonensis nomine regio fieri petit, revocari faciat. (Reg. 111, fol. 16 v°, c. 87.)

« *Dicto regi.* Desiderantes, fili carissime, quod ad illa tuum cures affectum prudenter extendere, per que divinam possis promereri gratiam et ejus vitare solerter offensam, illa tibi suademus fiducialiter et ab hiis te retrahere satagimus confidenter. Hec autem posse perfici non videmus, te, sponse Christi, videlicet sacrosancte Ecclesie, matri tue, injuriam irrogante. Sunt enim Christus et Ecclesia, ejus sponsa, ea procul dubio indivisibili unione conjuncti, quod alter, reliquo in honore non habito, honorari non possit, nec uni irrogari injuria quin alteri irrogetur. Sane, fili carissime, innotuit nobis, non absque admiratione et displicentia nimia, relatio fide digna quod senescallus Carcassonensis thesaurum bone memorie Petri, Carcassonensis episcopi, quod (*sic*), ut posset ad divinum cultum, sustentationem pauperum et alia pia opera conservari, miseramus dilectum filium magistrum Hugonem de Engolisma, archidiaconum de Biliomo in ecclesia Claromontensi, pro thesauri custodia antedicti, ab executoribus testamenti ipsius episcopi sibi postulat assignari, quod nisi fecerint, quod tamen implere nequeunt, illum minatur violenter apprehendere, asserens mandatum regium super hoc se habere. Profecto, fili carissime, miramur nec sufficimus admirari si a providentia regia que Deo placere desiderat, sicut fertur, mandatum tale processerit, sic injuriosum Ecclesie et omni obvium rationi quod nequimus credere, nisi surreptione aliqua mediante. Delibera, fili, quesumus, cum peritis Deum timentibus, qui tibi que recta sunt consulant tuique honoris et salutis anime fervidi zelatores existant, delibera quo tibi jure potest competere bona precipue prelatorum ad cultum deputata divinum et usum pauperum et alia pia opera occupare, et disponere de eisdem. Profecto, fili, si tales consulas, hec tibi reperies non licere, nec vocem illorum audias qui, ad querendas excusationes in peccatis, colores querunt sub quibus veritatem...[1], cum de factis, repulsis coloribus, illi cujus occulis nuda sunt omnia et aperta quique cogitationes hominum plene novit, sis redditurus in districto examine rationem. Providentiam itaque regiam rogamus affectu quo possumus ampliori eidemque nichilominus sano consilio suademus quatinus, ob Dei reverentiam, tantam irrogari majestati tue non sinas injuriam, nec sit tibi grate sic ingratus patenter Ecclesie[2] existere, nec avarus illi que tibi sic extitit et esse disponit imposterum liberalis, sed potius tue salutis et honoris obtentu, ipsius jura et libertates manuteneas, protegas et defendas ipsamque clementia regia[3] favorabiliter prosequatur. Gratia

Domini nostri Jhesu Christi cor regis dirigat ut illa in hiis et aliis exequatur que sue beneplacita fuerint voluntati. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno sexto. »

1. Il manque évidemment ici un mot tel que *dissimulent*.
2. Reg. *velis* qui est une erreur manifeste.
3. Reg. *clementiam regiam*.

1171 Avignon, 19 juillet 1322.

Carolo, comiti Valesii, de eisdem. (Reg. 111, fol. 17, c. 88.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Innotuit nobis, fili, fide digna relatio quod senescallus Carcassonensis bona mobilia que bone memorie Petrus, Carcassonensis episcopus, ad divinum cultum, sustentationem pauperum et alia pia opera deputata dimisit, petit sibi ab executoribus ejusdem episcopi nomine regio assignari, quod utique facere nequeunt cum ad illa, pro premissis usibus conservandis, dilectum filium magistrum Hugonem de Engolisma, archidiaconum de Biliomo in ecclesia Claromontensi, et sub cujus existunt custodia, ad partes illas duxerimus transmittendum, adiciens senescallus predictus quod, nisi executores predicti sibi bona assignaverint antedicta, ipse illa accipiet auctoritate cujusdam mandati regii quod super hoc asserit se habere. Profecto, fili, miramur nec sufficimus admirari si mandatum sic omni rationi obvium, sic injuriosum Ecclesie, de conscientia regia emanavit quod utique nequivimus credere nisi surreptione aliqua mediante. Et quia non decet excellentiam regiam nec sibi expedit indignationem sponsi Ecclesie, videlicet Jhesu Christi, contra se provocare, quod utique faceret si Ecclesie injuriam irrogaret, cum etiam carnalis sponse injuria in sponsum redundare noscatur, magnitudinem tuam rogamus, affectu quo possumus ampliori, quatinus, quantum in te est, pati nolis quod tanta injuria Ecclesie irrogatur, sed tui consilii et auxilii partes sic efficaciter interponas quod mandatum hujusmodi, si processerit, debeat revocari, sic quod inde, preter pro justitia laborantibus repromissum, nostrum et Apostolice Sedis gratiam abundantius merearis. Dat. ut supra. »

1175 [Avignon, 19 juillet 1322.

Dominico, sacræ theologiæ magistro, et Johanni de Arpadella mandat ut quasdam litteras clausas Carolo, regi Franciæ, et Carolo, comiti Valesii, præsentent. (Reg. 111, fol. 17, c. 89.)

« *Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie magistro et in curia Romana lectori, et magistro Johanni de Arpadela, canonico Parisiensi, capellano nostro.* Carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, ac dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii, per litteras clausas[1] scribimus secundum formam quam continet cedula presentibus interclusa, vobis et unicuique vestrum mandantes et districtius injungentes quatinus litteras nostras predictas cum discretione et diligentia eisdem regi et comiti presentare, et circa expeditionem negotii pro quo illas dirigimus, quod non leviter insidet cordi nostro, prudenter et solicite instare curetis, nos de illius expeditione, quam votivam et felicem nos obtinere speramus, reddentes quamtocius poteritis certiores. Ceterum dilecto filio Petro Roderii, cancellario Francie, et Stephano de Mornasio (*sic*), beati Martini Turonensis, ac Johanni de Cerchamont, Pictavensis ecclesiarum decanis, consiliariis regiis, scribimus ut vobis et utrique vestrum fidem credulam in predictis adhibeant ac super expeditione obtinenda prestent vobis auxilium, consilium et favorem. Volumus autem, vobis et cuilibet vestrum sub virtute sancte obedientie injungentes ne premissarum litterarum transcripta alicui ostendatis, sed negotium in transcriptis ipsis contentum, illis de quibus scribimus et aliis de quibus expedire videbitur, exponatis[2]. »

1. Il s'agit ici, et l'index le spécifie, des lettres qui précèdent celles-ci dans le registre et que nous donnons plus haut (nos 1473-1474).
2. Cette lettre et les suivantes (nos 1476-1478) se rattachent, on le voit, à la même affaire. Nous croyons donc que la formule : *Dat. ut supra*, qui suit la dernière, peut s'appliquer à toutes pour la date. On remarquera plus loin, la formule : *Dat. ut infra* (no 1483).

1176 [Avignon, 19 juillet 1322.]

Stephano de Mornayo, ut præfatis Dominico et Johanni, pro acceleratione negotii ipsis commissi, consilium et auxilium præbeat. (Reg. 111, fol. 17 vo, c. 89.)

« *Dilecto filio magistro Stephano de Mornassio* (sic), *decano ecclesie beate Martini Turonensis, capellano nostro.* Super quodam negotio — uberius vendicare [1]. »

1. Pour la date, voyez la lettre précédente (n° 1475).

1177 Avignon, 19 juillet 1322.

In e. m. magistro Petro Roderii, canonico Remensi, Caroli, regis Franciæ, cancellario. (Reg. 111, fol. 17 v°, p. c. 89.)

1178 [Avignon, 19 juillet 1322.]

In e. m. Guillelmo, episcopo Carcassonensi : *Dat. ut supra.* (Reg. 111, fol. 17 v°, p. c. 89.)

1179 Avignon, 22 juillet 1322.

Bernardo de sancto Mauritio de duobus equitaturis ac nonnullis florenis, annulis et lapidibus quæ ab Arnaldo Calmelli, ab ordine Prædicatorum apostata restitui fecerat et Neapoleoni, sancti Adriani diacono cardinali, assignaverat, quittationem dat. (Reg. 111, fol. 81 v°, c. 311 ; fol. 91 v°, c. 359.)

« *Dilecto filio magistro Bernardo de sancto* [1] *Mauritio, cantori Autisiodorensi, officiali Avinionensi.* Cum Arnaldum Calmelli — Dat. Avinione, xi kal. augusti, anno sexto. »

1. Ce mot est corrigé à l'encre noire dans la rubrique du c. 311.

1180 Avignon, 25 juillet 1322.

Guidoni, comiti Blesensi, respondet se quasdam ejus petitiones admisisse, alias autem exaudire non posse. (Reg. 111, fol. 18, c. 93.)

« *Guidoni, comiti Blesensi.* Nobilitatis tue litteras — Dat. Avinione, viii kal. augusti, anno sexto. »

1181 Avignon, 26 juillet 1322.

Electum Vivariensem quadam « discrasia » febrili laborantem consolatur. (Reg. 111, fol. 18, c. 94.)

« *Electo* [1] *Vivariensi.* Credentes, fili, te — Dat. Avinione, vii kal. augusti, anno sexto. »

1. *Episcopo*, dans l'index du regisire.

1182 Avignon, 30 juillet 1322.

H[ugoni] Geraldi de responso ejus litteris apostolicis ab Hugone de Engolisma transmisso gratias agit. (Reg. 111, fol. 28 v°, c. 146.)

« *Nobili viro H. Geraldi, senescallo Carcassonensi.* Series litterarum dilecti — Dat. Avinione, iii kal. augusti, anno sexto. »

1183 Avignon, 30 juillet 1322.

Amedeum, comitem Sabaudiæ, rogat ut consiliis Guillelmi, archiepiscopi Viennensis, ratione prolungationis quarumdam treugarum, acquiescat, eique nuntiat quod adventum suum ad curiam gratum habebit. (Reg. 111, fol. 83, c. 318.)

« *Amadeo, comiti Sabaudie.* Cum periculosa dispendia non faciliter numeranda que ex gravi discordia inter te tuosque valitores, ex parte una, et dilectos filios nobiles viros Henricum, electum Metensem, gubernatorem Dalphinatus, ac Guigonem, dalphinum Viennensem, eorumque valitores, ex altera, hostis antiqui procurante malitia, suscitata hactenus provenerunt, et, nisi occurratur salubriter, graviora formidantur verisimiliter proventura diligenter attendimus, et bona innumera que ex reformanda inter vos pacis concordia possunt probabiliter provenire diligenti studio cogitamus, ad pacis hujusmodi comoda procuranda et dissensionum incomoda declinanda operosum adhibere studium paternis affectibus intendentes, venerabili fratri nostro Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, pacis et concordie zelatori, damus nostris litteris [1] in mandatis ut, ad partes illas se conferens, tam partem tuam quam aliam ad ineundum et confirmandum treugas inducere studeat usque ad festum Nativitatis dominice futurum proximo duraturas, ut interim, pacis auxiliante actore, ad discordias extirpandas et pacis jacienda semina vacare

commodius valeamus. Quocirca nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur, tibi que) paterno consilio suadentes quatinus, ipsius archiepiscopi monitis et exhortationibus salutaribus, in hac parte taliter acquiescas quod nostris desideriis super hiis satisfiat tuque proinde, preter premium retributionis eterne, quod viris pacificis veritas repromittit, nostram et Apostolice Sedis benedictionem et gratiam valeas de bono in melius promereri. Ad hec, si pro multis ad laudem Dei et Ecclesie sancte sue tuumque honorem et comodum procurandis posses, sicut alias tibi scripsimus, ad nostram presentiam te conferre, tua esset nobis admodum grata presentia, et, ut credimus, pluribus fructuosa. Datum ut infra (*sic*). »

1. N° 1447.

1181 Avignon, 30 juillet 1322.

Eduardo, ejusdem comitis nato, ut dicti archiepiscopi monitis acquiescat. (Reg. **111**, fol. 83, c. 319.)

« *Euduardo* (sic), *nato ejusdem comitis*. Ad pacis federa — Dat. Avinione, III kal. augusti, anno sexto. »

1185 Avignon, 30 juillet 1322.

Agneti, Gebennensi comitissæ, ut, ad easdem treugas procurandas, præfati archiepiscopi monitis acquiescat eique assistat. (Reg. **111**, fol. 83 v°, c. 320.)

« *Agneti, comit(t)isse Gebennensi*. Dispendiosis periculis ex — Dat. ut supra. »

1186 Avignon, 3 août 1322.

Johannem ecclesiæ Corisopitensi, per obitum Thomæ, episcopi, vacanti, et Apostolicæ Sedi hac vice reservatæ, in episcopum præficit. (Reg. **111**, fol. 96, c. 384.)

« *Dilecto filio Johanni, electo Corisopitensi*. Dudum ad notitiam — Datum III nonas augusti, anno sexto. »

1187 Avignon, 5 août 1322.

Carolo, regi Franciæ, de gestis a nuntiis ejus in curia, de casu flebili Armeniæ et de dilatione vicecomiti Leomaniæ concessa. Reg. **111**, fol. 18, c. 95; fol. 20, c. 104.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Francie et Navarre regi illustri*. Ecce, fili carissime, quod dilectus filius nobilis vir Ludovicus, comes Clarimontis, qui, expeditis negotiis regiis, post alios regios nuntios pro negotio passagii transmarini usque nunc in curia moram traxit, super illo responso habito, ad presentiam regiam dirigit gressus suos, cui profecto et collegis suis de diligentia sedula ac circumspectione provida, tam in proponendo dicta negotia que dilectus filius magister Stephanus de Morneyo, decanus ecclesie sancti Martini Turonensis, capellanus noster, facunde proposuit, aliis collegis sibi assistentibus et facunde, quam in prosequendo ipso negotio, necnon et super eorum in curia conversatione laudabili, pacifica et honesta, laudabile testimonium secura conscientia perhibemus[1] ipsosque ex habundanti, cum eos sciamus indubie non egere, et eorum quemlibet, benivolentie regie affectu quo possumus commendamus. Ut autem quod dictus comes obtulerit circa predictum negotium transmarinum, quidve petierit et declaraverit et post adjecerit circa illa, celsitudo regia non ingnoret, cedula[2] pandet prudentie regie, si eam audire libuerit, presentibus interclusa. Dilationem autem pro vicecomite Leumanie ob honorem regium concessimus postulatam. Casum flebilem Hermenorum (*sic*) per nostras litteras magnificentie regie alias duximus intimandum, circa quem, quesumus, vigilet, et nobis quid intendit super hoc excellentia regia non differat intimare. Ad hoc dilectum filium magistrum Petrum Barrerie, archidiaconum Nivernensem, clericum et nuntium regium, qui post alios tuos nuntios aliquibus diebus remansit in curia pro negotiis regiis sibi impositis prosequendis, super prudenti et solicita prosecutione ipsorum magnificentie regie commendamus, quem super mora quam traxit[3] in curia habeat, cum omni culpa careat, celsitudo regia excusatum. Datum Avinione, nonis augusti, anno sexto[4]. »

1. Cap. 104 : *prohibemus*.
2. Ib. *sedula !*

3. Ib. *contraxit*.
4. La date manque dans le cap. 104. Au sujet de la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1188 Avignon, 5 août 1322.

Carolo, comiti Valesii, Ludovici, comitis Clarimontis, in Franciam redeuntis declarationes et petitiones circa passagium transmarinum transmittit. (Reg. 111, fol. 18 v°, c. 96; fol. 20 v°, c. 105.)

« *Dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii.* Ut que dilectus filius nobilis vir Ludovicus, comes Clarimontis qui, negotiis expeditis regiis, dirigit in Franciam gressus suos, super negotio passagii transmarini obtulerit, petierit, declaraverit, ac post adjecerit circa illud, tua magnificentia non ignoret, ecce quod illa tue providentie plenius innotescet cedula presentibus interclusa. Datum ut supra[1]. »

1. Au sujet de la Croisade en général, voyez n° 1683, note 1, et sur le rôle de Louis de Clermont, n° 511, note 2. Le 22 juillet 1319, Philippe V lui avait promis que, s'il entreprenait une expédition particulière en Terre Sainte, il ferait en sorte de lui procurer l'appui du Pape. Charles IV lui renouvela, avant le 11 avril 1322, les mêmes promesses (Huillard-Bréholles, *Titres de la maison ducale de Bourbon*, t. I, p. 263, n° 1526 et p. 282, n° 1633).

1189 Avignon, 10 août 1322.

Johanni de Arpadella, ut litteras licentiæ a Carolo, rege Franciæ, Bertrando, vicecomiti Leomaniæ, concessæ extrahendi de regno centum quinquaginta millia florenorum duplicari faciat. (Reg. 111, fol. 18 v°, c. 98; fol. 20 v°, c. 108.)

« *Magistro Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro.* Cum dilectus filius nobilis vir Bertrandus de Gitto (*sic*), vicecomes Leomanie et Altivillaris, a carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, super licentia et ducatu extrahendi de regno Francie et ad Sedem Apostolicam faciendi deferri centum quinquaginta milia florenorum, in quibus nobis et Ecclesie Romane tenetur astrictus, litteras obtinuerit, volumus et discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus consimiles litteras a cancellaria dicti regis, que duplicare litteras ab eodem rege concessas per se, ut intelleximus, consuevit, alioquin a rege prefato pro nobis obtinere diligenter studeas, et eas nobis mittere fideliter quantocius non postponas, ad dilectum filium magistrum Stephanum de Mornayo, decanum ecclesie beati Martini Turonensis, capellanum nostrum, ac alios devotos nostros de quibus tibi expedire videbitur, si necesse fuerit, super obtinenda dicta littera recurrendo. Datum Avinione, IIII idus augusti, anno sexto. »

1190 Avignon, 10 août 1322.

Prædicto Bertrando, ut solutionem florenorum summæ ab ipso Cameræ debitæ acceleret, non expectando terminum sibi novissime super hoc assignatum. (Reg. 111, fol. 23 v°, c. 121; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 34, n° 194.)

Nobili viro Bertrando de Gutto, vicecomiti Lomanie et Altivillaris. Rubrica[1]. Grata nobis insinuatione per litteras tuas quas nobis destinare curasti accepimus quod, tuis negotiis in Francia feliciter expeditis, ac a carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, super extrahendo de regno Francie summam florenorum in quibus nobis et Ecclesie Romane teneris astrictus, et ad Romanam curiam deferendo obtentis licentia et ducatu, repetebas e vestigio partes tuas. Quare tue nobilitatis prudentie credimus expedire nobisque gratum erit admodum et acceptum si missionem dicte summe florenorum acceleres, non expectando terminum tibi novissime super hoc assignatum. Ad hoc autem quod aliquem de nostris petebas pro deferenda dicta pecunia tibi mitti, quod id nobis non videtur expediens vel necessarium respondemus. Datum Avinione, IIII idus augusti, anno sexto. »

1. Pour ce mot, qui est répété en marge, voyez n° 117.

1191 Avignon, 12 août 1322.

Johanni de Arpadella, ut quasdam litteras apostolicas clausas super certis negotiis Carolo, regi Franciæ, et Carolo, comiti Valesii, destinatas, eisdem, si commode poterit, præsentet vel per alium præsentari faciat. (Reg. 111, fol. 18 v°, c. 97; fol. 20 v°, c. 106.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Arpadela, canonico Parisiensi, cappellano nostro.* Cum carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, ac dilecto filio nobili viro Carolo, comiti Valesii, nostras super certis negotiis clausas litteras destinemus[1], volumus et discretioni tue presentium tenore mandamus quatinus prefatas litteras, quas una cum presentibus per latorem presentium circumspectioni tue providimus transmittendas, eisdem regi et comiti per te, si comode poteris, vel alium, si impedimentum occurreret, studeas presentare. Datum Avinione, II idus augusti, anno sexto. »

1. D'après l'analyse figurant à l'index du registre pour le c. 97, il s'agirait des deux lettres précédentes (cc. 95 et 96, voyez ci-dessus n°s 1487-1488).

1 192 [Avignon, 12 août 1322.]

Eidem, de præsentatione quarumdam litterarum regi Franciæ facienda. (Reg. 111, fol. 20 v°, c. 107.)

« *Eidem.* Si dilectus filius magnificus vir Carolus, filius regis Francie, comes Valesii, quasdam litteras nostras clausas quas carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, dirigimus, tibi duxerit assignandas, volumus quod illas dicto regi ex parte nostra studeas presentare[1]. »

1. Cette lettre n'a pas de date, mais elle offre avec la précédente des rapports si évidents que nous n'hésitons pas à lui attribuer la même date.

1 193 Avignon, 12 août 1322.

Johannæ, comitissæ Fuxi, respondens, nuntiat ei quod non videtur expediens annuere votis ejus. (Reg. 111, fol. 23 v°, c. 122; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II., p. 35, n° 195.)

« *Johanne, comitisse Fuxi.* Nobilitatis tue recepimus litteras per quas, ut hiis que Bernardus de Barreria, clericus et nuntius tuus, pro parte tua nobis exponeret, fidem ve[l]lemus adhibere credulam postulabas, que utique patienter audivimus et que proposuit intelleximus diligenter. Sane, filia, miramur de tua prudentia quod tam grande negotium sub simplici credentia, nulla de illo in tuis litteris mentione habita, duxeris tali nuntio committendum, sed nec sufficimus admirari quod in illo negotio tua circunspectio processerit adeo, sicut tuus nuntius te processisse asserit, inconsultis, ymmo prorsus ins[c]iis viris magnificis et omni honore condignis, domui Fuxi consanguinitate seu affinitate conjunctis. Et quia statum domus illius intense desideramus prosperum, multisque circunstantiis dicti negotii in consideratione deductis, non videmus dicte domui expediens nec Deo gratum arbitramur existere quod votis tuis in hac parte presentialiter annuamus, ab hiis que petieras exequendis consulte duximus abstinendum. Dat. Avinione, II idus augusti, anno sexto. »

1 194 Avignon, 14 août 1322.

Amedeo, comiti Sabaudiæ, de adventu ejus ad curiam et de negotio pacis cum Guigone, dalphino Viennensi, habendæ. (Reg. 111, fol. 85, c. 327.)

« *Dilecto filio nobili viro Amedeo, comiti Sabaudie.* Innotuere nobis tue magnitudinis littere diem recessus tui de Francia ad propria reddituri, quodque iter tuum accelerare disposueras ut, juxta exhortationes nostras sepius tibi factas, ad nostram possis presentiam celerius te conferre, quod, ut expedientius exequaris, gentibus tuis per tuas litteras dederas in mandatis ut venerabili fratri nostro Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, quem per nos ad procurandum treugas inter te et dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, ac utriusque valitores, ad partes illas transmittendum audiveras, in omnibus acquiescant — Datum Avinione, XIX kal. septembris, anno sexto. »

1 195 Avignon, 21 août 1322.

Archiepiscopo Lugdunensi pro Jacobi Gaucelmi, militis, liberatione. (Reg. 111, fol. 85 v°, c. 328.)

Venerabili fratri archiepiscopo Lugdunensi. Ad prelatorum officium — Dat. Avinione, XII kal. septembris, anno sexto. »

1196 Avignon, 23 août 1322.

Donationem ecclesiæ Pontis Sorgiæ, Avinionensis diocesis, a Raymundo, abbate, et conventu monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, Romanæ Ecclesiæ factam et ad usum papalis palatii Pontis Sorgiæ nuper ædificati convertendam, confirmat, ejusdem donationis tenorem præsentibus inseri faciens. (Reg. 73, cur. fol. 25 v°, c. 88; — Reg.Avin., t. XVI, fol. 388, c. 88.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Religiosis desideriis sine difficultate prestari decet effectum, et, quod laudabiliter geritur, obtinere convenit roboris firmitatem. Sane dilecti filii Raymundus, abbas, et conventus monasterii Cluniacensis, Matisconensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam, matrem suam, pie gerentes compassionis affectum, ac neccessitatem papalis palatii quod sumptuosis edificiis apud castrum Pontissorgie situm, in comitatu Venaisini, ad nos et eandem Romanam Ecclesiam pertinente, construi fecimus, benignis considerationibus attendentes, dudum in suo Cluniacensi capitulo congregati, tractatu et deliberatione prehabitis, ac interveniente inter eos consensu unanimi et concordi, ecclesiam Pontissorgie, Avinionensis diocesis, tunc ad eosdem abbatem et conventum spectantem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis prefate sancte Romane Ecclesie ad usum dicti palatii, vel ad nostram et ipsius Ecclesie voluntatem omnimodam alias faciendam, pro se et successoribus suis perpetuo, meliori et efficaciori modo quo potuerunt, sua libera voluntate applicaverunt ac etiam donaverunt, nobis devote et humiliter supplicantes ut donationem hujusmodi ex certa scientia confirmare et supplere deffectum, si quis esset, de apostolice potestatis plenitudine dignaremur, sicut in patentibus litteris confectis super hoc, eorundem abbatis et conventus sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius et seriosius continetur. Nos autem applicationem et donationem hujusmodi ratas et gratas habentes, eas auctoritate apostolica et ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnem defectum si quis sit in illis, de apostolice plenitudine potestatis. Tenor autem predictarum litterarum talis est.

Sanctissimo in Christo patri meritisque beato domino suo domino Johanni, digna Dei providentia sacrosancte Romane ac universalis Ecclesie summo pontifici, frater Raymundus, Dei et vestri gratia vestre Cluniacensis ecclesie minister humilis, et ejusdem loci conventus, cum devotarum orationum instantia, pedum oscula beatorum. Ad Vestre Sanctitatis notitiam deducimus per presentes quod nos, considerantes Ecclesiam de Pontesorgie ad nos, et ecclesiam nostram Cluniacensem sine medio pertinentem, ad usum papalis palatii quod in villa Pontissorgie edificari et construi Sanctitas Vestra fecit, non mediocriter oportunam, nos propter hoc, ut moris est, ad sonum campane in nostro Cluniacensi capitulo congregati, tractatu et deliberatione prehabitis, consensu unanimi et concordi dictam ecclesiam de Pontessorgie cum juribus suis et pertinentiis universis prefate sancte Romane Ecclesie ad usum dicti papalis palatii, vel ipsius alias voluntatem omnimodam faciendam, pro nobis et successoribus nostris perpetuo, meliori et efficaciori modo quo possumus, presentium litterarum tenore applicandam duximus et donandam, Vestre Sanctitatis beatitudini supplicantes humiliter et devote quatinus donationem nostram hujusmodi dignetur ex certa scientia confirmare et defectum, si aliquis sit in ea, supplere de plenitudine potestatis, Sanctitatem Vestram que nos, servos suos, ecclesiamque Cluniacensem predictam et ordinem habere dignetur in speciali recomendatione gratie et favoris, custodiat et conservet Altissimus longeve et feliciter Ecclesie sue sancte. Dat. Cluniaci, sub nostrorum appensione sigillorum, vii kal. mensis junii, anno domini millesimo cccxxii°[1]. Nulli etc. nostre confirmationis et supplectionis infringere etc. Dat. Avinione, x kal. septembris, anno sexto. »

1. La date est en toutes lettres dans le registre d'Avignon.

1197 Avignon, 27 août 1322.

Cum inter curiales et curias ac habitatores et incolas castrorum Pontis Sorgiæ ad Romanam, et « Biturrite »[1] ad Avinionensem ecclesias pertinentium, ratione incertitudinis territoriorum castrorum ipsorum periculosæ dissensiones subortæ fuerint, Petro de Nogareto et Jacobo de Mutina mandat ut, ad prædicta loca se conferentes, de præfatis summarie et de plano ac sine judicii figura

veritatem inquirant, evocandos vocent et eadem territoria limitibus distinguant. (Reg. 111, fol. 91 v°, c. 360; — Reg. 73, cur. fol. 25, c. 87.)

« *Dilectis filiis*[2] *Petro de Nogareto*[3], *thesaurario Burdegalensi, litterarum nostrarum contradictarum, et Jacobo de Mutina, canonico Cameracensis ecclesiarum, sacri palatii nostri causarum auditoribus.* Illius licet immeriti — Dat. Avinione, vi kal. septembris, anno sexto. »

1. Nous avons trouvé plus haut (n° 1255) les formes *Bidaride* et *Biteride*.
2. Reg. 111 : *Dilecto filio.*
3. Ib. *Nogayreto.*

1198 Avignon, 29 août 1322.

Guillelmum Dulcini et Guillelmum de Proalto ad pacem inter Amanevum, dominum de Lebreto, et Bernardum Jordani de Insula, Guillelmum de Cavomonte ac Jordanum de Insula, de Montegalhardo dominos, et nonnullos alios reformandam mittit, omni potestate super hoc ipsis concessa. (Reg. 111, fol. 24, c. 123 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 36, n° 196.)

« *Dilecto filio Guillelmo Dulcini, provinciali ordinis fratrum Predicatorum provincie Tholosane, et Guillelmo de Proalto, ejusdem ordinis.* Viscera nostra multiplici — Dat. Avinione, iiii kal. septembris, anno sexto. »

1199 Avignon, 29 août 1322.

Amanevum de Lebreto hortatur ut ad pacem obtinendam studium adhibeat fidemque prædictis nuntiis tribuat. (Reg. 111, fol. 24, c. 124; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 38, n° 197.)

« *Nobili viro Amanevo, domino de Lebreto.* Audimus, fili, et — Dat. ut supra. »

1500 Avignon, 29 août 1322.

Guillelmo de Cavomonte super eodem. (Reg. 111, fol. 24 v°, c. 125; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II. p. 40, n° 198.)

« *Nobili viro Guillelmo, domino de Cavomonte.* Periculosa turbatione quam — Datum ut supra. »

1501 Avignon, 29 août 1322.

In e. m. comiti Petragoricensi. (Reg. 111, fol. 24, p. c. 125.)

1502 Avignon, 29 août 1322.

Brunessendi, comitissæ Petragoricensi, pro eadem pace procuranda. (Reg. 111. fol. 24, c. 126 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 41, n° 199, non publié.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Brunessendi, comitisse Petragoricensi.* Non ignorare te — Dat. ut supra. »

1503 Avignon, 29 août 1322.

Bertrando, vicecomiti Leomaniæ, super eodem (Reg. 111, fol. 25, c. 127 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 41, n° 200, non publié.)

« *Nobili viro Bertrando, vicecomiti Lomanie.* Vides, fili, quam — Dat ut supra. »

1504 Avignon, 29 août 1322.

Bernardo Jordani de Insula, ut pacem cum Amanevo de Lebreto, quem ad duellum pro injuriis aliis illatis provocaverat, faciat. (Reg. 111, fol. 25, c. 128; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 41, n° 201.)

« *Nobili viro Bernardo Jordani de Insula.* De tua, fili, prudentia sapientibus et insipientibus admirandi, nos turbando, tribuisti materiam, dum pro injuriis illatis aliis[1] qui ad eas prosequendas sufficiunt, velut pugilem te constituens, dilectum filium nobilem virum Amaneum, dominum de Lebreto, ad duellum provocare concepisse diceris ipsumque super hoc procurasse ad judicium evocari. Numquid non admiratione dignum quod virum sic expertum, sic providum, ad hoc aliene injurie traxerint, ad quod proprie trahere minime, nisi inevitabilis i[m]mineret necessitas, debuissent? Profecto, fili, ad horrendum certamen hujusmodi in quo Deus temptari noscitur, et in quo expertus ab inexperto, fortis a debili et justus ab impio sepius superantur, non fuit leviter recurendum, et quia cepta minus provide non sunt a prudentibus pertinaciter prosequenda sed potius provide deserenda, nobilitatem tuam toto cordis affectu requirimus et

rogamus quatinus, ne conceptus iste ad partum usque prosiliat, sed potius suo prefocetur in ortu, honestate tua, quantum fieri poterit, preservata, nostris et aliorum amicorum tuorum salutaribus monitis acquiescas. Ad hec guerrarum incom[m]oda et pacis commoda in meditationis debite scrutinio sepius recensentes, guerris exhortis (*sic*) inter te et nonnullos magnates illarum partium, ex parte una, et nobilem antedictum et sequaces suos, ex altera, hoste humani generis procurante, desideranter appetimus finem dari pacisque federa inter vos solide reformari attentius concupimus, sperantes in Domino quod mala sopiet pacis lenitas que guerrarum calamitas introduxit quodque multa com[m]oda ex pacis ipsius reformatione succrescere poterunt, precisis dispendiis que dissensionis iniquitas germinavit, nobilitatem tuam exhortandam duximus et rogandam ut ad hoc tuum coaptes animum et inclines, adhibiturus, ut promptius perfici valeant, consilium et auxilium oportunum. Dat. ut supra. »

1. M. Guérard suppose avec vraisemblance que le sire de l'Isle allait se battre en duel pour son propre frère Jourdain, puisque c'était surtout ce dernier qui était en querelle avec Amanieu d'Albret au sujet de Montgaillard (Voyez ci-dessus n° 1498, et L. Guérard, *op. cit.*, p. 37, note 1 et p. 42, note 1.)

1505 Avignon, 29 août 1322.

Jordanum de Insula, prædicti domini germanum, hortatur ut pacem cum eodem Amanavo faciat fidemque nuntiis apostolicis adhibeat. (Reg. 111, fol. 25, c. 129; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 43, n° 202, extrait.).

« *Jordano de Insula.* Miramur, fili, quomodo — Dat. ut supra. »

1506 Avignon, 29 août 1322.

Fulconem Lestrange, senescallum Vasconiæ, rogat ut pacem inter nobiles ejusdem provinciæ reformare studeat fidemque nuntiis apostolicis adhibeat. (Reg. 111, fol. 25 v°, c. 130; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 43, n° 203.)

« *Nobili viro Fulconi Lestrange, senescallo Vasconie.* Sicut, fili, nosse te credimus, bono presidi congruit [ut] impacatam atque quietam decretam sibi provinciam teneat, sedulam diligentiam adhibere. Sane, sicut publica fama notoriat, quod et nos utique referimus displicenter, a tibi decreta provincia videntur pax et justitia exulare, cum in ea potentes et nobiles, quasi superiore carentes, vicissim unus de alio ausu presumant temerario sumere ultionem, nec juribus sed viribus, nec viis pacificis sed congressibus bellicis, exortas inter se decresisse videantur dirimere questiones — Hec utique et alia non facile numeranda discrimina que ex magnatum dissensionibus sunt solita provenire, in meditationis debite scrutinio recensentes, tantis malis finem dari desideranter appetimus ac inter ipsos magnates et nobiles reformari pacis federa solide concupimus — Quare tuam nobilitatem requirendam attente duximus et rogandam quatinus, premissa cogitans et recogitans diligenter, ut si que sunt inter ipsos magnates et nobiles vel ipsorum aliquos questiones, ipse per[1] semitas justitie vel vias pacificas terminentur, ac inter ipsos pacis reformentur federa, tui partes officii efficaciter inter ponas — Ceterum dilecto filio Guillelmo Dulcini priori provinciali ordinis fratum Predicatorum provincie Tholosane et Guillelmo de Proalto, ejusdem ordinis, et eorum cuilibet quos ad partes illas propter hoc destinamus, velit tua nobilitas super hiis que tibi ex parte nostra duxerint referenda fidem indubiam adhibere. Dat. ut supra. »

1. Reg. *ipsas vel.*

1507 Avignon, 30 août 1322.

Carolo, regi Franciæ, dispensationem pro matrimonio cum Maria, Johannis regis Bohemiæ sorore, contrahendo concedit. (Reg. 111, fol. 21, c. 109; fol, 33 v°, c. 149; — Reg. 73, com. fol. 401 v°, c. 1174.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Preclara domus Francie merita que sacrosancte Romane Ecclesie in suis necessitatibus, spreto expensarum profluvio et periculis non vitatis, in forti manu ac extenso brachio consuevit assistere, promerentur ut ipsam in suis oportunitatibus propitiam quadam singulari prerogativa gratie reperiat et benignam, sic ut interdum rigorem canonum

in dicte domus favorem, prout ejusdem domus necessitas exiget aut exposcet utilitas evidens, temperando, ipsum mitiget vel relaxet. Sane pro parte tua nobis exhibita petitio continebat quod tu, fili carissime, et dilecta in Christo filia nobilis mulier Maria, soror carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Boemie illustris, desideratis invicem matrimonialiter copulari; sed quia quarto consanguinitatis gradu ex utroque latere, respectu ejusdem stipitis, et eodem affinitatis gradu, pro eo quod tu dudum cum dilecta in Christo filia muliere Blancha de Burgundia, que prefate Marie quarto consanguinitatis gradu similiter jungitur, de facto matrimonium contraxisti, inter te et ipsam Blancham carnali postmodum copula subsecuta, invicem attinetis, matrimonium hujusmodi contrahere absque dispensatione Sedis Apostolice non valetis, nobis humiliter supplicasti ut tecum ac cum eadem Maria quod, impedimentis hujusmodi aut quibusvis aliis, si qua forsan existunt, non obstantibus, copulari matrimonialiter valeatis dispensare de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque quos zelus domus predicte Francie, cui Dominus benedixit, pre multis aliis qui Sedis hujus prefuerunt regimini, afficit singulariter, et ad ea que sibi expedienda et acommoda noscuntur astringit, votis regiis annuentes, ut, predictis impedimentis consanguinitatis et affinitatis seu quibusvis aliis, sive ratione consanguinitatis respectu ejusdem seu diversorum stipitum, sive ab ipso stipite equaliter vel inequaliter distaretis, sive ratione affinitatum aliarum seu publice honestatis, justitia aut spiritualis proximitatis seu proximitatum procederent, super quibus Sedes consuevit Apostolica precipue cum personis sublimibus dispensare, possitis, tu et Maria predicta, in Dei nomine matrimonialiter copulari, ex certa scientia et de potestatis apostolice plenitudine de speciali gratia dispensamus, prolem ex te et ipsa suscipiendam legitimam nuntiantes. Dat. Avinione, III kal. septembris, anno sexto[1]. »

1. La date ne se trouve que dans le reg. 73.

1308 Avignon, 30 août 1322.

Universis personis ecclesiasticis ut Guillelmo Dulcini et Guillelmo de Proalto, ordinis fratrum Prædicatorum, nuntiis apostolicis ad certas partes destinatis[1] de evectionibus provideant. (Reg. 111, fol. 26, c. 131; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 44, n° 204, non publié.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus sancti Benedicti, Cluniacensis, Cistertiensis et aliorum ordinum, ac decanis, prepositis, archidiaconis, plebanis, archipresbyteris, capitulis et conventibus et aliis ecclesiarum prelatis seu rectoribus, exemptis et non exemptis, necnon Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani et beate Marie Theotonicorum magistris et preceptoribus ipsorumque loca tenentibus ad quos littere iste pervenerint.* Cum nos dilectum — Dat. Avinione, III kal. septembris, anno sexto. »

1. La lettre ne renferme aucune indication de lieu, on y lit seulement *ad certas partes pro quibusdam negotiis*, mais les lettres précédentes qui font mention des mêmes envoyés montrent bien quels étaient le but et l'objet de leur mission n°s 1498-1506).

1309 Avignon, 1 septembre 1322.

Vicariis ecclesiæ Auxitanæ, ut gravamina per se ac per officiales, bajulos aliosque administratores ejusdem ecclesiæ universitati villæ de Socio hominibusque locorum archidiaconatus Sociensis, Auxitanæ diocesis, illata cessare faciant. (Reg. 111, fol. 26, c. 132; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 45, n° 205.)

« *Dilectis filiis.., vicariis in spiritualibus et temporalibus ecclesie Auxitane.* Ex parte universitatis — Datum Avinione, kalendis septembris, anno sexto. »

1310 [Avignon, 3 septembre 1322.]

Carolo, regi Franciae, de dispensatione pro matrimonio et de nonnullis aliis expeditionem pecuniæ vicecomitis Leomaniæ, amotionem impedimenti super bona quondam Carcassonensis episcopi appositi, provisionem ecclesiæ Auxitanæ ac passagium ultramarinum tangentibus. (Reg. 111, fol. 21, c. 110; — Arch. nat., J. 706, n° 222, orig. scellé sur chanvre; — Raynaldi, *Annales eccles.* 1322, § xxix, extrait.)

Eidem regi [*Carolo*]. Dispensationem super matrimonio contrahendo inter te, fili carissime, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Mariam, carissimi in

Christo filii nostri Johannis, regis Boemie [illustris [1], germanam, per litteras et nuntios regios postulatam, gradus quidem consanguinitatis et affinitatis ipsum impedientes matrimonium, reddebant facilem, cum et quantumcumque proximiores [gradus] existerent, dummodo fuisse[t] alias super illis per Sedem Apostolicam cum quovis alio dispensatum, quoad nos quantum ad tuam magnificentiam attinet, dispensatio ipsa facilis et prompte expedibilis censeretur. Sane nonnulla per genitorem quondam dicte Marie contra carissimum in Christo filium nostrum Robertum, Sicilie regem illustrem, ac in ejus personam et alias etiam contra sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus rex ipse fidelis existit, necnon et in ejusdem regis persona contra domum inclitam Francie, cujus est rex ipse membrum nobile, temere a[t]temptata, super quorum attemptatorum revocatione apostolice existunt constitutiones edite, que in scolis leguntur publice et in judiciis allegantur, dispensationem ipsam gravem ac difficilem efficaciter arguebant. Verum considerantes attente quantum tibi ac regnis tuis, immo toti catholice religioni, sit expediens divine ac humane domus sociam te habere, de qua possit ad Dei servitium et tutelam rei publice proles legitima, si Dominus annuerit, procreari, nec non et sedule attendentes conditiones laudabiles quibus, quoad mores et dispositionem corporis pollere predicta nobilis dicitur, quibus, et nos quoad mores fidem faciliter volumus adhibere, pro eo precipue quod magistram morum, honestatis et pietatis habuerit[2] paternam suam videlicet aviam que sancte vite, dum vixit, extitit, et conversationis honeste, in cujus scola nutrita fuit dicta nobilis ac ejus doctrina verbali et exemplari plenius informata, que sicut credimus, quanto plus in ratione solidabitur, tanto plus moribus ejus se conabitur et actibus conformare, quamque, propter ejus sanctitatem, sincere, dum vixit, dileximus ejusque supplicationes prompte sepius curavimus exaudire, ac insuper indubia spe tenentes quod devotio quam erga sanctam Romanam Ecclesium sinceraque affectio quam erga domum Sicilia gerit domus inclita Francie sint adeo solide radicate et supra fundamentum stabile sint fundate, quod neque ventorum flatus, neque aquarum plurimarum impetus ipsam a premissis evellere poterunt, sed in ipsis cum incremento continuo, dante Domino, inviolabiliter permanebit, votis regiis in hac parte duximus annuendum, de potestatis plenitudine apostolice dispensantes ut, gradibus non obstantibus antedictis, seu impedimentis quibuslibet aliis super quibus dispensare Sedes Apostolica consuevit, possis, in Dei nomine, eidem nobili matrimonialiter copulari, prout in litteris apostolicis super hoc confectis[3] videre celsitudo regia poterit plenius contineri, illi a quo bona cuncta procedunt preces humiles o[f]ferentes ut, sicut vitis habundans, fiat dicta nobilis in lateribus domus tue ac ex ea tibi dentur habunde, sicut novelle olivarum filii quos et eorum filios stantes videas in circuitu mense tue, quod, ut assequi merearis, fili carissime, time Deum, quod si [perfecte] feceris, nichil profecto negliges quod ad tuam salutem pertineat adimplere, talibus nempe predicta consuevit benedictio desuper, juxta psalmiste vaticinium, impertiri. Porro, fili carissime, alia que in dictis continebantur litteris regiis intelleximus diligenter et, que sunt memorie commendanda, taliter disposuimus, quod poterit memoria visione assidua sepius renovari. De hiis autem que regie celsitudini duximus nostris oblatis precibus commendanda [et] de quorum responsione dilata se licet ex habundanti duxit benignitas [regia] excusandam, adhuc instantiam instantie superadimus et preces precibus cumulamus, cum illa Deo credamus accepta existere et convenire honori regia, ut illa velit celeriter expedire. De expeditione autem illius pecunie vicecomitis Leumanie Sedi Apostolice facienda et impedimenti amotione appositi super bonis bone memorie Carcassonensis episcopi, regie benivolentie gratiarum referimus uberes actiones. Ad ea autem que ordinanda celsitudo regia de Auxitana ecclesia per iteratas litteras postulavit, respondemus quod, licet persona pro qua instat sit sufficiens et plurimum nobis grata, tamen, sicut alias per nuntios regios huc transmissos respondimus, annuere votis regiis presentialiter non valemus, tum quia concors postulatio de venerabili fratre nostro Rogerio, episcopo Vaurensi, celebrata dicitur ad ecclesiam memoratam, tum quia [circa] illam ecclesiam intendimus alia que ad honorem divinum, partium illarum et regni Francie comodum pertinere credimus, ordinare, et ideo habeat nos benivolentia regia super hoc excusa-

tos. Quod enim persona predicta existat apud nos commendata, probare exhibitio operis, dante Domino, oportuno tempore non tardabit. Ad hoc, fili carissime, super facto subsidii transmarini tempore inclite recordationis Philippi, regis Francie, germani tui, cum fratribus nostris, presentibus solempnibus nuntiis dicti regis, deliberavimus, cujus deliberationis tenorem regie celsitudini jam alias duximus destinandum, nec cessamus super hoc que oportuna dicto negotio credimus ordinare, de quibus omnibus et singulis excellentiam regiam, citra diem nostris nuntiis per regiam providentiam assignatam curabimus, dante Domino, reddere certiorem; habemus autem, nos et fratres nostri, de subsidio aliquo providere[4]. »

1. Les mots mis entre crochets sont ceux qui figurent dans l'acte original conservé aux Archives nationales.
2. Orig. *habuit*.
3. Voyez la lettre précédente, n° 1507.
4. Ce dernier passage, après le mot *certiorem*, est remplacé, dans l'acte original, par le suivant qui est plus précis et donne aussi la date « *Armenis autem nos et fratres nostri de subsidio aliquo presentialiter providemus. Dat. Avinione, III nonas septembris, pontificatus nostri anno sexto* ». Au sujet de la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1511 Avignon, 3 septembre 1322.

Carolo, comiti Valesii, eamdem dispensationem concessam esse nuntiat eique de prædicti impedimenti revocatione gratias agit. (Reg. 111, fol. 22, c. 111.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Ad tuam, fili, magnificentiam deducimus per presentes quod, insinuatione litterarum regiarum ejusque nuntiorum relatione percepto quod tecum, fili, et cum aliis de domo regia ac magno consilio regio deliberatione prehabita diligenti, fuerat ordinatum quod carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie ac Navarre illustris, dilectam in Christo filiam Mariam, sororem carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Boemie illustris, duceret in uxorem, sed quia hoc compleri absque Sedis Apostolice dispensatione non poterat, quarto gradu consanguinitatis et affinitatis obsistentibus, quibus prefati rex et Maria invicem sunt conjuncti, nobis excellentia regia supplicabat ut quod, non obstantibus impedimentis hujusmodi et aliis, si qua forsan existerent, posset matrimonium perfici, providere per dispensationis beneficium dignaremur. Nos autem, licet nonnulla per..., genitorem Marie predicte contra carissimum in Christo filium nostrum Robertum, regem Sicilie illustrem, et in ejus personam et etiam contra sacrosanctam Romanam Ecclesiam, cujus idem rex vassallus existit, nec non et in ejusdem regis personam contra domum Francie inclitam, cujus idem rex membrum nobile esse dinoscitur, temere attemptata, dispensationi hujusmodi non leviter obsistere viderentur, multis tamen aliis que dispensationem ipsam suadebant fieri, que potiora dissuadentibus etiam videbantur, in considerationem deductis, de quorumdam fratrum nostrorum consilio, quos ad hoc duximus evocandos, votis regiis duximus annuendum, super prefatis impedimentis et aliis, si qua forsan existerent, super quibus jam[1] dispensare Sedes Apostolica consuevit, de potestatis plenitudine dispensantes, prout in litteris apostolicis super hoc confectis plenius continetur. Ad hoc, fili, de litteris concessis nostris nuntiis super revocatione impedimenti appositi in bonis bene memorie P., Carcassonensis episcopi, tue magnificentie gratiarum exolvimus uberes actiones. Dat. Avinione, III nonas septembris, anno sexto. »

1. Reg. *tum*.

1512 Avignon, 3 septembre 1322.

Stephano de Mornayo prædictam dispensationem notificat eumque de diligentia commendat. (Reg. 111, fol. 22, c. 112.)

« *Stephano de Mornayo, decano ecclesie sancti Martini Turonensis, capellano nostro.* Licet multa dispensationi viderentur obsistere postulate, alia que ipsam suadebant fieri visa sunt prevalere; propter quod, illis non obstantibus, dicta fuit admissa postulatio prout in litteris apostolicis super hoc confectis plenius videre poteris contineri[1]. Illud autem directivum voluntatis regie, tam de regiis quam de tuis retinuimus litteris, ut plenior et securior haberi possit, quotiens opus fuerit, certitudo. Diligentiam autem quam adhibere circa certa negotia commissa dilecto filio Dominico, lectori Romane curie, ac Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro, ut exitum habeant felicem et celerem, cura-

visti, prout eorum nobis insinuavit relatio, plurimum in Domino commendantes, tuam exhortamur prudentiam ut, quod cepisti laudabiliter, prosequi sedule non ommittas. Datum ut supra. »

1. Il s'agit, on le voit, et l'index le spécifie, de la dispense précédente (n° 1507).

1513 Avignon, 3 septembre 1322.

Fratri Dominico et magistro J[ohanni] de Arpadella de diligentia commendat eisque quid agendum sit notificat. (Reg. 111, fol. 22, c. 113.)

« *Fratri Dominico, magistro curie, et magistro J. de Arpadella, capellano nostro.* Diligentiam sedulam adhibitam circa illa que vestre solicitudini committenda duximus, in Domino commendantes, volumus et mandamus quatinus, circa illa que agenda remanent, vestra diligentia non tepescat, assignantes vos vel alter vestrum litteras quas vobis presentialiter mittimus, hiis quibus ipsas dirigi ipsarum subscriptio declarabit. Volumus autem quod tu, fili Dominice, usque ad diem prefixam ad respondendum super transmarino passagio debeas remanere dictumque responsum expectare, nisi tibi aliud interim duxerimus injungendum. Expedit quod executores bone memorie P., Carcassonensis episcopi, profecti in Francia, Carcassonam redire debeant indilate, et ideo, ut hoc faciant procurate. Datum ut supra. »

1514 Avignon, 3 septembre 1322.

Magistro Petro Roderii, cujus diligentian commendat, respondet se votis regis Franciæ super ordinatione Auxitanæ ecclesiæ annuere non potuisse. (Reg. 111, fol. 22, c. 114.)

« *Magistro Petro Roderii, prefati Francie regis cancellario.* Votis regiis super ordinatione Auxitane ecclesie honeste annuere non valemus, tum quia concors postulatio de certa persona in eadem extitit celebrata, tum quia circa illa, nonnulla Deo grata et rei publice expedientia disposuimus ordinare. Personam autem de qua nobis scripsit[1], recomendatam habebimus ut, dante Domino, exhibitio operis oportuno tempore comprobabit. Diligentiam quam circa expeditionem eorum pro quibus regie celsitudini scripsimus adhibere curasti, plurimum in Domino commendantes, ipsam fatemur apostolici favoris uberiorem gratiam merito meruisse. Datum ut supra. »

1. *Sic*, sous-entendez *rex*.

1515 [Avignon, 16 juin — 4 septembre 1322.]

Episcopo Carcassonensi de statu Caroli, regis Franciæ, necnon de benivolentia ab eodem rege et de gratitudine ab ipso, episcopo, Apostolicæ Sedi exhibendis. (Reg. 111, fol, 18, c. 92.)

« .., *Episcopo Carcassonensi.* Illam de carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, benivolentia fiduciam gerimus quod sacrosancte Ecclesie, matri sue, que ipsum sincero affectu prosequitur, non erit injurius, quin immo propitius et benignus ; te autem illa pollere gratitudine supponimus quod non leviter faceres que divinam majestatem possent offendere et Sedi Apostolice ac nobis non immerito displicere. Fraternitatis tue litteras recepimus, legimus et contenta in eis intelleximus diligenter, que grate fuerunt nostris aspectibus et erunt alie, quotiens illas miseris, in quibus statum regis predicti ac totius domus regie, quem obtamus successibus abundare prosperis, nobis petimus nuntiari. Gratia Dei sit tecum[1]. »

1. Ce document n'a pas de date, mais il figure dans la partie du registre consacrée aux lettres de la sixième année et nous croyons pouvoir l'y rattacher, il sera donc au plus tard du 4 septembre 1322. D'autre part, nous voyons qu'il y est fait mention de Charles IV, roi de France; or dans notre recueil, c'est à la date du 8 février (n° 1366) qu'il figure pour la première fois ; le 19 janvier, le pape, dans une lettre aux rois de Majorque et d'Aragon (n°s 1358-1359) parle bien du nouveau roi de France, mais sans donner de nom. La présente lettre sera donc postérieure à cette date du 8 février 1322; mais, à ce moment, le siège de Carcassonne, précédemment réservé (n° 1357), était vacant par la mort du titulaire, Pierre de Rochefort (lettre du 5 février, n° 1363). La date du 31 mars donnée par C. Eubel dans la *Hierarchia catholica* (p. 172), par Gams dans la *Series episcoporum* (p. 529),

et par les auteurs de la *Gallia* (t. VI, col. 895), est, on le voit, fausse. C'est le 22 juin que nous trouvons le nom de son successeur, Guillaume de Flavacourt (n° 1429) nommé le 16, suivant C. Eubel (*op. et loc. cit.*), et la lettre de Jean XXII sera au plus tôt de cette date, que nous mettons ici sous toutes réserves, étant donné les erreurs que plusieurs fois nous avons relevées dans la *Hierarchia*. Faut-il voir un rapport entre le document que nous publions ici et ceux qui le précèdent dans le registre (c. 90, 17 juillet, et cc. 87-89, 19 juillet 1322, n°s 1471, 1473-1475), relatives à la succession de l'évêque de Carcassonne ? Nous ne pouvons l'affirmer.

1516 [Avignon, 5 septembre 1321 — 4 sep. 1322.]

Thesaurario et capellanis Capellæ regalis palatii Parisiensis de quatuor missis quas, secundum magistri Guillelmi de Lineis, canonici, oblationem, singulis annis in jejuniis quatuor temporum pro Papa celebrare faciunt, gratias agit. (Reg. **111**, fol. 18 v°, c. 99.)

« *Dilecto filio, thesaurario et capellano* (sic)[1] *Capelle regalis palatii Parisiensis.* Copiose devotionis grata sinceritas qua personam nostram satagitis, sicut benedictionis filii, revereri, per fructum deducentes laudabilium operum in effectum, oblationem dudum per dilectum filium magistrum Guillelmum de Lineis, canonicum vestrum, de quatuor missis ad laudem et reverentiam sancti Spiritus, et, ut divina clementia in nostrum auxilium dexteram sue pietatis extendat quoad vixerimus, singulis annis in jejuniis quatuor temporum cum debita reverentia celebrandis, ratificantes et etiam approbantes, distributiones solennes universis et singulis ex vobis qui eisdem mis[s]is, intererint, sicut pro regibus Francie qui de hac vita migrarunt Capelle fundatoribus supradicte, affluenter fieri consuevit, solvere statuistis, vos ad easdem quatuor missas, postquam nos contigerit de vita presenti ad celestem patriam jussu divine misericordie revocari, in totidem speciales missas pro defunctis in perpetuum pro anime nostre salute, statutis temporibus celebrandas proinde committendi[2], necnon et ad hec omnia in vestro marti[ro]logio annotandi solenniter, ut a vobis et posteris vestris illa tenaci memoria conserventur specialiter obligandi[3], prout in patentibus litteris vestris, quas nostro apostolatui destinastis vidimus contineri; super quibus devotionem vestram cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino commendamus, intendentes vobis et eidem Capelle propitiis adesse favoribus, ac vos et illam apostolice benivolentie presidiis, quantum cum Deo poterimus, confovere[4]. »

1. Il faudrait : *Dilectis filiis thesaurario et capellanis.*
2. *Sic*, il faudrait *convertendi.*
3. *Sic*, il y a évidemment une lacune ou une erreur qui rend toute la phrase obscure.
4. Nous attribuons ce document, comme le précédent, à la sixième année du pontificat, puisqu'il est placé dans la partie du registre consacrée à cette année.

ANNUS SEPTIMUS

1517 Avignon, 6 septembre 1322.

Regem Franciæ Johannes papes XXII ad pacem cum duce Burgundiæ hortatur. (Reg. 111, fol. 189, c. 786.)

« *Regi Francie illustri.* Cognoscentes, magistra rerum nos experientia edocente, nonnunquam rancores ex[1] suboriri, nutriri odia et scandala varia suscitari, desiderio desideramus intenso questiones exortas inter te, fili carissime, ex una parte, et dilectum filium nobilem virum ducem Burgundie, ex altera, quem unit excellentie regie idemptitas sanguinis, junxit fidelitatis debitum ejusque domum domui vetuste fedus amicitie copulavit, pretermissis litigiorum anfractibus, viis pacificis terminari, et ut desiderata facilius assequamur, preces nostras affectuose benivolentie porrigimus regie, exhortantes eandem ut sua velit nostris in hac parte desideriis cohaptare, indubie supponentes hec Deo grata existere, convenire honori regio, et ad mutuam pacem servandam et roborandam amicitiam pertinere. Datum Avinione, viii idus septembris, anno vii°. »

1. *Sic*, il semble manquer un mot tel que *discordia*.

1518 Avignon, 6 septembre 1322.

Comiti Valesii, ut ad dictam pacem conservandam studium adhibeat. (Reg. 111, fol. 189, c. 787.)

« *Comiti Valesii.* Inter carissimum in — Datum ut supra. »

1519 Avignon, 6 septembre 1322.

Galcherio de Castellione super eodem. (Reg. 111, fol. 189, c. 788.)

« *Dilecto filio nobili viro Gaucherio de Castillione, comiti Portuensi, constabulario Francie.* Questiones inter carissimum — Datum Avinione, viii idus septembris, anno vii°. »

1520 Avignon, 7 septembre 1322.

Johanni, duci Britanniæ, ut Bernardum de Pogeto, ecclesiæ Corisopitensi Apostolicae Sedi reservatæ in episcopum præfectum, excusatum habeat, si idem Bernardus ad præsentiam ejus non accedat, cum in partibus Lombardiæ una cum Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali, legato apostolico, variis negotiis curandis occupetur, et ut præfatam ecclesiam vicariosque ac administratores ejus commendatos habeat. (Reg. 111, fol. 189, c.791.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britannie.* Illam, fili, de — Dat. Avinione, vii idus septembris, anno septimo. »

1521 Avignon, 8 septembre 1322.

Guillelmum Rufi custodem monetæ aureæ in castro Pontis Sorgiæ fabricandæ et instrumentorum cum quibus cuditur constituit. (Reg. 111. fol. 400, c. 1677; — Reg. 74, cur. fol. 1, c. 4.)

« *Dilectio filio Guillelmo Ruffi, canonico ecclesie de Garendia, Nannetensis diocesis.* Cum, multa deliberatione — Datum Avinione, vi idus septembris, anno septimo. »

1522 Avignon, 10 septembre 1322.

Marco Rolandi de Senis, de fabricatione instrumentorum et cuneorum pro eadem moneta. (Reg. 111, fol. 399 v°, c. 1676; — Reg. 74, cur. fol. 1, c. 3.)

« *Dilecto filio Marcho*[1] *Rolandi de Senis.* Nuper, multa deliberatione prehabita, monetam novam auream sub certis modo et forma ac lege et pondere, pro utilitate rei publice, ordinavimus in castro nostro papali

Pontis Sorgie fabricandam; sed quia certa instrumenta necessaria esse noscuntur, cum quibus moneta hujusmodi habet cudi, quorum fabricandi peritiam percepimus te habere, ut hujusmodi instrumenta de forma, litteris et sculptura super hoc ordinatis, et in quodam instrumento publico super custodia dicte monete et instrumentorum predictorum confecto plenius designatis, ad mandatum dilectorum filiorum Guillelmi Rufi[2], canonici ecclesie de Garandia, Nannetensis diocesis, custodis, et Cionelli del Pucio ac Pochini[3] del Drago, magistrorum prelibate monete, fabricare valeas dictaque instrumenta, dum ea fabricaveris, excepta tamen certarum litterarum sculptura quas in venerabilis fratris Gasberti, episcopi Massiliensis, camerarii, et Ademarii Amelii, succentoris Albiensis, capellani et thesaurarii nostrorum, vel alterius eorumdem presentia, et non aliter, sculpere[4] debeas, dictis custodi et magistris in eadem tradere possis presentia, postquam, ut premittitur, completa fuerit et perfecta, plenam tibi concedimus tenore presentium facultatem. Datum Avinione, IIII idus septembris, anno septimo. »

1. Reg. 74 : *Marco.*
2. Ib. *Ruffi.*
3. Ib. *Pachini.*
4. Reg. 111 : *sculpture*, la forme régulière est donnée par le reg. 74.

1523 Avignon, 12 septembre 1322.

Electo Vaurensi de zelo gratias agit eumque hortatur ut regem Franciæ ad quædam inducat nuntiosque apostolicos dirigat. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 792.)

« .., *Electo Vaurensi.* Ex tuarum litterarum serie letanter percepimus ad carissimi in Christo filii nostri Francie, regis illustris, presentiam te, resumptis viribus, incolumem pervenisse, ac ea que tue commiseramus prudentie, nichil obmisso de contingentibus, sed adjecta sedule complevisse, super quo in Domino tuam diligentiam commendantes, discretionem tuam exhortamur attente ut, quotiens oportunum videris, oportune regem ipsum, ut juxta divinum beneplacitum regimen sibi commissum exequi studeat, inducere non obmittas, nostrosque nuntios dirigere in hiis que habebunt agere, juxta solitum non postponens. Datum Avinione, II idus septembris, anno VII°. »

1521 Avignon, 20 septembre 1322.

Johanni, comiti Foresii, de venatione transmissa gratias agit. (Reg. 111, fol 189 v°, c. 793.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, comiti Foresii.* Munus venationis quod — Datum Avinione, XII kal. obtobris, anno septimo. »

1525 Avignon, 20 septembre 1322.

Hugoni Geraldi de amotione manus regiæ a bonis quondam episcopi Carcassonensis gratias agit. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 794.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni Geraldi, senescallo Carcassonensi.* Quam displicenter impedimenta — Dat Avinione, XII kal. octobris, anno VII°. »

1526 Avignon, 20 septembre 1322.

Hugoni de Engolisma de diligentia sua gratias agit, eumque hortatur ut eumdem zelum in agendis adhibeat. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 795.)

« *Dilecto filio Hugoni d'Engolisma* (sic), *archidiacono Biliomi in ecclesia Claromontensi.* Diligentiam quam [h]actenus — Dat. Avinione, XII kal. octobris, anno VII°. »

1527 Avignon, 25 septembre 1322.

Guillelmo de Proalto, quid in negotiis sibi in Vasconia commissis agere debeat. (Reg. 111. fol. 205 v°, c. 896; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 48, n° 208.)

« *Guillelmo de Proalto, ordinis Predicatorum.* Ordinate nobis innotuit tuarum series litterarum diligentiam quam circa tibi commissa negotia studuisti sedule adhibere, licet effectus obtatus sequtus (*sic*) non fuerit, superbia partis seu partium obsistente, in Domino comendantes, moram tuam, quamdiu dilecto filio nobili viro senescallo Vasconie superest[1] quod ad pacis

bonum, quo nil in rebus mortalibus potest concupisci delectabilius, inter partes procurandum tua sit oportuna presentia, nobis noveris esse gratam, vias et modos perquirens solicite ac, juxta prefati senescalli consilium, exequens diligenter, per quos guerrarum calamitatibus in illis partibus finis detur, rescripturus nobis, quotiens occurerint, [que] videris rescribenda. Dat. Avinione, VII. kal. octobris, anno septimo. »

1. *Sic*, il y a une erreur ou une lacune, le sens exigerait *videbitur* ou un terme analogue.

1528 Avignon, 25 septembre 1322.

Fulconis Lestrange, senescalli Vasconiæ, zelum ad sedandas discordias inter illarum partium nobiles suscitatas adhibitum, sicut ex suis et Guillelmi Dulcini, prioris provincialis provinciæ Tholosanæ Guillelmique de Proalto, ordinis Prædicatorum, nuntiorum apostolicorum, ipse audiverat, commendat. (Reg. 111, fol. 205 v°, c. 897 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 28, n° 209.)

« *Dilecto filio nobili viro Fulconi Lestrange, senescallo Vasconie.* Letanter tam ex — Datum ut supra. »

1529 Avignon, 1er octobre 1322.

Bernardo de Trilia tabellionatus officium concedit, formamque juramenti ab eo in Gasberti, episcopi Massiliensis, camerarii apostolici, manibus præstandi præsentibus inserit. (Reg. 111, fol. 339, c. 1672.)

« *Dilecto filio Bernardo de Trilia, clerico Caturcensis diocesis.* Ne contractuum memoria — Datum Avinione, kalendis octobris, anno septimo. »

1530 [Avignon, 9 octobre 1322.]

Carolo, regi Franciæ, ut Hugonem, dominum Castri novi, Caturcensis diocesis, in negotiis suis expediendis commendatum habeat. (Reg. 111, fol. 189, c. 789.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, Francie et regi illustri.* Dilectum filium nobilem — negotiis expedire [1]. »

1. La date est donnée plus bas, n° 1533.

1531 Avignon, 9 octobre 1322.

Petro Roderii eumdem Hugonem commendat. (Reg. 111, fol. 189, c. 790.)

« *Dilecto filio magistro Petro Roderii, canonico Remensi, carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, cancellario.* Cum dilectus filius — sedule interponas [1]. »

1. Pour la date, voyez ci-dessous, n° 1533.

1532 [Avignon, 9 octobre 1322.]

In e. m. electo Vivariensi. (Reg. 111, fol. 189, p. c. 790.)

1533 Avignon, 9 octobre 1322.

Item magistro Stephano de Mornayo, decano ecclesiæ beati Martini Turonensis, capellano apostolico : *Datum Avinione*, VII *idus octobris*, *anno septimo*. (Reg. 111, fol. 189, p. c. 790.)

1534 Avignon, 10 octobre 1322.

Bertrando, vicecomiti Leomaniæ et Altivillaris, de centum et quinquaginta millibus florenorum, quos Cameræ apostolicæ debitos persolvit, quittationem dat, tenores instrumentorum publicorum idem debitum tangentium præsentibus inserens. (Reg. 74, cur. fol. 82-84, c. 180 ; — Reg. Avin., t. XVIII, fol. 143-146 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 49, n° 210.)

« *Dilecto filio nobili viro Bertrando, vicecomiti Leomanie et Altivillaris.* Dudum ad audientiam nostram deducto quod felicis recordationis Clemens papa V, predecessor noster, tibi assignaverat realiter in pecunia numerata trecenta milia florenorum auri per te et certas personas alias in Terre Sancte subsidium expendenda, nos, ne tam magna subsidia dicte Terre negotio in divinam offensam et ejusdem Terræ dispendium, propter probationum defectum vel ex causis aliis deperirent, te propter hoc et ex aliis certis causis, ad presentiam nostram, auctoritate processuum nostrorum super hiis habitorum, de fratrum nostrorum consilio, ad certum terminum duximus evocandum, tuque coram nobis personaliter

constitutus, confessus fuisti et recognovisti expresse tibi donata fuisse a dicto predecessore, dum viveret, dicta trecenta milia florenorum, eaque ab eo te integre recepisse et habuisse expendenda per te vel descedente a te, si essent, aut, si non essent, per certos alios, secundum quod in ordinatione ejusdem predecessoris contineri dicebas, quando videlicet generale passagium fieret transmarinum, exhibens ad probationem ordinationis predicte quasdam scripturas sigillis tuo et aliorum plurium communitas, ac respondens, interrogatus a nobis, nichil aliud velle proponere vel producere super hiis, nisi quod paratus eras, juxta formam dicte ordinationis, eandem pecuniam expandere in primo passagio generali, teque super hiis voluntati et ordinationi nostre, tanquam obedientie filius, humiliter submisisti, promittens te inviolabiliter servaturum quicquid per nos super hiis existeret ordinatum ; nosque dicta submissione recepta, non virtute dictarum scripturarum, quas pronunciavimus et declaravimus, de fratrum consilio predictorum, fidem non facere de ordinatione predicta, sed de gratia speciali, tum ob favorem negotii Terre Sancte, tum ex eo quod contemplatione dicte pecunie, tu et multi alii nobiles receperatis vivifice crucis signum, te presente, auctoritate apostolica et ex vigore submissionis predicte, taliter de fratrum predictorum consilio duximus ordinandum, videlicet [1] :

Quod de dicta summa trecentorum milium florenorum, centum et quinquaginta milia florenorum tenereris usque ad certum terminum integraliter nostre Camere assignare, in hiis que predicto negotio oportuna et expedientia forent, prout videremus expediens, convertenda. . Reliquam vero medietatem penes te volumus remanere, per te vel tuum universalem heredem expendendam in subsidium negotii supradicti, sub certo modo qui in litteris nostris inde confectis plenius et seriosius continetur. Tuque nichilominus, pro predictis omnibus et singulis contentis in dictis nostris litteris inviolabiliter observandis, nomine tuo ac heredum et successorum tuorum, omnia bona tua stabilia, videlicet vicecomitatum, baronias, castra, villas, cum eorum territoriis, juribus et jurisdictionibus et pertinentiis universis, nec non omnia alia bona tua mobilia et immobilia, presentia et futura, ac jura ubicumque et in quibuscunque consistentia, nobis et Romane Ecclesie sollemniter et efficaciter obligasti, juramento per te super hiis prestito corporali, teque super hiis juridictioni camerarii nostri et Sedis Apostolice et auditoris causarum ejusdem Camere ex certa scientia, volontarie submisisti, dictique camerarius et auditor in personam tuam excommunicationis, et in omnes terras tuas interdicti ex tunc sententias promulgarunt, si premissa omnia et singula, juxta ordinationem nostram super hiis habitam, tuamque obligationem secutam, minime adimpleres. Et ut tue devotionis integritas apud Deum et Sedem Apostolicam continuis excresceret incrementis, nos te tuosque heredes et quoslibet successores et eorum quemlibet, preterquam sicut tu et heres tuus universalis ex ordinatione nostra in dictis litteris nostris contenta obligati et astricti fuistis, de ipsorum fratrum consilio et assensu, ex certa scientia, de apostolice plenitudine potestatis, perpetuo duximus absolvendos, quitandos et etiam liberandos ab omni obligatione et vinculo juramenti, quibus et sub quacunque verborum forma essetis, occasione suprascripte totaliter summe trecentorum milium florenorum auri, aut sepefati predecessoris ordinationis vigore, vel alias, ad dictum passagium, nisi ut supra premittitur, quomodolibet obligati, nec pretextu dicte ordinationis predecessoris ejusdem seu alterius cujuscumque obligationis, qua Romane Ecclesie teneremini, ratione totalis summe predicte, in posterum contra te aut heredes et successores tuos posset questio quomodolibet suscitari, nisi prout in dictis nostris litteris continetur, teque a quibuscumque excommunicationum sententiis, si quas incurrisses, virtute nostrorum processuum quorumcunque, ratione summe predicte, per dictas litteras nostras duximus absolvendum, et interdictum si cui, premissorum occasione, terre tue essent supposite, relaxandum et totaliter amovendum, quascunque alias penas contra te in processibus nostris quibuscunque contentas, ratione predicta, de ipsorum fratrum consilio tibi remisimus, ex certa scientia, et de apostolice plenitudine potestatis, nolentes per dictos processus, quatenus dictam summam concernerent, tibi vel successoribus tuis spiritualiter vel temporaliter prejudicium generari, tibique recedendi

de Romana curia liberam et benignam licentiam vive vocis oraculo duximus concedendam.

Post que, cum infra predictum terminum, ex pluribus rationabilibus causis, dictam quantitatem centum et quinquagenta milium florenorum auri non posses, juxta promissionem et obligationem hujusmodi per te factas, predicte Camere assignare, tempus solutionis et assignationis predicte per plures terminos successive per nuntios tuos ad hoc specialiter destinatos pro tua parte petitos, usque ad festum beati Remigii proximo preteritum, ac subseqenter, cum infra dictum festum ejusdem pecunie pro parte tua facta plena solutio non fuisset, usque ad proximum futurum festum Omnium Sanctorum duximus prorogandum, omnes penas et sententias per nos prolatas et contentas in predictis litteris inde confectis, vel alias per nos, vel auctoritate nostra seu per prefatos camerarium et auditorem, vel alterum eorumdem occasione hujusmodi promulgatas, usque ad dictum festum Omnium Sanctorum autoritate apostolica, suspendentes ac decernentes te, procuratores et nuntios tuos usque ad dictum festum Omnium Sanctorum predictis penis et sententiis non ligari.

Cum autem tu, tanquam filius obedientie, devotionis et gratie, per dilectos filios Raymundum de Caselis, Caturcensis diocesis, Anissancium de Tuiosa, Aduren sis ecclesiarum canonicos, procuratores et nuntios tuos, ad hoc per te ad presentiam nostram specialiter destinatos, predictam summam pecunie, juxta ordinationem et obligationem predictas, Camere nostre et Sedi ejusdem debitam, videlicet centum et quinquaginta milia florenorum auri, tam in florenis auri legalis ponderis, quam in aliis diversis monetis aureis ac auro conflato equivalentibus, eidem Camere in manibus venerabilis fratris Gasberti, episcopi Massiliensis, camerarii, et dilecti filii Ademarii Amelii, thesaurarii nostrorum recipientium dictam pecuniam, nostro et Camere nostre, ac Sedis ejusdem nomine, de mandato nostro super hoc specialiter eis facto, assignanda duxeris et integraliter persolvenda et realiter numeranda, prout in instrumentis publicis inde confectis quorum tenores de verbo ad verbum presentibus duximus inserendos, decernentes ex certa scientia tenores ipsos, absque exhibitione originalium seu exemplarium fidem plenariam et perpetuam habituros, plenius continetur, nos, ad tuam ac heredum et successorum tuorum cautelam, nomine nostro et successorum nostrorum Romanorum pontificum, presentium tenore fatemur nobis et eidem Camere de predictis centum et quinquaginta milibus florenorum auri, per te et tuo nomine et de mandato tuo, infra dictum ultimum terminum, quem tibi, ut premittitur, duximus prorogandum, fore integraliter et realiter satisfactum — non dimittat.

Tenores autem dictorum instrumentorum tales sunt.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen.

Anno a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo secundo, IX kal. octobris, quinte indictionis, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, divina providentia pape XXII anno septimo, prefatus dominus noster mandavit et commisit oraculo vive vocis reverendo in Christo patri domino Gasberto, Dei gratia episcopo Massiliensi, camerario, et venerabili ac discreto viro domino Ademario Amelii, succentori ecclesie Albiensis, thesaurario suis, licet absentibus — consueto signavi.

In nomine Domini, amen.

Anno Nativitatis ejusdem millesimo trecentissimo vicesimo secundo, die vicesima quinta mensis septembris, indictione quinta, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis divina providentia pape XXII anno septimo, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, personaliter constitutis venerabili in Christo patre domino Gasberto, Dei gratia episcopo Massiliensi, camerario, et discreto viro domino Ademario Amelii, succentore ecclesie Albiensis, thesaurario dicti domini nostri pape, et discretis viris — predictos requisitis.

In nomine Domini, amen.

Anno a Nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo secundo, die vicesima quinta mensis septembris, indictione quinta, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, divina providentia pape XXII, anno septimo, in nostrorum notariorum et testium infrascriptorum presentia — consueto signavi.

Ceterum cum ad tuam securitatem sint hec littere

duplicate, nolumus quod alium quam unicum effectum possint quomodolibet operari, nec extendi ad summam aliam quam ac dictam summam centum quinquaginta milium florenorum per te semel, ut premittitur, persolutam. Nulli etc. — Dat. Avinione, VI idus octobris, anno septimo. »

1. Voyez n° 1277-1279.

1535 Avignon, 12 octobre 1322.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, gratias agit quod ipsum de statu nuptiarum et conditionibus Mariæ, reginæ Franciæ, certiorem facere curaverit. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 796.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Fraternitatis tue recepimus litteras diem festivum regalium nubtiarum (*sic*) conditionesque carissime in Christo filie nostre Marie, regine Francie et Navarre illustris, multas laudabiles et nonnullas continentes, alia[1]... super quo tuam prudentiam commendantes, volumus tuamque fraternitatem attentius exhortamur ut, tam super hiis quibus minus certitudinaliter intimasti, et aliis de quibus expedire videris, nos cures, cum opportunitas[2] [se] offerret, reddere certiores. Dat Avinione, IIII idus octobris, anno VII°. »

1. Il y a ici un blanc dans le registre.
2. Reg. *paternitas.*

1536 Avignon, 12 octobre 1322.

Petro Roderii, cancellario regis Franciæ, super eodem. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 797.)

« *Dilecto filio Petro Roderii, canonico Remensi, carissimi in Christo filii K., regis Francie illustris cancellario.* Innotuere nobis tue — Datum ut supra. »

1537 Avignon, 13 octobre 1322.

Stephano de Mornayo, decano sancti Martini Turonensis, super eodem. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 798.)

« *Dilecto filio Stephano de Mornayo, decano ecclesie sancti Martini Turonensis, capellano nostro.* Grata nostris accessit — Dat. Avinione, III idus octobris, anno VII. »

1538 Avignon, 13 octobre 1322.

Carolo, regi Franciæ, ut Jordanum de Insula, militem, in hiis quæ in curia expedire habet, commendatum habeat. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 799; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II. p. 65, n° 211).

« *Cari[ssimo] in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Pro dilecto filio — Datum Avinione, III idus octobris, anno septimo. »

1539 Avignon, 13 octobre 1322.

Cancellario regis Franciæ super eodem. (Reg. 111, fol. 189 v°, c. 800; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 66, n° 212, non publié.)

« *Dilecto filio cancellario illustris regis Francie et Navarre.* Pro dilecto filio — Dat. ut supra. »

1540 Avignon, 13 octobre 1322.

Carolo, regi Franciæ, ut in causa inter dictum Jordanum de Insula et nautas de sancto Martino et de Regula vertente, justitiam eidem Jordano ministrari faciat. (Reg. 111, fol. 189, c. 801; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 66, n° 213.)

« *Carissimo in Christo filio Carolo etc.* Dilecti filii nobilis viri Jordani etc., insinuatione percepimus quod causa olim inter eum, ex parte una, et nautas de sancto Martino et de Regula, ex altera, in qua Jordanus ipse sententiam obtinuisse legitimam coram delegato senescallo regio Tholosano se pretendit, nuper ad audientiam Parisiensis curie dovoluta, et in qua procuratores ejus plura jura et munimenta fulcientia ipsam producere in curiam omiserunt, curie predicte arrestum, dicti Jordani juribus indiscussis, per adverse partis astuciam sententiam decrevit hujusmodi revocandam. Quapropter regiam excellentiam deprecamur quatinus benigniter, si libeat, hiis attentis, circa relevandum in hac parte dicti Jordani justitiam, adhibere dignetur de

speciali gratia remedium oportunum. Datum Avinione, III idus octobris, anno septimo. »

1541 Avignon, 14 octobre 1322.

Item in eumdem modum P[etro], electo Vivariensi[1]. (Reg. 111, fol. 189, p. c. 801 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1. Pour la date, voyez ci-dessous, n° 1544.

1542 Avignon, 14 octobre 1322.

Item in e. m. Stephano de Mornaio, decano ecclesiæ sancti Martini Turonensis, capellano papæ. (Reg. 111, fol. 189, p. c. 801 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1543 Avignon, 14 octobre 1322.

Item in e. m. Petro Roderii, canonico Remensi, Caroli, regis Franciæ cancellario (Reg. 111, fol. 189, p. c. 801 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1544 Avignon, 14 octobre 1322.

Item in e. m. Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi : *Datum Avinione*, II *idus octobris*, *anno quo supra*. (Reg. 111, fol. 189, p. c. 801; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1545 Avignon, 15 octobre 1322.

Episcopo Forojuliensi, decano sancti Stephani de Tescone, ac archidiacono Montispensati ecclesiarum, ut magistro Raynaldo de sancta Arthemia, thesaurario ecclesiæ Noviomensis, capellano apostolico, ducatus Spoletani rectori, redditus ejusdem thesaurariæ, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, ministrari faciant. (Reg. 111, fol. 317 v°, c. 1282.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Forojuliensi, et dilectis filiis decano sancti Stephani de Tescone, Montisalbani, ac archidiacono Montispensati, Caturcensis ecclesiarum.* Cum jam dudum — Datum Avinione, idibus octobris, anno septimo. »

1. *Athemia* dans l'index du registre.

1546 Avignon, 22 octobre 1322.

Biencium Caruchi, Octavianum Bernardini et Andream de Ruffo, mercatores Florentinos, cognitores constituit ad cognoscendum, diffiniendum et sententiandum aurum, pondus et legem monetæ quam per Cionellum del Pucio et Pochinum del Drago, monetarios, in castro Pontis Sorgiæ fabricandam ordinavit. (Reg. 111, fol. 400, c. 1678 ; — Reg. 74, cur. fol. 1, c. 2.)

« *Dilectis filiis Biencio Caruchi et Octaviano Bernardini ac Andree de Ruffo*[1], *mercatoribus de Florentia*[2]. Cum, multa deliberatione — Datum Avinione, XI kal. novembris, anno septimo. »

1. Reg. 74 : *Bufo*.
2. Ib. *Florentinis*.

1547 Avignon, 23 octobre 1322.

Roberto, regi Siciliæ, ut Amedæo, comiti Sabaudiæ, ad curiam apostolicam accedenti, litteras de securo conductu per terras suas comitatuum Pedimontis, Forcalquerii et Provinciæ concedat. (Reg. 111, fol. 260 v°, c. 1086.)

« *Carissimo in Christo filio Roberto, regi Cicilie* (sic) *illustri*. Cum dilectus filius — Dat. Avinione, X kal. novembris, anno septimo. »

1548 Avignon, 23 octobre 1322.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensis, ut prorogationem usque ad festum Resurrectionis dominicæ proximo venturum treugarum inter dictum Amedeum, comitem Sabaudiæ, ex parte una, et Guigonem, dalphinum Viennensem, ex altera, prius initarum, eisdem nobilibus et Henrico, electo Metensi, gubernatori Dalfinatus, aliisque quorum interest, notificet. (Reg. 111, fol. 386 v°, c. 1606.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi*. Cum treuge dudum — Datum Avinione, X kal. novembris, anno septimo. »

1549 Avignon, 23 octobre 1322.

Littera de securo conductu pro comite Sabaudiæ. (Reg. 111, fol. 386 v°, c. 1607.)

« .., *comiti Sabaudie*. Recipitur sub gardia Sedis Apostolice : Promptitudo devotionis, etc., require in sexto anno, inter illas de ultra Rodanum; duplicata fuit sub dat. X kal. novembris, anno septimo. »

« *Venerabilibus fratribus, etc.*, require in proxima supra; duplicata similiter et sunt littere securi conductus veniendi ad curiam[1]. »

1. Ces lettres étant toujours conçues dans les mêmes termes, le scribe n'a pas pris, on le voit, la peine de les transcrire ici et s'est contenté de renvoyer à des lettres analogues précédemment enregistrées.

1550 Avignon, 1er novembre 1322.

Henrico, electo Metensi, quod, certis rationabilibus causis exigentibus, usque ab biennium sacros ordines et munus consecrationis recipere non teneatur indulget. (Reg. 111, fol. 400 v°, c. 1681.)

« *Dilecto filio Henrico, electo Metensi.* Merita tue devotionis — Datum Avinione, kalendis novembris, anno septimo. »

1551 Avignon, 7 novembre 1322.

Piloforti, cardinali, de « discrasiis » corporalibus quæ eum a curia recedentem invaserant, ne periculo viarum se exponat. (Reg. 111, fol. 190, c. 802.)

« *Piloforti, tituli sancte Anastasie presbytero cardinali*[1]. Tuas, fili, nos — Datum Avinione, VII idus novembris, anno septimo. »

1. Cette rubrique est en noir.

1552 8 novembre 1322.

Petrum, prius abbatem monasterii Montis Olivi, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, monasterio Cluniacensi per obitum Raymundi vacanti, in abbatem præficit. (Reg. 111, fol. 395, c. 1646.)

« *Dilecto filio Petro, abbati monasterii Cluniacensis.* Monasterio Cluniacensi per — Datum Avinione, VI idus novembris, anno VII. »

1553 Avignon, 13 novembre 1322.

Episcopo Carcassonensi super nonnullis respondens, ipsum de statu regis et reginæ Franciæ certiorem fieri petit. (Reg. 111, fol. 190, c. 803.)

« *Episcopo Carcasonnensi.* Fraternitatis tue recepimus litteras per quas devotionem quam ad nos et Romanam geris Ecclesiam evidenter percepimus, super quo devotionem fraternam multipliciter in Domino commendamus. Sane, quod multi de novo opinantur que scripsisti errario non sufficimus admirari, si cum per nos promoti diligenter attenderent in quantum ultra communia servicia nobis fuerint liberales, possent utique de promotis ab aliis qualiter ad nos se habebunt extimare, et si nostros alios consideratione redditus gratiasque quas jam multis annis in diversis partibus habere nos oportuit, et expensas immensas quas exigunt adverterent, nec non alia que nobis incumbunt attentius cogitarent, profecto opinarentur contraria et unde illa tolerare potuimus, mirarentur, sed fingantur falsa, quecunque voluerint, quia, hiis non obstantibus, veritas remanebit, nec propter eorum opiniones fatuas minus vet amplius faciemus. Scribe, frater, nobis, frequenter et nobis insinua statum carissimorum in Christo filiorum nostrorum regis et regine Francie et Navarre illustrium, quem Dominus faciat prosperum sibique faciat acceptabilem atque gratum. In prejudicium cardinalis resignationem illius beneficii sibi reservati facere non potuimus, sed pete possibilia et honesta. Datum Avinione, idibus novembris, anno septimo. »

1554 Avignon, 13 novembre 1322.

Ademario Targæ, curiæ Romanæ obsequiis insistenti, facultatem redditus beneficiorum suorum ecclesiasticorum percipiendi in absentia, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, usque ad tres annos concedit. (Reg. 111, fol. 400, c. 1679.)

« *Dilecto filio Ademario Targe*[1], *decano ecclesie Tullensis.* Meritis tue probitatis — Datum Avinione, idibus nevembris (*sic*), anno septimo. »

1. On trouve plus loin *Targa* n° 1559.

1555 Avignon, 13 novembre 1322.

Archiepiscopo Arelatensi, archidiacono Conchensi et Deodato Petri, ut eidem Ademario præfatos redditus

per dictum triennium ministrari faciant. (Reg. 111, fol. 400 v°, c. 1680.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Arelatensi, et dilectis filiis archidiacono Conchensi ac Deodato Petri, canonico in ecclesia Ruthenensi*[1]. Meritis etc. — Datum ut supra. »

1. L'index du registre porte : *judicibus*.

1556 Avignon, 17 novembre 1322.

Guillelmo, Sabinensi episcopo, Apostolicæ Sedis legato, ut Petro, abbati Montis Olivi, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, in abbatem monasterio Cluniacensi præfecto, ab ejus præsentia recedendi licentiam concedat. (Reg. 111, fol. 241 v°, c. 983 ; fol. 244, c. 997.)

« *Guillelmo, episcopo Sabinensi, Apostolice Sedis legato*. Nuper monasterio Cluniacensi — Datum Avinione, xv kal. decembris, anno vii. »

1557 Avignon, 20 novembre 1322.

Mariæ, reginæ Franciæ, congratulatur de honore ad quem assumpta est. (Reg. 111, fol. 190, c. 804.)

« *Marie, regine Francie*. Assendisse (*sic*), filia carissima, nosceris tronum regie dignitatis et utique non regni cujuslibet sed illius videlicet Francie, cui pre cunctis regnis aliis hujus seculi Dominus benedixit. Profecto, benedictionis et gratie filia, si mediteris attente cujus consortem te divina providentia reservavit, si quantis et qualibus te gratia salvatoris pretulerit consideres diligenter, habes unde querere debeas cum psalmista quid pro tam profusis beneficiis ipsorum rependere valeas largitori, et procul dubio adeo ipsa reperies excedere vires tuas. Quod et si tibi velle forsan adjiciat posse tantum, quid dignum pro ipsis rependere tibi reperias non adesse. Sane quia sapientia largitoris a te non exigit ultra posse, illud saltem retribuere stude provide, et si quesieris quid sit illud, utique quod non tuis meritis, sed soli sue misericordie hoc ascribas, illi cum humilitate supplici gratias jugiter refferas, illum qui te prevenit in tot benedictionibus super omnia diligas, eique placere satage, omnique cura co[m]mitere vita quod ejus occulis valeat displicere, ipsum time ac ejus precepta adimplere festina fideliter, misericordiam in operibus pietatis et misericordie te exerce, ut merearis assequi quam misericordibus veritas repromittit. Hec siquidem non tantum sine Dei adjutorio tue subjacent facultati, in quibus si te diligenter exercere studueris, largitoris gratiam, ut potiora tibi tribuere debeat[1], provocabis, et tandem de regno temporali ad ete[r]ni gloriam transmigrabis. Ad hoc, carissima filia, carissimum filium nostrum K, regem Francie illustrem, virum tuum, cujus subjecta es pro lege matrimonii potestati, juxta suam excellentiam et benivolentiam qua te pretulit aliis, sincere dilige, ac ei debitum honorem impendens, humilem te sibi ac quietam exhibeas, sibique secundum Deum studeas in omnibus complacere; pro tuis autem oportunitatibus ad nos habere recursum te volumus cum fiducia filiali. Dat. Avinione, xii kal. decembris, anno septimo. »

1. Reg. *debeas*.

1558 Avignon, 24 novembre 1322.

Johannæ, reginæ Franciæ, de prospero suo prolisque suæ statu gratulatur, eique Petrum de Fretis, nuntium suum, de facto Dalphini responsurum remittit. (Reg. 111. fol. 190 v°, c. 805.)

« *Regine Francie Johanne*. De statu tue magnificentie, carissima filia, prolisque tue, dilectus filius magister Petrus de Fretis, familiaris tuus et nuntius ad nos propterea destinatus, prospera nobis retulit que nos utique repleverunt letitia non indigne, ut autem de nostro, de quo tua benivolentia te reddebat solicitam, tuis desideriis satisfiat, excellentia regia noverit quod nos, quantum ad exteriorem hominem, Dei misericordia perfrui[mur] sospitate, licet interior autem multis turbinibus quatitur ac solicitudinibus molestatur propter multa que inter redemptos Christi sanguine inordinate et in suarum animarum periculum precipimus fieri, quibus nequimus, juxta nostrum desiderium, salubriter obviare. Verum in hoc super hiis omnibus consolamur quod divina providentia tanta

non sineret mala fieri, nisi de malis hujusmodi providisset elicere meliora, sperantes in ejus misericordia quod circa talia, sicut ipse cui futura sunt ut presentia manifesta, non tardabit adhibere remedia oportuna. Super facto Dalfini quid disposuimus facere, poterit prefatus nuntius, cui hoc exposuimus, magnificentie regie plenius nuntiare. Gratia Domini nostri Jhesu Christi, carissima filia, tecum sit, teque in agendis dirigat detque tibi in hac valle miserie sic paciente (*sic*) quod ad eternam gloriam, post hujus vite transitum, valeas pervenire, habitura ad nos recursum in tuis oportunitatibus quotiens expedire videris cum fiducia filiali. Datum Avinione, VIII kal. decembris, anno septimo. »

1559 Avignon, 1er décembre 1322.

Abbati monasterii sancti Apri, ut magistro Ademario « Targa[1] », decano ecclesiæ Tullensis, Romanæ Ecclesiæ obsequiis insistenti, redditus ejusdem decanatus ei a morte quondam Guillelmi Costæ, ejusdem ecclesiæ decani, pertinentibus, assignari faciat, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. (Reg. 111, fol. 401 v°, c. 1687.)

« *Dilecto filio.., abbati monasterii sancti Apri(i), ordinis sancti Benedicti, extra muros Tullensis.* Dignum reputamus et — Datum Avinioni, kalendis decembris, anno septimo. »

1. On trouve plus haut *Targe* (n° 1554).

1560 Avignon, 1er décembre 1322.

Capitulo ecclesiæ Tullensis, ut eidem abbati, præfatæ concessionis executori, pareant. (Reg. 111, fol. 402, c. 1688.)

« *Dilecto filio capitulo ecclesie Tullensis.* Dignum reputamus et — Datum ut supra. »

1561 Avignon, 1er décembre 1322.

Electo Tullensi, ut eidem Ademario de præfatis redditibus responderi faciat et prædicto abbati assistat. (Reg. 111, fol. 402, c. 1689.)

« *Dilecto filio.., electo Tullensi.* Dignum etc. — Datum ut supra. »

1562 Avignon, 5 décembre 1322.

Carolum, regem Franciæ, rogat ut, ad exemplum fratris ejus, negotium passagii transmarini assumat eique ad quædam dubia levanda respondet. (Reg. 111, fol. 191-192 v°, cc. 809-812; fol. 209 v°-211, cc. 914-916.)

« *Carolo regi Francie illustri.* Meminimus, fili carissime, teque credimus reminisci quomodo dudum clare memorie Philippus, germanus tuus, rex Francie et Navarre, pie devotionis inflammatus affectu quem gerebat ad Terram Sanctam de impiorum eripiendam manibus, in qua Salvator humani generis sumpsit corporalis nativitatis initium, in qua conversationis humane sua deduxit tempora et in qua postremo, post probrose passionis opprobria, pro redemptione nostra mortem subiit temporalem, et sui pretiosi effusione cruoris vetus piaculum expiavit, suos solemnes nuntios cum litteris de credentia ad nostram presentiam destinavit, per quos ad multe jocunditatis materiam nobis et nostris fratribus apertius intimavit quod, si[c] cor suum ad [e]ripiendam Terram ipsam de impiorum manibus divina gratia estuabat, quod ad prosequtionem dicti negotii nobis personam suam totumque posse regium exponebat; verum quia prefatum negotium adeo expensarum immensum profluvium exigebat quod illud absque nostro subcidio regia non poterat magnificentia supportare, nobis prefati nuntii pro parte regia humiliter supplicarunt ut qualia subcidia pro dicti prosequtione negotii de proventibus ecclesiarum et alias eidem faceremus, vellemus circumspectionem regiam reddere certiorem. Nos autem oblationem prefatam dignis in Domino laudibus multipliciter comendantes, ac ipsam meritis gratiarum actionibus prossequentes, supplicationi predicte annuimus velud consentanee rationi, multisque collationibus tam cum fratribus nostris quam cum prefatis nuntiis habitis super studiis antedictis, tandem nostra ipsorumque fratrum nostrorum, necnon et omnium prelatorum regni Francie, qui tunc in curia aderant, resedit deliberatio ut, pro promptiori et utiliori dicti prosequtione negotii, sub modo et forma subscriptis,

offerremus eidem subcidia que secuntur[1], videlicet decimam omnium proventuum ecclesiarum in terris et regnis tuis consistentium, levandam per quadriennium a termino kalendarum julii in antea continue computandum, per singulos prelatos in suis civitatibus et diocesibus, sine invocatione brachii secularis, juxta modum et consuetudinem hactenus observatos, terminis qui secuntur : medietatem videlicet in yemali festo beati Martini, et aliam in festo Ascensionis Domini tunc proximo subsequenti, que quidem decima per prelatos eosdem in loco tuto reponeretur, et custodiretur regie celsitudini concedenda pro dicti prossequetione negotii, si illud infra dictum [festum] sancti Martini duceret assumendum et infra dictum quadriennium personaliter et realiter prosequendum, ipsumque ac heredes suos sub obligatione terrarum et regnorum predictorum, et sub juramento corporali per suos solemnes nuntios, secundum modum per reges Francie in talibus observatum, specialiter deputatos prestando, per patentes litteras sub cera viridi sigillatas et Sedi Apostolice assignandas, efficaciter obligando, ita tamen quod moneta que curret tempore solutionis hujusmodi decimarum in terris et regnis predictis, secundum valorem quem haberet cum parisiensibus et turonensibus parvis reciperetur, sic quod, pretextu cambii, solutores et debitores dictarum decimarum nullatenus gravarentur. Ceterum de emolumentis hujusmodi decimarum, cum passagio inchoando esset necessarius apparatus, pro personis ad hoc necessariis per Sedem Apostolicam deputandis, secundum quod qualitas et opus ejusdem apparatus exigeret, et juxta incrementum et processum apparatus predicti, illis quos regia deputaret providentia prelati predicti expensas necessarias ministrarent, adjecto quod si, casu aliquo contingente, non fieret passagium prelibatum, quod ipse et heredes sui quicquid recepissent tunc de dictis decimis et convertissent in usus proprios vel alios, integraliter restituere Romane Ecclesie tenerentur, et idem fieret de galeis et aliis vasis navalibus factis pro dicte Terre subcidio de pecunia decimarum hujusmodi in ejusdem Terre Sancte subcidium convertendis, et nichil omnino de decimarum ipsarum proventibus in usus alios quam dicte Terre subcidium convertatur. Nec non postquam de assumptione dicti negotii et obligatione predictis que premissa sunt facta fuissent et completa, nostrum et suum propositum omnibus regibus et principibus orthodoxis, ac universis prelatis, comitibus, baronibus et comitatibus notificentur et etiam publicentur, illis dumtaxat exceptis qui ratione vicinitatis habent continue cum Sarracenis et hostibus fidei vel Ecclesie confligere et pugnare, et ad hec modo inducerentur quo valeret fieri meliori, cruxque universaliter predicaretur tam in suis quam aliis regnis et terris de quibus expediens videretur, et per Sedem eandem deputarentur in omnibus regnis et terris predictis certe persone ad exigendum et colligendum et in certo loco ponendum omnia legata et relicta facta dicti occasione negotii transmarini, et in singulos ecclesiis singuli trunci ponerentur in quibus reponerentur oblationes et helemosine fidelium que fierent pro dicto passagio, certis clavibus consignari, que omnia ad cognitionem et arbitrium Ecclesie convertentur in subcidium passagii memorati. Et insuper indulgenti[e] moderate et determinate concederentur pro negotio prelibato. Item quod ordinaretur indilate particulare passagium per quod subveniretur Terre fidelium constitute in partibus transmarinis, quod est valde necessarium passagio generali, cujus et particularis passagii, cum esset ordinatum, ipse esset capitaneus, nostri Redemptoris obtentu; quem capitaneatum valeret exequi per alium seu alios, sicut videret utilius expedire; super cujus particularis passagii apparatu et numero gentium pro illius complemento necessariarum, postquam esset inter ipsum et Ecclesiam ordinatum, ministrarentur expense necessarie tam de decimis duorum annorum levatis de tempore sexennali, concessisque seu impositis per felicis recordationis C[lementem] papam V, predecessorem nostrum, in consilio Viennensi, quam de eo quod exigeretur et levaretur in dictis regnis et terris suis de legatis et indulgentiis supradictis; expense necessarie per personas quas nos et magnitudo regia deputaremus, ministrarentur ad apparatum hujusmodi faciendum, ita quod, ultra hujusmodi decimas et subcidia que de dictis legatis et indulgentiis provenirent, in nullo remaneret nostra Camera obligata; solutis vero expensis pro dicto particulari passagio de decimis

dictorum duorum annorum, et aliis predictis subcidiis et redditibus, super hoc ratione de illis [reddita], residuum reservaretur in subcidium passagii in quo sua proficisceretur persona ad arbitrium Ecclesie convertendum. Ordinaremus etiam quod, si in persona propria assumeret negotium antedictum, singulis annis, quamdiu ultra mare fuisset, continuaretur decima de suis regnis et terris predictis, juxta modum colligenda predictum suisque et gentis sue usibus et necessitatibus pro dicto passagio applicanda; sed si, deliberatione prehabita pleniori, prudentie regie videretur quod esset pro tunc generale vel illud in quo ipse transfretare deberet personaliter passagium differrendum, quod ab exactione dicte quadriennalis decime cessaretur, et ordinaretur de majori particulari passagio faciendo, cujus esset capitaneus et ministrarentur expense necessarie ut in consimili superiori articulo est expressum, et haberet remissionem plenariam omnium peccatorum, hoc addito quod, in hujusmodi casu quo capitaneatum et curam dicti particularis passagii reciperet et exequeretur, ita quod exinde de aliquo bono proventuro spes probabiliter haberetur pro continuatione et sustentatione dicti passagii, imponentur per Ecclesiam in dictis regnis et terris suis due decime satis tempestive, priusquam essent subsidia concessa pro passagio particulari consumpta, quas celcitudini regie esse volumus obligatas, ita quod, reddita ratione de expensis faciendis pro dicto particulari passagio, residuum reservaretur pro generali passagio, ut in superiori consimili articulo continetur, que quidem decime colligerentur et reponerentur per modum superius ordinatum.

[C. 810] Post hec autem dicto rege, sicut Domino placuit, vita functo, infestaque relatione percepto quod Sarracenorum rabies, suis finibus non contenta, conflatis viribus, Armenie regnum invadens hostiliter ac in Christi fideles crudeliter irruens, multos eorum absque deletu sexus, ordinis vel etatis, occupata et prorsus eversa civitate de Ayacio, immaniter, pro dolor, trucidarat ac, ad abolendum de terra illa christianorum nomen et cultum, et exterminandum exinde christianitatis residuum, tanto ardentiori desiderio suspirabat quanto Terre predicte conditio, catholicorum mundi principum et aliorum fidelium non fulta suffragio, nullius resistentie verisimilitudinem promittebat, regalem tuam magnificentiam rogandam duximus et obsecrandam per viscera misericordie Dei nostri, tibi nichilominus in remissionem tuorum peccaminum suadentes quatinus, illius obtentu qui pro redemptione humani generis crucis subire patibulum non expavit, prudenter considerans et diligenter attendens quam sit recuperationis Terre Sancte negotium, pro quo prossequendo vexillum crucis in te nosceris assumpsisse, prefatum regnum Armenie oportunum, ad illud preservandum ab impiorum manibus attendens sollicite ac diligenter intendens, dictum assumeres negotium transmarinum, quod per particulare passagium cui tuus presit capitaneus, quousque de efficaci subcidio ad eripiendum terram ipsam de impiorum manibus fuerit ordinatum, prossequeris taliter quod interim frenaretur barbarica rabies, quies Christicolis procuraretur illarum partium ac via efficaci passagio pararetur, et, ut de hiis que regi prefato, predecessori tuo, obtuleramus, h[ab]eres certitudinem pleniorem, transcriptum litterarum nostrarum sibi super hoc directarum celsitudini regie per certum nostrum nuntium duximus destinandum. Sane, quia super dicto negotio et oblatione predicta per nos facta, deliberatione cum tuo consilio prehabita diligenti, nonnulla, sicut intelleximus, dubia occurerunt que, nisi per nos declarata fuerint, te certum nobis non patiuntur dare responsum, ad exponenda nobis hujusmodi dubia ac ad nostram declarationem super hiis obtinendam dilectos filios P., electum Vivariensem, ac nobilem virum Matheum de Varenis, militem, ad nostram presentiam cum litteris de credentia destinasti, qui, in nostra presentia constituti, dubia ipsa prudenter verbo curaverunt exponere et in scriptis tradere subsequenter, cujus quidem scripture tenor noscitur esse talis.

[C. 811 et 915]. Sanctissime pater et domine, cum sicut scribitur [causa] XXIII, q[uestio] VIII[2]. Igitur cum sepe a Sarracenorum partibus adversa nuntia pervenirent que Sanctitati Vestre viscera sauciebant, vos, sicut sancte fidei christiane zelator precipuus et director, velud alter fidelissimus Mathathias devotum filium vestrum serenissimum principem, dominum nostrum Francie et Navarre regem, ut negotium

assumeret transmarinum, per particulare passagium usquequo generale posset fieri prossequendum, cui suus preesset capitaneus, tam salubriter quam efficaciter obsecrastis, et, ut de illis que Vestra Sanctitas inclite recordationis domino Philippo, tunc regi Francie, fratri suo, pro subcidio hujusmodi particularis passagii providerat offerenda, certior posset esse, transcriptum litterarum vestrarum dicto domino Philippo super hoc directarum eidem transmisistis. Dominus autem rex, sicut ille qui sancte fidei christiane et sacrosancte Romane Ecclesie vult precipuus esse pugil, ad videndum et deliberandum super illis que Vestra Sanctitas sibi miserat, ommissis aliis suis negotiis, promptibus (*sic*) affectibus se convertit. Quibus omnibus visis et sollicite circumspectis, non fuit sibi visum quod per ea vel ex eis plene posset deliberare, et nec per consequens respondere an comode possit, debeat et expediat quod capitaneatum hujusmodi particularis passagii in se sumat, et ecce, Pater Sanctissime, causam quare dominus noster rex, qui totis desideriis cordis sui afficitur ad negotium transmarinum, quanto perfectius et promptius illud quod in se suscipiet vult implere, tanto se cautius et maturius vult habere in isto negotio quod tangit Sanctam Romanam Ecclesiam principaliter, et universaliter omnes principes, et totum populum christianum, per istam viam particularis passagii assumendo, et ex hoc, antequam istud negotium alter in se sumat, vul[t,] si placet Sanctitati Vestre, per eandem Sanctitatem ad quam pertinet, certior fieri super infrascriptis, de quibus per premissa que Vestra Sanctitas sibi misit non potest plene vel potuit certus esse, et sine quibus non potest super assumptione capitaneatus hujusmodi particularis passagii comode respondere.

Primo, de numero personarum tam pedestrium quam equestrium quem Vestra Sanctitas in hoc particulari passagio disposuerit transfretari.

Secundo, de aparamentis ; qualia, quanta, quando et ubi fient.

Tertio, quo tempore quod volet (*sic*) precise, supposita possibilitate, illos quos disponet passagium facere, aggredi dictum iter.

Quarto, quanto tempore volet (*sic*) hujusmodi transfretantes in prossequtione predicti negotii remanere.

Quinto, an et quomodo Vestra Sanctitas providebit quod numerus, secundum Sanctitatis Vestre dispositionem inibi transmittendus, si quocumque casu ipsum, quod absit, contingeret defalcari, durante dicto tempore debeat integrari.

Sexto, quando, qualiter et unde et quanta ministrabitur pecunia pro apparamentis dicto passagio necessariis ordinandis et pro habendis, sustentandis[3] et retinendis personis toto tempore quo in prossequtione dicti negotii disposueritis ipsas esse, et pro ceteris pro dicto passagio necessariis vel etiam oportunis pro toto predicto tempore faciendis. Cum enim duas decimas quas reverendissima Vestra Sanctitas una cum helemosinis et legatis a christicolis pro dicto negotio colligendis, in predictis litteris obtulit, et quas, diu est, fore levatas et stare presupponit, dominus rex non habuerit nec receperit in solidum vel pro parte, nec de ipsis recipiat aliquid de quo passagium juvari valeat superesse, et predicta legata et helemosine sunt penitus in incerto et Sanctitas Vestra in predictis litteris, quarum sibi copiam transmisistis, expresse duxerit protestandum quod ultra predicta nollet esse vestram Cameram obligatam, clare potest Vestra Sanctissima Paternitas conspicere quod prefatus dominus rex isto modo non potest in se suscipere factum istud quod Ecclesie precipuum et principale et omnibus christicolis est commune. Quare dignetur reverendissima Vestra Sanctitas sic perfecte, plene et fructuose super predictis, et ceteris omnibus ad dictum negotium facientibus, sua salubria beneplacita declarare, quod idem dominus rex cum suo magno consilio, quod jam ad quindenam instantis festi beati Andree apostoli convocavit, nedum de gentibus regni sui, sed etiam de exterioribus per quas sperat se feliciter dirigi super istis, possit plene deliberare an, secundum ea que sub certo reverendissima Vestra Sanctitas de predictis et aliis ad rem facientibus disposuerit ordinanda et etiam respondenda, comode valeat et ipsum deceat, et quantum ad honorem Dei, sancte fidei vestrumque et sacrosancte Romane Ecclesie et suum, expediat quod capitane[at]um hujusmodi particularis passagii sub titulo sui regalis nominis in se sumat.

[cc. 812 et 916] Nos autem, dictis dubiis plenius intellectis ac super ipsis deliberatione cum fratribus nostris prehabita diligenti, nos et ipsi vehementer obstupuimus ac nimium fuimus admirati super eo videlicet quod, in dicta scriptura nobis per nuntios exhibita regios, vidimus contineri quod predictam biennalem decimam per nos tuo predecessori oblatam excellentia tua nec habuit, nec recepit in solidum, vel pro parte, nec de ipsa receperit aliquid superesse de quo possit passagio subvenire predicto, procedens ulterius concludendo quod nos clare possumus conspicere isto modo factum istud suscipere te non posse. Profecto, fili, non indigne nos et fratres nostri super hoc possumus admirari, cum nuntii prefati germani tui coram nobis et ipsis constanter asseruerint extare decimam antedictam, et si ita sit quod non extet, tenemus indubie teque tenere credimus ipsam ad germanum tuum predictum, cujus successor nosceris, pervenisse, pro qua sicut et pro aliis ejus debitis indubie obligatus existis; nec credimus quod ad quodcumque debitum aliud persolvendum astringuaris (*sic*) fortius quam ad illud, nec quod pro cujusvis alterius retentione debiti seu dilatione possis adeo graviter occulos divine magestatis offendere, nec molestus tot personis existere, ipsas quoque ex retentione vel dilatione hujusmodi adeo pregravare ; prefatum quidem debitum christicolas omnes respicere noscitur et specialiter pusillum illum gregem catholicum genti Tartare ac Babilonice convicinum, de quo, nisi eidem ocius occuratur, est, nec immerito, formidandum ne irreparabiliter corruat, et irrecuperabiliter corruat, et irreparabiliter incidat[4] in manibus immanium Barbarorum. Ideoque, fili carissime, providentiam regiam rogamus et obsecramus per viscera misericordie Dei nostri quatinus, premissa cogitans et recogitans diligenter, sic sollicite studeas providere quod, de dictis duabus decimis, si recepte per tuum germanum fuerint, dicto gregi in tantis constituto periculis in presenti valeat aliqualiter subveniri, ne si, quod absit, illos pro defectu subcidii contingat obruere, de ipsorum sanguine habeas reddere rationem. Si autem a dicto germano tuo recepte non fuerint decime antedicte, ipsas in dictum subcidium converti et per te volumus, si dictum negotium juxta formam in oblatione facta prefato germano tuo contentam duxeris assumendum. Super hoc autem, an per ipsum habite vel non fuerint, cum collectoribus ipsis intendimus veritatem inquirere diligenter, sperantes in illo cui, cum voluerit, subest posse, quod, antequam dicte decime in predictorum subcidio sint consumpte, sic ipse affluenter tam de helemosinis fidelium quam de legatis, relictis et relinquendis in Terre Sancto subcidium et aliis oportunis subcidiis pro dicti gregis subcidio ministrabit, quod imposterum subcidia continuari poterunt et etiam ampliari. Alioquin, fili carissime, ignoramus quid tue valeamus prudentie ad premissa dubia respondere; frustra siquidem de stipendariorum numero, frustra de apparatu passagii, frustra quoque de ipsius tempore queritur, si unde expense ministrentur pro premissis necessarie subtrahatur. De premissis autem decimis, nos et fratres nostri, que propter subcidium Terre Sancte noscuntur imposite et ad istud subcidium destinate, sperabamus quod dicto gregi subveniri posset ad tempus non modicum ; quod si foveri nequeat, nos frustratos spe nostra non absque cordis amaritudine cernimus, nec occurrit probabiliter ad quid, pro impendendo prompte dicto gregi subcidio, nos convertere valeamus. Ecclesias etenim gravatas esse conspicimus, nec illas gravatas adeo nobis oneribus expedit aggravare, presertim cum tue eccellentie in regnis et terris tuis, et nonnullis aliis principibus in suis per Sedem Apostolicam usque ad certum tempus sint concesse decime, de quibus utique consuevit Ecclesia talibus necessitatibus providere, et si forsan dicatur ab aliquo quod hec subcidia debent de pape Camera ministrari, propter quod videtur tua prudentia admirari super eo quod, in oblatione nostra predicta [germano] tuo facta per nos, adjectum expresse extitit quod nostram Cameram nolebamus remanere in aliquo obligatam, breviter respondemus quod ideo illud in nostra oblatione adjectum extitit, quod non meminimus nos legisse quod aliqui de nostris predecessoribus alicui de tuis vel cuicunque alii pro dicto passagio, se obligandum vel suam Cameram duxerit obligandam. Legimus equidem quod inclite recordationis Philippus, rex Francie, avus tuus, cum assumpsisset dicte Terre negotium prossequendum, essetque de ejus consilio et assensu ad inchoandum generale

passagium certus terminus assignatus, ad preces et instantiam summi presulis, assumpsit onus ministrandi expensas necessarias pro conservatione terre quam in partibus illis obtinebat christianitas, usque ad tempus passagii generalis, pro quibus expensis nec se obligavit presul ipse nec suam Cameram, sed du[m]-taxat mediam decimam primi anni sexennalis decime imposite in generali consilio Lugdunensi. Legimus insuper quod dum, aliquibus nobilibus intendentibus transffretare, Summus Pontifex in subcidium passagii summam aliquam pecunie concedebat, nec se nec suam obligabat Cameram, sed ipsam super aliquibus decimis assignabat, hoc expresse in concessione adjecto hujusmodi quod, etiam si dictam summam concessam non possent de dictis decimis assequi, non intendebat se vel suam Cameram aliqualiter obligare. Et ideo, fili carissime, si nos ipsorum predecessorum nostrorum, quorum non sumus digni corrigiam calceamentorum solvere, sequentes vestigia, hoc in nostra predicta oblatione duximus apponendum, non debet tua prudentia ulterius super hoc admirari. Rursus, si dicatur quod negotium transmarinum Ecclesie precipuum et principale, et omnibus christicolis est comune, sicut scriptura nobis oblata continet, respondemus quod, cum Ecclesiam nichil aliud quam collectionem fidelium esse constet, cujus quidem collectionis velud cujusdam corporis mistici Christus caput noscitur, et quisque fidelium esse membrum, patet quod illud quod ad christicolas pertinet, ad Ecclesiam noscitur pertinere, et e contra, quod ad Ecclesiam pertinet, debet ad christicolas pertinere ; fatemur tamen quod, sicut ad caput congregationis alicujus cura et diligentia, quantum ad directionem et ordinem ac motionem et inductionem eorum que ad dictam congregationem pertinent, principalius noscitur pertinere, sic eorum que ad congregationem fidelium pertinent directio, motio et inductio, ad Christum qui vere capud esse ejusque ministrum, in quantum capitis vices gerit, principaliter noscitur pertinere. Hoc procul dubio facta predecessorum nostrorum, si diligenter considerentur, evidentius manifestant, quos principes catholicos et alios fideles predicationibus, exhortationibus induxisse legimus ad assumendum et prossequendum dictum negotium et pro eodem opportuna subcidia ministrandum; concedere quoque consueverunt indulgentias hiis qui premissa ducerent exequenda nec non et aliqua decimalia subcidia ad supportandum, non portandum talia onera, ministrare, que utique subsidia antiquis temporibus satis fuerunt exilia, sed efficacia extiterunt. Beatus quidem Ludovicus, rex Francie, proavus tuus, qui bis noscitur transfretasse, modica subcidia decimalia dicitur ab Ecclesia recepisse, et ejus predecessores etiam pauciora. Filio autem ejus, avo tuo predicto, qui dicte Terre Sancte assumpsit negotium promovendum, concessa fuerunt subcidia ampliora, videlicet fructuum, proventuum et redditiuum ecclesiasticorum sexennuales decime regni sui ; et clare memorie Philippo, genitori tuo, recipienti onus dicti negotii, fuerunt concesse premissorum regnorum similiter decime sexennales. Nos autem, fili carissime, dicto predecessori tuo, ultra biennales decimas tunc collatas, restantes de illa decima sexennali imposita in consilio Viennensi, ac ultra quadriennales imponendas, si dictum negotium assumendum et prossequendum duceret, prout superius est expressum, impositurosnos obtulimus pro annis singulis quibus, pro prefato negotio, existeret ultra mare, unam decimam in regnis et comitatibus et terre ejusdem, annis singulis colligendam ejusque usibus et necessitatibus gentisque sue pro dicto negotio applicandam, quod nusquam ab aliis predecessoribus nostrorum alicui de tuis vel alicui alii legimus esse factum, preter que multa alia obtulimus, prout in dicta oblatione plenius continetur. Ex premissis itaque, fili carissime, providentia regia potest colligere evidenter quod predecessores nostri usquam leguntur de sua Camera, cujus redditus ad talibus (*sic*) sunt tenues et exiles, subcidia pro dicto passagio ministrasse. Item quod nulla oblatio predecessorum nostrorum major nostra extitit, immo etiam nec equalis. Si igitur dicte biennales decime, quas germano tuo obtulimus non extent, sed ab eodem germano tuo recepte fuerint et consumpte, tuque nolis vel non possis ad presens de ipsis satisfacere, nec ipsas convertere in subcidium particularis passagii memorati, non videtur nobis expediens premissis questionibus respondere, sicut superius est expressum. Hoc autem in casum illum de fratrum

nostrorum consilio decrevimus faciendum, videlicet quod per christicolarum terras et regna exponi pericula gravia que Armenis ac Ciprensibus, quos hostis Christi et persecutor populi christiani, Soldanus ille videlicet Babilonicus, noviter dicitur diffidasse,...[5] nec non quam sit illorum regnorum conservatio oportuna pro eripienda Terra Sancta de impiorum manibus, publice faciemus, indulgentias quoque de quibus expedire viderimus ipsis subvenientibus concedemus. Et nichilominus de illis CL millibus florenorum quos a dilecto filio nobili vivo B., vicecomite Leomanie et Altivilaris recepimus hiis diebus[6], non obstante quod gravibus expensarum oneribus quibus hereticorum, ydolatrarum et rebellium Sancte Matris Ecclesie nos dudum subjessit malitia et adhuc subicit, nimium pregravemur in presentiarum, juxta fratrum nostrorum consilium curabimus, dante Domino, providere. Tenorem autem litterarum conficiendarum super dictis inductionibus et indulgentiis regali magnificentie intendimus, cum facte fuerint, dante Domino, destinare. Datum Avinione, nonis decembris, anno septimo[7]. »

1. Voyez n° 1262.
2. Il s'agit ici, et nous en avons d'autres exemples (voyez n°s 1685, note 1 ; 1695, note 2 ; 1696, notes 3, 5, 7) d'un renvoi au Décret de Gratien, première assise du *Corpus juris canonici*. Nous y trouvons en effet (*pars* II, *causa* XXIII, *questio* VIII, *can.* VII le passage d'une lettre de Léon IV relative aux incursions des Sarrasins et débutant comme la lettre de Jean XXII : « *Igitur cum sepe adversa a Sarracenorum partibus perveniant nuntia, quidam in Romanum portum Sarracenos clam furtiveque venturos esse dicebant, pro quo nostrum congregari precepimus populum maritimumque ad litus descendere decrevimus et egressi sumus Roma.* »
3. C. 915 : *Sustinendis*.
4. *Sic*, il semble qu'il y ait ici une erreur de copie dans le registre.
5. Il manque ici un mot, tel que *imminent*.
6. Voyez n° 1534.
7. Pour la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1563 Avignon, 5 décembre 1322.

Archiepiscopo Senonensi, episcopo Claromontensi et abbati monasterii sancti Germani de Pratis juxta Parisius, quod raptores bonorum quondam Beraldi, domini de Mercorio, moneant ut dicta bona Johanni, comiti de Joigniaco, domino de Mercorio, tanquam ejusdem Beraudi heredi universali, restituant, alioquin eos excommunicare non omittant. (Reg. 111, fol. 401, c. 1683.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Senonensi et.., episcopo Claromontensi, et dilecto filio.., abbati monasterii sancti Germani de Pratis juxta Parisius.* Sua nobis dilectus — Datum Avinione, nonas decembris, anno septimo. »

1564 Avignon, 6 décembre 1322,

Henrico, electo Metensi, ne impedimentum matrimonio inter Guigonem, dalphinum Viennensem, et filiam quondam regis Franciæ contrahendo afferat. (Reg. 111 fol. 190 v°, c. 808.)

« *Henrico, electo Metensi.* Fide digna relatione non absque displicentia et admiratione percepimus hiis diebus quod, licet inter dilectam filiam... clare memorie regis Francie filiam, et dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, nepotem tuum, te presente, matrimonium per verba contractum fuerit de presenti, tu tamen, ut cum alia contrahat, diversos dicaris habuisse tractatus ; quocirca nos qui paterno affectu ad dictum dalphinum et omnes de domo illa afficimur, considerantes attente quod hoc procederet in Dei contemptum et dicte consortis sue injuriam cederet, graviaque incomoda que sibi et ejus domui possent propterea provenire, discretionam tuam duximus exortandam quatinus, hiis in consideratione deductis, a tractatibus predictis et quibuscunque aliis super premissis habendis resiliens, dictum dalphinum ad complendum dictum matrimonium efficaciter inducere, ac negotium ipsum, ut consummatur, prossequi non obmittas, presertim cum carissima filia nostra Johanna, regina Francie et Navarre, parata sit ad consummationem matrimonii predicti procedere et que pro parte consortis dalphini predicti promissa sunt adimplere. Datum Avinione, VIII idus decembris, anno septimo. »

1565 Avignon, 7 décembre 1322.

Guillelmo, archiepiscopo Senonensi, ne magistrum Guillelmum de Chanaco, archidiaconum Parisiensem, gravet nec ejus jurisdictionem perturbet. (Reg. 111. fol. 190 v°, c. 806).

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Senonensi.* Decet nos quibus — Datum Avinione, VII idus decembris, anno septimo. »

1566 Avignon, 7 décembre 1322.

Stephano, episcopo Parisiensi, ne prædicti archidiaconi juribus injuriam inferat vel inferri permittat. (Reg. 111, fol. 190 v°, c. 807.

« *Venerabili fratri Stephano, episcopo Parisiensi.* Dilectum filium magistrum — Datum Avinione, VII idus decembris, anno septimo. »

1567 Avignon, 16 décembre 1322.

Episcopo Argentinensi, ut summam pecuniæ quam ex causa mutui de pecunia Clementis V recepti debet[1], Petro, Durandi, archidiacono de Rinello in ecclesia Tullensi, assignet. (Reg. 111, fol. 258, c. 1074.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Argentinensi.* Cum sicut accepimus — Datum Avinione, XVII kal. januarii, anno septimo. »

1. L'index met seulement : *de decima sexennali*, ce que le texte ne mentionne pas.

1568 Avignon, 16 décembre 1322.

Præfato Petro Durandi, ut dictam pecuniæ summam ab eodem episcopo recipiat et Cameræ apostolicæ assignet. (Reg. 111, fol. 258, c. 1075.)

« *Dilecto filio magistro Petro Durandi, archidiacono de Rinello in ecclesia Tullensi, cappellano nostro.* Cum venerabilis frater — Datum Avinione, XVII kal. januarii, anno septimo. »

1569 Avignon, 17 décembre 1322.

Archiepiscopo Bisuntino et Mathiæ, electo Maguntino, ut illos qui magistrum Petrum Durandi, archidiaconum de Rinello in ecclesia Tullensi, capellanum et nuntium apostolicum ad partes Alemaniæ, dum Rhenum navigando descenderet, verberaverunt, vulneraverunt et bonis suis spoliaverunt, singulisdiebus dominicis et festivis excommunicent, donec de præmissis satisfecerint. (Reg. 111. fol. 258, c. 1076.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Bisuntinensi* (sic), *et dilecto filio Mathie, electo Maguntino, eorumque suffraganeis.* Infausti rumoris assertione — Datum Avinione, XVI kal. januarii, anno septimo. »

1570 Avignon, 17 décembre 1322.

Episcopo Argentinensi super eodem. (Reg. 111, fol. 258 v°. c, 1077.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Argentinensi.* Infausti rumoris etc — Datum ut supra. »

1571 Avignon, 20 décembre 1322.

Archiepiscopo Tolosano ejusque suffraganeis ut, ab Infidelium conatus contra regna Armeniæ et Cypri, quos late describit, reprimendos, ecclesiasticas secularesve personas compellant, indulgentias transfretantibus concessas publicent mandat nonnulla que subsidium obtinendum, truncos in civitatibus ponendos et orationes recitandas tangentia eis notificat. (Reg. 111, fol. 285 v°, c. 1164.)

« *Johannes episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Tholosano, ejusque suffraganeis, salutem et apostolicam benedictionem.* Ad pie matris communis plurium filiorum noscitur officium pertinere filiorum successus denunciare filiis mutuo tam prosperos quam adversos, ut, prosperis cognitis, gaudentibus congaudeant alii, et, intellectis adversis, condolere dolentibus debeant curentque ipsis, ad sublevandas eorum calamitates et miserias, oportuna prompte subcidia (*sic*) ministrare. Hinc pia mater Ecclesia suis in Christo regni Francie filiis, de sui regni Armenie filiis fidelibus et devotis, cum in presentiarum nec leta possit insinuare nec placida, cogitur mesta scribere, ac ipsis de illis tristicia (*sic*) nuntiare. Habet enim rumor horribilis, habet quoque venerabilium fratrum archiepiscoporum et episcoporum ac carissimi in Christo filii nostrorum Leonis, regis, et dilectorum filiorum nobilium virorum Ossini, comitis Curchi, gubernatoris ceterorumque baronum populi regni Armenie litterarum nobis missarum assertio, habet insuper relatio nuntiorum quod, Infidelium in quorum vicinio est dictum regnum positum superbia inundante, multitudo premaxima, collectis viribus, robore adunato, ab anno citra dictum regnum ter invasit hostiliter ipsumque crudeliter ag[g]redi et ingredi non expavit, in quorum aggressibus singulis immensa da[m]pna in personis

et rebus intulit dicto regno. Primo quidem efferus Tartarus, Damordas proprio nomine nuncupatus, magnus et potens inter Tartaros regno Armenie adjacentes, Armenis insciis, cum triginta mil[li]bus equitum et peditum multitudine copiosa, hostiliter dictum regnum intravit, in quo viginti quinque dierum spatio moram contrahens, discurrendo quasi per totam planiciem dicti regni, agros depopulans, villas et domos exponens incendio, bona mobilia queque reperta inibi rapiens, effringens ecclesias, altaria polluens, presbyteros et clericos et alios pretioso Christi redemptos sanguine, immaniter, in Dei contemptum, et totius christianitatis opprobrium, crudeliter trucidavit. Post cujus Damorde de regno predicto pestilentem egressum, quidam alius illo nequior, crucis hostis et blasfemus[1] nominis christiani, nomine Haramanus[2], Turcomanorum dominus, regnum predictum quod nondum de prioribus calamitatibus respirarat, dolores superaddens doloribus et addendo vulnera graviora vulneribus, hostiliter introivit, ejusdem regni residuis dissipationi et vastitati crudeliter expositis per eundem. Quo siquidem, post perpetrationem malorum innumerabilium, a regno recedente predicto, bestia illa nequissima, ire (*sic*) plena, Soldanus videlicet Babilonis, ad predicti regni totalem discipationem (*sic*) et subversionem aspirans, multitudinem maximam peditum et equitum hostiliter in Armeniam destinavit; que, regnum ingressa predictum Lajacium, Armenie civitatem, locum utique insignem, primo hostiliter subigens, et tandem castrum ipsius, fortissimum et in mari s(c)itum, per navalis obsidionis insidias et insultus expungnans, civitatemque et castrum hujusmodi occupans, ipsa totaliter dirruit et destruxit, ac regnum prefatum et fideles degentes in eo gravibus plagis et diris afficiens cruciatibus, quecunque reperiit[3] ibi residua rapuit et consumpsit. Ex quibus idem Soldanus et alii nominis christiani blasfemi[4], Redemptori nostro opprobriis exprobantes, non solum ad ejusdem regni exterminium, sed ad regni Cipri occupationem aspirant, ad hoc prava sua molimina multipliciter preparantes; nam dictus Soldanus, ut relatione percepimus fide digna, carissimum in Christo filium nostrum Henricum, regem Cipri illustrem, pro eo noviter diffidavit quia rex ipse, pie compassus Christi redemptis sanguine, nonnullos de dicto castro Laiacii et regno predicto Armenie, missis in eorum succursum magnis navigiis][5], de dictorum impiorum manibus liberavit, ipsis salubriter in Ciprum adductis. Hiis utique et hiis similibus, ymmo gravioribus, prefatum regnum Armenie agitatur procellis, hiis trahitur fluctibus, hiis tempestatibus fluctuat, talibus in(h)ibi christianitas lacescitur injuriis, talibus lassatur angustiis, talium pressurarum mole comprimitur, et profecto, nisi sibi subveniatur celeriter, sicut creditur, irremediabiliter opprimeretur. Quod si, quod absit, fieret, aditus ad Terram Sanctam eripiendam de impiorum manibus difficilis nimium, immo pene inadibilis redderetur. Tantis ergo periculis dictum regnum, et quasi fatali ad[d]i[c]tum discrimini conmemorat se subjectum, seque diutius et immensis pressuris oppressum denuntiat, enervatum viribus, exinanitum incolis, evacuatum opibus, ope desertum et necessarie defensionis auxilio destitutum, clamans et ejulans exhiberi sibi subcidium contra fidei inimicos qui, ad abolendum de ipso regno christianum nomen et cultum, immo ad omnino exterminandum illud modicum christianitatis residuum quod in illo Dei misericordia conservavit, ardenti aspirant desiderio et proposito dam(p)nando suspirant. Quis igitur orthodoxe fidei zelo fervens, ad tantum fidelium vindicandum ocius non ex[c]itetur opprobrium? Quis illico non exurgat adversus nequitiam malignantium aut non stabit adversus iniquitatem nephandis studiis operantes? Quis vocibus fidelis sanguinis de terra clamantibus ad tam graves non accendatur injurias ulciscendas? Exurgant igitur viri ad bella doctissimi, strenui regni Francie bellatores, accingantur viri potentes a seculo, ne tot mala, propter suam desidiam, suis fratribus inferantur. Prodeant in publicum eorum signa victricia quorum potentiam specialiter expectat et expetit regnum illud; eis debetur regni prefati defensio et finaliter victoria[6] hujus belli. Hec eis parantur ad gloriam, hec eis ad meritum reservantur. Non desit, quesumus Domino, in tanto discrimine virtus strenuitatis ipsorum, quam ipsis concessit specialius inter ceteras nationes. Exurgat fidelis regni prefati populus, ut intrepide in hostiles irruat acies, turmam

Infidelium opprimat et exterminet agmina impiorum ; assistens quidem Dominus servis suis, in se sperantes non deseret, se timentibus tribuet firmamentum, quoniam non est abreviata illius dextera, sed ejus brachium bella conterens et comminuens cornua superborum, atletis suis virtutem tribuet ac preliantes per sui nominis gloria confortabit. Hec equidem et hiis similia pro prefatis Armenis fidelibus contra prenominatos hostes perfidos citra triennium miraculose est operata misericorditer clementia Salvatoris, que utique ad cunctorum Christi fidelium eo potius pervenire desideramus notitiam, quo, hiis plenius intellectis, de divina confisi potenti benivolentia, promptius et ferventius ad ulciscendas ipsius nostri Salvatoris injurias ac subveniendum suis fratribus accingantur. Dudum siquidem, citra triennium antedictum, dum dicti Soldani exercitus, Armenie regni depopulatus planiciem, capta preda spoliaque dividens, exultaret essentque, ut fertur, numero decem octo mil[l]ia equitum Sarraceni, ducenti atlethe Christi dumtaxat vel circiter, fideles Armeni, suam in eo, cui est facile in manu paucorum plures concludere, spem ponentes, ipsos adeo aggressi fuerunt viriliter et potenter quod, victrice Dei potentia ipsis, ut firmiter credimus, assistente, sex mi[l]lia Sarracenorum equitum, nonnullis ex eis in eorundem christianorum servitutem adductis, dicuntur in ore gladii peri[i]sse. Subsequenter autem, cum post demolitionem et eversionem civitatis et castri Lajacii predictorum, Soldani crudelis exercitus, sicut ursus esuriens et leo rugiens, regnum predictum percurreret, nemine resistente, sexcenti Armenorum gentis fidelis equites, mori potius quam videre tot christianitatis opprobria eligentes, in eo ponentes spei sue fiduciam qui victoriam dat de celo, hostes ipsos respectu ipsorum innumeros aggressi sunt intrepide, de quibus, divino fulti presidio, victoriam ad Dei gloriam reportarunt[7], propter quod admiratus, exercitui Sarracenorum presidens, timore repletus et viribus destitutus, ipsis Armenis non valens resistere, a facie ipsorum fuge presidium requisivit su[i]sque gentibus postmodum recollectis, quatuor seu quinque mi[l]lia equitum deesse priori ipsorum numero adinvenit. Cum itaque speremus verisimiliter, nec indigne, quod, si predicte persecutionis acerbitas qua regnum illud per Infideles diutinis est lacessitum molestiis, ac discrimina que hostium fidei crudelitas tam (de) Armenis ipsis quam orthodoxe fidei, nisi occuratur ocius, comminatur, nec non et victorie paucis fidelibus contra multos infideles de celo concesse fideliter exponantur, fideles Christi pietatis o(c)culo regnum illud respicient et ad reprimendum eorundem Infidelium conatus adversus se accingent viriliter et potenter oportunaque non ommittant subcidia suis fratribus exhibere, nos, de vestra prudentia ac zeli fervore ad ea que Dei sunt pleniorem fiduciam obtinentes, vobis et vestrum singulis premissorum expositionem fidelibus vestrarum civitatum et diocesum faciendam ac efficacem inductionem ipsorum ut, predictis in consistorio recte considerationis adductis, premissa, cum omni promptitudine, curent prosequi, duximus committendas, vobis ac vestrum singulis sub virtute sancte obedientie ac in vestrorum remissionem peccaminum districtius injungentes quatinus, in hujusmodi officio, juxta vobis a Deo datam prudentiam procedentes, efficaciter et prudenter illud per vos seu alios ad hoc ydoneos, religiosos seu seculares, de quibus videritis expedire, quibus districte presentium auctoritate precipimus et mandamus quatinus, non obstantibus quibuscumque privilegiis religiosis ipsis vel eorum ordinibus ab Apostolica Sede concessis, quorumcunque tenorum existant, etsi de illis facienda esset in presentibus mentio specialis, vobis et vestrum singulis circa premissa prompte pareant et intendant, exequi cum diligentia qua convenit studeatis ; ad que compellendi per censuram ecclesiasticam religiosos et seculares eosdem, si necesse fuerit, appellatione posposita, quibusvis privilegiis seu indulgentiis contrariis eis vel eorum ordinibus ab Apostolica Sede, sub quacumque forma verborum concessis, nequaquam obstantibus, vobis et vestrum singulis plenam concedimus auctoritate presentium potestatem. Et ut iidem fideles premissa eo libentius eoque ferventius prosequantur quo potiorem se noverint fructum ex suis laboribus percepturos, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, et illa quam nobis, licet insufficientibus meritis, Deus ligandi atque solvendi contulit potestate, omnibus qui infra

biennium a proximo futuris kalendis maii numerandum, contra Soldanum et alios Infideles, in succursum et auxilium regnorum Armenie et Cipri predictorum in personis propriis et expensis accesserint, in eis vicissim vel eorum altero ad minus per unius annis spatium juxta dispositionem Sedis Apostolice moraturi, illam peccatorum suorum de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, veniam indulgemus que proficiscentibus in Terre Sancte subcidium concedi per Sedem[8] Apostolicam consuevit, et in retributione justorum salutis eterne poliscemur augmentum. Illis etiam qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis juxta facultates et qualitates suas ydoneos bellatores infra idem tempus curaverint destinare, tantundem inibi juxta dispositionem eandem per ejusdem temporis spatium moraturos eisque similiter qui licet in alienis expensis, in personis tamen propriis infra dictum annum illuc accesserint, ibidem quoque juxta dispositionem eandem per ejusdem temporis spatium moraturi, nec non et illis qui in suis dumtaxat expensis, juxta facultates et qualitates suas, pro aliquibus personis in eisdem regnis juxta dispositionem predictam vel eorum altero, ad ipsorum regnorum vel alterius eorundem defensionem, seu ad impugnationem hostium christiani nominis, moraturis, misericorditer saltem per annum providerint, illam suorum de quibus, ut predicitur, corde contriti et ore confessi fuerint, concedimus veniam peccatorum que proficiscentibus in Terre Sancte subcidium concedi per Sedem Apostolicam consuevit. Hujusmodi quoque remissionis volumus esse participes, juxta quantitatem subcidii et devotionis affectum, omnes qui ad subventionem ipsius negotii infra annum, ut predicitur, a dictis kalendis maii numerandum, de bonis suis congrue ministrabunt. Omnibus autem personaliter transfretantibus in subcidium dictorum regnorum, sive in expensis propriis sive in alienis, ut premissum est, si vivifice crucis signaculo petierint insigniri, ipsis, per vos vel alium seu alios quibus committendum duxeritis, volumus hoc concedi. Omnium autem illorum nomina quos per vos vel alios dicto signaculo contigerit insigniri, per vos seu vestros commissarios in scriptis redigi precipimus, nosque de ipsis reddi per vestras litteras certiores, ut sic certior habeatur regnorum predictorum succursus. Adicimus insuper ut omnes et singuli qui, post iter infra eundem annum a dictis kalendis dumtaxat arreptum, in regnis predictis vel eorum altero seu in itinere fuerint rebus humanis exempti(s), illam suorum, ut predicitur, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, consequantur veniam peccatorum que proficiscentibus in Terre Sancte subcidium concedi per Sedem Apostolicam consuevit. Dispositionem eorum que ex hujusmodi fidelium misericordi provisione obvenerint pro dicto subsidio facienda, Sedi Apostolice specialiter reservamus, ut de illis pro defensione oportuna ejusdem Armenie vel ipsius regni Cipri aut aliarum fidelium adjacentium partium, prout salubris status eorum exegerit et expediens fore viderit, valeat salubrius ordinare.

Ceterum volumus, ac vobis vestrumque singulis in virtute obedientie districtius injungimus et mandamus ut, juxta ordinationem dudum habitam in consilio Lugdunensi, tam in cathedralibus quam in singulis vestrarum civitatum et diocesum ecclesiis poni truncum concavum faciatis, tribus clavibus consignatum, prima penes loci ordinarium, secunda penes ecclesie sacerdotem, tertia per aliquem laicum ydoneum et fidelem illius parrochie in qua truncus extiterit, per dictum eligendum ordinarium, fideliter conservandis, in quo dicti fideles, juxta quod Dominus eorum mentibus inspiraverit, suas helemosinas deponere in dictorum regnorum defensionis subcidium ac impugnationem hostium nominis crucifixi suorumque remissionemque peccaminum moneantur.

Et ut hec ab illo a quo bona cuncta procedunt facilius impetrentur, in ipsis ecclesiis semel in ebdomada certa die quam sacerdos pronunciet populo, missa publice, una videlicet epdomada, missa de sancta Trinitate, secunda de beata Virgine, tertia de sanctis Angelis et sic deinceps cum devotione et reverentia decantetur. In qualibet autem missarum hujusmodi, cum omni devotione post Agnus Dei, ante susceptionem corporis Domini, psalmum dici mandamus et decernimus infrascriptum, videlicet : Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam[9], cum : Gloria patri; et versiculis qui secuntur : Versiculus : Salvos fac servos tuos — Responsio : Deus meus sperantes

in te — Vers. : Esto nobis, Domine, turris fortitudinis — Resp. : A facie inimici — Vers. : Nichil proficiat inimicus in nobis — Resp. : Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis — Vers. : Exurge, Domine, adjuva nos — Resp. : Et libera nos propter nomen tuum.

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt potestates et omnium jura regnorum, respice ad populum christianum tuum, nomen sacratissimum invocantem, ut gentes que in sua feritate confidunt potentie tue dextera conprimantur.

Alia vero oratio semper dicatur in omnibus missis : Hostium nostrorum, quesumus Domine, elide superbiam, et eorum contumaciam dextere tue virtute prosterne, per Christum Dominum nostrum. Amen.

In omnibus autem missis aliis que infra ebdomadam dicuntur, semper dicatur, post Agnus Dei et ante susceptionem corporis Domini nostri Jhesu Christi, psalmus : Deus in adjutorium meum intende[10] —, cum versiculis supra scriptis, et cum oratione : Hostium nostrorum. Hujusmodi vero elemosine et oblationes que in truncis mittentur seu deponentur eisdem, diligenter et fideliter conserventur ; et ut de eis et largitionibus aliis que pia fidelium largitate provenerint, secundum dispositionem Sedis ejusdem oportuna subventio dictis fidelibus proficiscentibus in dictorum regnorum defensionem et subcidium ministretur, et nulla fraus committatur in eis, et absque diminutione qualibet fideliter conserventur, et in defensionem et subcidium hujusmodi integraliter convertende, volumus et per vos et vestrum quemlibet in vestris civitatibus et diocesibus districte precipimus observari quod dicti trunci, in presentia sacerdotis et layci predictorum ac alterius probi viri, quem ordinarius loci seu vacantis ecclesie cathedralis vicarius duxerit deputandum, quater ad minus et pluries, si hoc expediens fuerit, adhibito ad hoc tabellione publico, aperiantur in anno, et de omnibus que reperientur in eis in dictorum sacerdotis et laici ac alterius probi viri et publici tabellionis presentia, per dictum tabellionem fiant publica instrumenta, et ea que taliter inventa fuerint, in eisdem numerata fideliter et etiam consignata, ad cathedralem ecclesiam illius vel illorum locorum ubi hujusmodi trunci cons(c)istent, caute et fideliter deferantur, et in proborum virorum presentia, in tuto loco, secundum quod loci ordinarius vel ejus vicarius una cum suo capitulo ordinaverit, reponantur. De omnibus insuper que secundum premissum modum deponi continget, fiant ad minus tria publica instrumenta, quorum unum penes loci ordinarium, aliud penes ipsum capitulum, tertium vero apud ipsum sacerdotem debeant remanere, ex[h]ibenda et ostendenda, et ad Sedem Apostolicam remittenda, saltem unum ex ipsis, per ordinarium supradictum de sex mensibus in sex menses. Et ut hec pure et fideliter peragantur, et tam pii necessariique negotii subventio festina et celeris ac etiam oportuna, annuente Domino, ministretur, nec aliquid inde dematur quod pro executione tam necessarii piique negotii fuerit erogandum, et ut quos Dei timor a malo non revocat, saltem severitatis ecclesiastice censura compescat, omnes et singulos cujuscunque dignitatis ecclesiastice vel mundane, seu status, ordinis, vel conditiones extiterint, qui de predictis oblationibus vel emolumentis seu obventionibus per se vel alios aliquid recipere seu retinere aut subtrahere forte presumpserint seu premissa committentibus prebuerint consilium, auxilium vel favorem, auctoritate apostolica excommunicationis sententiam incurerre volumus ipso facto, a qua per alium quam per Romanum pontificem absolvi nequeant, preter quam in mortis articulo constituti ; quo quidem cessante periculo, si se, quam cito comode poterunt, Sedi Apostolice mandatum ipsius humiliter recepturi et satisfacturi super hiis, prout suadebit justitia, contempserint presentare, in pristinam sententiam recidant eo ipso, non obstante si eis vel eorum aliquibus aut ordinibus eorumdem sub quavis conceptione verborum a Sede Apostostolica sit indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenum et expressam ac deverbo ad verbum de indulto hujusmodi, eorumque personis, locis vel ordinibus, aut propriis nominibus mentionem. Datum Avinione, pontificatus nostri anno septimo[11]. »

1. Reg. *blassemus*.
2. *Hermannus* dans le numéro 1573, qui offre de nombreux passages communs avec la lettre ci-dessus.

3. Reg. *reperiis.*
4. Reg. *blassemi.*
5. Le mot manquant est donné par le c. 1166 (n° 1573).
6. Reg. *victorio.*
7. Reg. *reportarum.*
8. Reg. *cedem.*
9. Ps. LXXVIII, v. 1.
10. Ps. LXIX.
11. Le registre ne donne pas la date du jour et du mois, mais des lettres analogues ayant été faites pour tous les diocèses le 20 décembre 1322, celle que nous publions ici peut en toute vraisemblance être attribuée à la même date (cf. O. Raynaldi, *Annales eccles.*, 1322 § xxxix, où se trouve un extrait de la lettre adressée à l'archevêque de Brindisi : *Dat. Avinione* xiii *kal. januarii, anno* vii, d'après un rouleau de parchemin coté n° 747, provenant des Archives d'Avignon et transporté dans celles du Vatican). Voyez, au sujet de la Croisade, n° 1683, note 1.

1572 [Avignon, 20 décembre 1322.]

Archiepiscopo [Remensi] ejusque suffraganeis, de eisdem. (Reg. 111, fol. 288, c. 1165.)

«*Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo* [*Remensi*][1] *et ejus suffraganeis.* Dum mentis nostre aciem et interne considerationis aspectum ad Terre Sancte subcidium ejusque flebilem statum intenta meditatione convertimus, illud cum propheta dicere cogimur : Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Grandem utique afflictionem ejus futuram idem propheta commemorans nec habens cui compararet[2] illam, cui assimilaret, cuique equaret eandem, tempestati maris ejusque amaritudini, quod, tumescentibus fluctibus, ventorum impulsione concutitur, latrunculorum patet incursibus et hyantis aque periculis prompta demersione paratur, vicina quadam illi similitudinis et formidande nobis comparatione methaphore exequavit, cum diceret : Magna est velut mare contritio tua quam undique fluctus operiunt, venantur insidi[os]e hostes, jaculantur in mortem ; sed cum illius medelam difficile propheta conspiceret, quam longo jam spiritu cernebat langore tabescere, diutina relinqui desolatione videbat, merito subjunxit, ut diceret : Quis medebitur tui? Absunt namque qui diligunt, longe sunt ab ea qui opem ferant, instant qui odiunt, gravant, ut non resurgat, finitimos quoque ejus Armenos ipsorumque regiones, et sata pro se perque alios aggrediuntur, depopulantur et vastant, sic opprimunt ut eos perimant, sic opprimunt ut vel ipsis tributum dent, sic opprimunt ut Christi nomen, quod absit, abnegata fide, aboleatur in illis, Machemoto vero nequissimo serviant, illi impudico sternantur, hostes nobis fiant ex milite, apostate ex fideli, locus postremo non maneat ubi in transmarinis partibus, si caperetur Armenia, pedem christianitas sue devotionis affigat, nam, quod dolentes referimus et magna cordis amaritudine recensemus, diebus istis novissimis, prout venerabiles fratres archiepiscopi et episcopi, ac carissimus in Christo filius nostri Leo rex, ac dilecti filii nobiles viri Ossinus, comes Curchi, et gubernator ceterique barones ac populus regni Armenie nobis per suas litteras et nuntios lacrimabiliter intimarunt, Soldanus Babilonie, velut secundus nequitie Pharao, cujus cor contra Dei erat populum induratum, et Turchi, licet eos hactenus graviter afflixissent, quia christianis alia terra solida ultra marina preter Armeniam non remanserat, eam nunc de medio tollere conabantur, presertim quia fidedigna relatione perceperant Sedem Apostolicam decrevisse eisdem Armenis in tantis eorum oppressionibus, ut fidelibus, subvenire ; sic que dubitans ne Franci Armenis sociati eosdem efficacius impugnarent, idem Soldanus cum Tartaris qui dudum per centum annos Armenorum amici extiterant, per quos soliti erant se a Sarracenis defendere, eisdem obsistere, illos etiam impugnare, et cum Haramano, Turcamanorum domino, perniciosam amicitiam iniit, ut triplici fultus munimine, a tribus partibus Armenie terram invaderet, quo Armenorum resistentiam partitam minueret, eos aggrederetur securius, cautius, immo severius conculcaret, quod effectus vicinior docuit et pavor eorum proximus comminatur. Nam Damordas, magnus et potens inter eos qui Armenie adjacent Tartaros, etate, ut fertur, juvenis, moribus elatus, quique ob suam in Christi fideles nequitiam ac detestanda facinora et odii virus effusum, secundus a Sarracenis dicitur Machometus, cui, et si inchoata perfecerit, suam in christianos truculentiam consummando, abhominabile Deo Machometi nomen pollicentur, ut gaudeat, offerunt ut exultet, nam letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis, cum triginta mi[l]libus equitum Armenie regnum invasit, et per xxv dierum spatium quibus in ipso discurrit, ut hostis depopulatus est, vastavit, incendit et rapuit, boves quoque, oves et

cetera eorum animalia abegit, agrorum sata virentia pro equorum suorum pabulis adeo consumpsit, quod semen eis, unde deinceps sererent, non reliquit, et quia eorum hostilis in Armeniam non timebatur Tartarorum adventus, ipsique Armenie infirma et intima quoque cognoverant velut alias ubi familiarius conversati, occisis quamplurimis in planicie qui ad Armenie montes non fugerant, ac nonnullis qui in montanis et fortalitiis ejusdem fuge sue presidium posuerunt, pueris videlicet et feminis, in captivitatem abductis, effringunt ecclesias, altaria polluunt, sacerdotes occidunt, necnon abbatias, monasteria, casalia et prestarias ardentis foci flamma consumunt, quorum sic detestandus furor desevit immanius, quod non pepercit mortuis nec compassus est jam defunctis, cum eorum exhumaret corpora, sepulcra violaret, depredaretur tumulos, nuda relinqueret monumenta, sicut et viventium peculium rapuit, supellectilem spoliavit, dum conspecta queque diriperet, abscondita cupidius rimaretur. Ac deinde, post ejusdem Tartari Damordas de regno Armenie antedicto egressum, prefatus Aramanus, Turcomanorum dominus, ipsius Damordas procuratione, quin potius ne(quaquam machinatione, cum magno exercitu idem Armenie iterato regnum invasit, vastans et dissipans quod invenit; quem quidem Damordas de die in diem rediturum expectant cum tremore valido hostilem, nec [im]merito, et terribilem ejusdem in Armeniam reditum reformidant, prout eorundem prelatorum regis, gubernatoris, baronum et populi, calamitates hujusmodi et nonnulla circa hec alia continentes, transmisse nobis antedicte littere indicabant. Sed et Soldanus idem, prefata dudum machinata nequitia, triplici volens Armenos contritione conterere, post memoratum illorum egressum, innumeram equitum et peditum multitudinem hostiliter in Armeniam Sarracenorum inmisit, que depopulata est reliqua, vastavit atque combussit Lajacium, Armenie civitatem, locum utique insignem, cum suo inibi castro demoliens, et tandem navali obsidione vel bello captum, etiam ejusdem civitatis castrum fortissimum, in mari situm, evertens, ut illud Joelis prophete in hoc etiam vaticinium impleatur : Residuum eruce comedit locusta, residuum locuste comedit brucus, et residuum bruci comedit erugo, prout ad nos post prefatas Armenorum litteras et nuntios, fide digna sed mesta relatione pervenit. Qua de re clamat oppressus ad nos velut ad patrem filius, clamat fidelis ad Romanam Ecclesiam, ultramarinus populus ut ad matrem clamat afflictus, idem ad cunctos christicolas ut ad fratres, presidium postulans, ubera requirens, monita flagitans, vires indulgentie, largitionis et subventionis exposcens. Christianitas enim, ut prefati sumus, in Armenia paupere oppressa est. Soldanus illis insultat dum obtinet, minatur dum vincit, ex ho[c] blasphemus exprobrat Deo vivo, dumque superbit impius, incenditur pauper, affligitur qui minus potest, Jherusalem in Creatoris contumeliam detinet; in confusionem fidelium, in periculum animarum depopulatur Armeniam, vastat, incendit et urit; minatur exterminium illis, sue servitutis jugum perpetuum comminatur. Efferati, ut fertur, Egiptii moliuntur, ut navigent galeas parant, iter in Ciprum intendunt, regnum quippe fidele devotum tibi, Christianitati plurimum oportunum. Nam, ut eadem habet relatio, Soldanus ipse carissimum in Christo filium nostrum Henricum, regem Cipri illustrem, quia in tanto bellorum discrimine Armenis compassus, multos eorum ac aliorum fidelium de dicto regno Armenie et castro marino Lajacii antedicto, missis navigiis ut mortis iidem vitarent periculum et inibi utcumque sustentari valerent, in Ciprum fecit adduci, diffidavit elatus, sed non sic impii non sic, sed, ut speramus in Domino tanquam pulvis quem proicit ventus a facie terre, quia novit Dominus viam justorum et iter impiorum peribit, quod, nondum elapso triennio, in eodem regno Armenie contra Soldani exercitum qui, depopulatus Armeniam, in gravi multitudine fuerat, sue clementia dignationis effecit (*sic* ; nam, cum essent numero decem octo mi[l]lia equitum Sarraceni, christiani ducenti vel circiter, quibus vivere Christus erat et mori lucrum, in Salvatore nostro habentes fiduciam, in certis Armenie passibus Sarracenos aggredientes eosdem, sex milia ex eis equitum vel circiter ceciderunt in bello, nonnullis eorum aliis in christianorum servitutem adductis. Nunc etiam qui solitus est mirabilia in suis operari fidelibus, misericors non desistit, quippe, ut ex prefata relatione percepimus, post demolitionem Lajacii eversionemque marini castri ejusdem, dum eadem Soldani inmissa hostiliter equitum et pedi-

tum in Armeniam multitudo, sicut exultant victores, capta preda, insolentius letarentur, sexcenti Armenie milites, animo constantes et strenui, ter eadem die particulari conflictu cum longe pluribus eis ex eadem multitudine tunc sibi vicissim succedentibus hostibus habito, palmam victorie reportarunt adeo ut admiratus, qui eidem Sarracenorum multitudini preerat, recollecto militum suorum exercitu, quatuor vel quinque milia equitum, computatis hiis qui in pugna Lajacii et castri ex eis ferro perierant, deesse priori suorum numero inveniret. Nec mirum, nam clamaverunt justi ad Dominum cum tribularentur et de necessitatibus eorum liberavit eos. Verum, quia sepe mala bonis inferantur ut meliores fiant, sepe peccatoribus, ut convertantur, sepe justis, ut probentur in illis, nam vasa figuli probat fornax, homines vero justos temptatio tribulationis, qui justi sunt sicut sol in justitia maneant, nam beatus vir qui suffert temptationem, cum probatus fuerit, accipiet coronam vite quam repromisit Deus diligentibus se, quod boni in malis temptati crescant; crevit enim Job dum affligeretur et recepit de manu Domini duplicia; qui vero peccatores quales nos omnes esse ex humilitate existimare debemus, nam, si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est, convertamur ad Dominum et miserebitur, quia pius et misericors est et multus ad ignoscendum et per cordis contritionem, oris confessionem et operis satisfactionem scrutemur vias nostras et queramus et revertamur ad Dominum. Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in celos, quia non repellet in sempiternum Dominus quia, si abjecit, et miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum. Clamaverunt itaque ad Dominum, dum tribularentur; clamant et nunc oppressi, dum sustinent et graviora ab opprimentibus reformidant; clamant utique ad Deum; clamant ad ejus vicarium cunctosque christicolas et, ut subveniatur in tempore, devota precum instantia interpellant. Nunquid igitur nos ac universi Christi fideles, dum illius qui pro nobis in cruce passus est vulnera cerninus, afflictiones memoramus, opprobria recensemus quibus saturatus est, quique illi ab insipiente sunt tota die[1], nunquid, inquam, in tanta fidelis populi contritione, tanta miseria, tanto ejus clamore, tantoque illius pavore et nephande impudicitie formidando metu, et, nisi celerius succurratur eidem, non incertis, continere poterimus lacrimas, premere gemitus, vis[c]era concludere pietati? Absit a mente fidelium a christicolis relegetur. Quare nos hec, et fratres nostri prefate Romane Ecclesie cardinales, maturo pensantes judicio, eadem lib(e)ra debite considerationis appendimus et ex intimis nostre mentis precordiis condolemus. Et ut tantis precaveamus dispendiis, occuramus casibus rerum, da[m]pnis animarum corporumque periculis succurramus, vias cogitamus et modos quibus hiis celeriter medela prestetur et inter cetera que nobis in presentiarum et memoratis fratribus nostris pro expedientiori se exhibent, ipsorumque Armenorum devota supplicatio continebat pec[c]uniarium a Christi fidelibus prestandum subcidium, quo Armenie et Cipri regnis predictis de frumento et ordeo aliisque victualibus et ad vitam necessariis, ac armis et stipendiariorum stipendiis quibus nunc maxime pro defensione sui Armenia indiget, succurratur necnon quod bellatores ydonei, tam equites quam pedites, illuc pro ipsius defensione Armenie ex eorundem fidelium subcidio destinentur occurrerit, donec Omnipotens, tantis ejusdem afflicti populi ac totius Christianitatis in illo tribulationis sue benignitatis miseratione compassus dextere sue potentiam extenderit adjuvamen. Ut autem premissa eo promptius eoque ferventius exequi studeant quo pro laboribus suis se premia spiritualia percepturos senserint ampliora, nos de Omnipotentis Dei misericordia[1], — concedi per Sedem Apostolicam consuevit.

Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie ac vestrorum remissionem peccaminum districtius precipiendo mandamus quatinus, mercedis hujusmodi effecti participes, vos et quilibet vestrum, in vestris civitatibus et diocesibus, per vos et quosvis religiosos et seculares quos ad hoc ydoneos duxeritis deputandos, litteras hujusmodi, quotiens eas vobis exhiberi et presentari contigerit, reverenter recipere, ac illas et indulgentias ac remissiones et alias in eis contenta publice coram populo propter hoc convocando specialiter, cum expediens visum fuerit, diligenter legere et per verbum predicationis, juxta vobis a Deo prudentiam prestitam, publicare

et vulgarisare curetis. Ad hec religiosos et seculares predictos per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, si necesse fuerit, compellentes; non obstante indulgentia, si qua religiosis ipsis vel eorum ordinibus a Sede prefata forsitan sit concessum quod se non debeant intromittere de negotiis que sibi per Sedem committuntur eandem, aut si eis ordinibusque suis seu quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede sit indultum predicta quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Dispositionem autem eorum que ex hujusmodi fidelium misericordi provisione — valeat ordinare. Ceterum volumus — propriis nominibus mentionem. Datum Avinione[6]. »

1. D'après l'index du registre.
2. Reg. *compareret*.
3. Reg. *considerationibus*.
4. Psaume LXXIII, v. 22.
5. Pour les passages supprimés ici, se reporter aux passages analogues de la lettre précédente (n° 1571).
6. Au sujet de la date, voir ci-dessus n° 1571. Nous retrouvons d'ailleurs la date : *Dat. Avinione*, XIII *kal. januarii, anno septimo*, dans une lettre adressée : *Universis Christi fidelibus*, qui reproduit en grande partie celle que nous publions ici (REG. VAT. 62, *de negotiis Tartatorum*, fol. 9 ; — REG., 74, fol. 3, v°, c. 8 ; — Cf. O. RAYNALDI, *Annales eccles.*, 1322, §§ XXXIII-XXXIX, extrait).

1573 Avignon, 20 décembre 1322.

Episcopo Parisiensi de eisdem. (REG. 111, fol. 291, c. 1166.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Parisiensi.* Ad pie matris[1] — nominibus mentionem. Datum Avenione. »

1. Le texte de cette lettre est le même que celui de la lettre publiée plus haut (n° 1571), nous ferons les mêmes remarques au sujet de la date ; voyez aussi n° 1572, note 6.

1574 Avignon, 22 décembre 1322.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, super prorogatione solutionis decem millium librarum tur. de bonis quondam Petri, episcopi Carcassonensis[1]. (REG. 111, fol. 193 v°, c. 814.)

Dilectis filiis nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus. Ex parte vestra dudum exposito coram nobis quod, vigore contractus initi super quodam debito decem mil[l]ium librarum turonensium in quibus bone memorie Petro, episcopo Carcassonensi, dum viveret, ex causa tenebamini mutui, ac, virtute juramenti a vobis super hoc prestiti, eratis, sicut adhuc esse noscimini, predicti debiti solutionis termino jam elapso, ad tenendum ostagia personalia Carcassone, donec de dicto debito quod dictus episcopus in suo testamento legavit Terre Sancte passagio generali, satisfecissetis, astricti, nos, volentes in hac parte vobiscum agere gratiose, per dilectum filium magistrum Hugonem de Engolisma, archidiaconum de Biliomo in ecclesia Claromontensi, per nos ad exigendum et conservandum, nostro et Ecclesie Romane nomine, bona mobilia dicti episcopi deputatum, relaxationem super eisdem ostagiis que nunc observabatis personaliter, usque ad festum Nativitatis dominice proximo venturum, sub certis conditionibus, pactis et obligationibus appositis et factis, penarum interpositione et juramento vallatis, contractu tamen principalis obligationis alias semper in sui roboris firmitate durante, concedi per nostras certi tenoris litteras fecimus de gratia speciali. Cumque secundum conditiones, pacta et obligationes hujusmodi, vos, absque monitione et requisitione quacunque, debetis et tenemini, in predicto termino festi Nativitatis Domini, ad dicta tenenda et observanda ostagia personalia Carcassonam reverti, nisi in dicto debito satisfactionem impenderitis interim vel nos duceremus super hoc aliud ordinandum, nos, vestris supplicationibus inclinati, sub eisdem obligationibus, pactis, conditionibus, juramentis, penis et cautelis quibus estis ad revertendum Carcassonam in dicto termino Nativitatis dominice, pro dictis tenendis et observandis ostagiis, obligati, coram venerabili fratre Gasberto, episcopo Massiliensi, camerario nostro, renovandis, faciendis et, prout melius et utilius faciendum videbitur, ineundis ac etiam adhibendis, predictum terminum usque ad proximo instans festum beate Marie Magdalene vobis ex uberiori gratia prorogamus. Datum Avinione, XI kal. januarii, anno septimo. »

1. Voyez sur le même sujet n°s 1420, 1440-1442, 1731.

1575 Avignon, 24 décembre 1322.

Magistro Johanni de Arpadella formam litterarum apostolicarum super quibusdam negotium transmarinum tangentibus regi Francie scriptarum mandat, ne ejusdem Johannis verba ab ipsarum litterarum tenore quomodolibet discreparent. (Reg. 111, fol. 193 v°, c. 813.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi, capellano nostro.* Nuper dilecti filii Petrus, electus Vivariensis, et nobilis vir Matheus de Varenis, miles, nuntii carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, ad nostram presentiam destinati, certos ex parte dicti regis nobis dederunt articulos super quibusdam tangentibus negotium passagii transmarini, quibus de fratrum n[ost]rorum consilio respondimus[1], et super hoc prefato regi per eosdem rescribimus nuntios juxta formam quam continet sedula (*sic*) presentibus interclusa. Volentes igitur te super hiis reddere solicitum et attentum, discretioni tue presentium tenore mandamus quatinus punctatim et seriose videas et plene recolligas omnia et singula que in carta hujusmodi contine[n]tur ut, si te coram eodem rege vel ejus consilio super premissis aliquid loqui vel dicere forcitan expedire[t], adeo prudenter et provide si[s] previsus quod nichil loquaris vel dicas quomodolibet circa illa quod a dictis et responsionibus nostris hujusmodi aliquatenus discreparet, nos nichilominus redditurus de omnibus que super predictis audiveris certiores. Datum Avinione, IX kal. januarii, anno septimo. »

1. 5 décembre 1322 (n° 1562). Au sujet de la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1576 Avignon, 24 décembre 1322.

Carolo Valesii responsiones super certis articulis passagium transmarinum tangentibus a Caroli, regis Franciæ, nuntiis præsentatis, mittit. (Reg. 111, fol. 194, c. 817.)

« *Dilecto filio magnifico viro Carolo, regi[s] Francie filio, comiti Valesii.* Tuam, fili, supponimus magnificentiam non latere qualiter dilecti filii Petrus, electus Vivariensis, et nobilis vir Matheus de Varenis, miles, nuntii carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, nuper ad nostram presentiam accedentes, certos dederunt nobis ex parte dicti regis articulos super quibusdam tangentibus negotium passagii transmarini. Et licet teneamus indubie tibi responsiones quas de fratrum nostrorum consilio fecimus ad predicta et super quibus dicto regi rescribimus reserandas[1], ut tue tamen excellentie plenius innotescant, illa tibi mittimus in cedula presentibus interclusa. Datum Avinione, IX kal. januarii, anno septimo. »

1. Voyez n° 1562.

1577 Avignon, 24 décembre 1322.

Raymundo de Balaeto de diversis pecuniarum summis quas quondam G. de Balaeto, archidiaconus Forojuliensis, capellanus apostolicus, nuntius in regno Siciliæ, Campaniæ Maritimæque ac Beneventi rector, germanus suus, receperat, dum vivebat, quittationem dat. (Reg. 111, fol. 405, c. 1702.)

« *Raymundo de Balaeto de Suriaco, Sarlatensis diocesis.* Cum sicut in — Dat. Avinione, IX kal. januarii, anno septimo. »

1578 Avignon, 30 décembre 1322.

Magistro Armando de Narcesio, ut detentores peculii et bonorum quondam Raydulfi, decani decanatus de Gaya, ordinis Cluniacensis, Trecensis diocesis, ad restitutionem compellat. (Reg. 111, fol. 403, c. 1694.)

« *Dilecto filio magistro Armando de Narcesio, decano ecclesie sancti Stephani de Tescone Montisalbani.* Dudum apud Sedem — Datum Avinione, III kal. januarii, anno septimo. »

1579 Avignon, 7 janvier 1323.

Johanni, duci Britanniæ, respondet se negotium, cujus ratione Geraldus de Bisturre, decanus Andegavensis, ad curiam apostolicam missus erat, expedire quoad præsens non posse. (Reg. 111, fol. 194 v°, c. 818.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni, duci Britannie.* Super sol[l]icita diligentia — Datum Avinione, VII idus januarii, anno septimo. »

1580 Avignon, 7 janvier 1323.

Littera de securo conductu pro Bertrando de Capdenaco, magistro hostiario, et Raymundo de Villanova, ad comitem Sabaudiæ missis. (Reg. 111, fol. 387, c. 1609.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum quorumcumque, necnon et nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, senescallis, justitiariis, potestatibus, capitaneis ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque et comunitatibus civitatum, castrorum, villarum et aliorum quorumcumque locorum, et aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum dilectos filios — merito debeamus[1]. »

1. La date est donnée par la lettre suivante.

1581 Avignon, 7 janvier 1323.

In e. m. pro dicto R [aymundo] de Villanova. (Reg. 111, fol. 387, p. c. 1609.)

« *Item fiat alia in eumdem modum, excepto quod dominus R. de Villanova preponatur. Datum Avinione,* vii *idus januarii, anno septimo.* »

1582 Avignon, 8 janvier 1323.

Comiti Sabaudiæ ad curiam venienti, de proximo adventu ejus ad Niciam, instanti die lunæ, congaudet eique Bertrandum de Capdenaco et Raymundum de Villanova, milites, mittit. (Reg. 111, fol. 386 v°, c. 1608.)

« .., *comiti Sabaudie.* Leti magnitudinis tue — Datum Avinione, vi idus januarii, anno septimo. »

1583 Avignon, 10 janvier 1323.

Hugoni de Engolisma, ut in assignationibus quorum dam bonorum quondam Petri, Carcassonensis episcopi, tam Guillelmo, nunc Carcassonensi episcopo, quam executoribus testamenti dicti Petri faciendis, procedat, licet in litteris apostolicis super hoc missis de reservatione thesaurarii bonorumque mobilium et quibusdam aliis mentio non habeatur. (Reg. 111, fol. 194 v°, c. 820; fol. 198, c. 849.)

« *Dilecto filio magistro Hugoni de Engolisma, archidiacono de Biliomo in ecclesia Claromontensi.* Quia quedam nostre — Datum Avinione, iiii idus januarii, anno septimo. »

1584 Avignon, 13 janvier 1323.

Johannæ, reginæ Franciæ, super adimpletione conditionum appositarum in tractatu matrimonii inter filiam ejus et Guigonem, dalphinum Viennensem. (Reg. 111, fol. 194 v°, c. 819.)

« *Carissime in Christo filie Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Nuper, filia carissima, relatione dilecti filii magistri Petri de Fretis, clerici et nuntii tui, ad nostram presentiam cum litteris credentie destinati, admiranter percepto quod quidam, nescitur quo ducti spiritu, dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, trahere per devium moliuntur quod, omisso matrimonio dudum inter ipsum et carissimam in Christo filiam nobilem mulierem... inclite recordationis Philippi, regis Francie et Navarre, viri tui, et tuam natam, per verba de presenti contracto, cum alia contraheret procurabant, nos dilecto filio Henrico, electo Metensi, dicti dalfini patruo, gubernatori Dalfinatus e vestigio direximus super hoc scripta nostra[1], qui quidem electus nobis per suas litteras rescriptivas respondit et obtulit insuper se paratum facere compleri per eundem dalfinum ea que super dicto matrimonio perficienda restabant, dum tamen illa, que promissa sibi fuerant, opere complerentur, quodque nuntios suos et litteras pridem ad tuam magnificentiam specialiter super hoc destinarat, quibus duxeras respondendum quod, cum carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, ad solutionem dotis promisse pro dicto matrimonio teneretur, super solutione illius impendenda instares, ut posses comodius, apud eum, et alia faceres et compleres ad que, secundum conventiones initas super hoc,

tenebaris. Cum autem dictus electus asserat quod sibi et dicto dalfino non modicum existeret onerosum apud eundem regem onus et anxietates dotis hujusmodi repetende subire, serenitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, premissis in scrutinio recte considerationis adductis, dotis solutionem predicte et aliorum premissorum omnium complementum sic per te studeas integraliter procurare, quod dictum dalfinum et partem suam ad alium quam ad te pro predictis recurrere non sit opus, sed tollatur omnino materia predictum matrimonium amplius occasione hujusmodi differendi. Datum Avinione, idibus januarii, anno VII°. »

1. Voyez n° 1564.

1585 Avignon, 17 janvier 1323.

Regem Franciæ rogat ut erga Amanavum de Astariaco se clementem exhibeat. (Reg. 111, fol. 194, c. 815; — L. Guérard *Doc. pont.*, t. II, p. 68, n° 215.)

« .., *regi Francie illustri*. Dudum, fili carissime, antequam ascenderes ad solium regie dignitatis, pro dilecto filio nobili viro Amanevo de Astariaco, familiari nostro, contra quem tuam magnificentiam dicebatur ling[u]a tertia irritasse, preces nostras eidem magnificentie meminimus obtulisse, quas benivolentia tua benigne recipiens, ipsas ad exauditionis gratiam benignius introduxit[1]. Sane quia, sicut audivimus, prefatus nobilis ad presentiam regiam ducitur arrestatus causamque ductionis hujusmodi penitus ignoremus, providentiam regiam duximus affectu ampliori quo possumus deprecandam quatinus, si casus conditio pro quo ducitur misericordia egeat, sic, nostre interventionis obtentu, dignetur circumspectio regia rigorem justitie clementia temperare quod nos, qui nobis impensum proprie ascribemus quidquid gratie aut favoris prefato nobili impensum fuerit in hac parte, constringamur ad regia beneplacita fortius, ipseque nobilis et omnes cari sui ad obsequendum promptius et devotius excellentie regie merito teneantur. Gratia Domini nostri Jhesu Christi cor regium in hiis et aliis dirigat et ab omni adversitate protegat et defendat. Datum Avinione, XVI kal. februarii, anno septimo. »

1. Voyez n° 1235.

1586 Avignon, 17 janvier 1323.

Mariæ, reginæ Franciæ, ut apud dictum regem pro eodem Amanevo partes suas interponat. (Reg. 111, fol. 194, c. 816; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 69, n° 216, non publié.)

« *Marie, regine Francie et Navarre illustri*. Pro dilecto filio — Datum ut supra. »

1587 Avignon, 17 janvier 1323.

In e. m. comiti Valesii. (Reg. 111, fol. 194, p. c. 816; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1588 Avignon, 18 janvier 1323.

Jordano de Insula ne quemquam ad duellum provocet. (Reg. 111, fol. 198 v°, c. 850; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 69, n° 217.)

« *Nobili viro Jordano de Insula, militi, familiari nostro*. Volens, fili, ad duelli certamen prudenter alium provocare, inter alia precipue consideranter debet attendere quod causa, pro qua vult provocationem hujusmodi facere, sit [ad] spectaculum hujusmodi reputanda sufficiens, et an ei suffragetur veritas sufficienterque nequeat alias comprobari, et, adhuc concurrentibus omnibus supradictis, nisi ex victoria talis certaminis utilitas evidens et notabilis provocanti vel rei publice speraretur probabiliter proventura, esset ab ea tutius abstinere quam ad eam faciliter prosilire. Ideoque nobilitati tue salubriter suadentes, eandem duximus in Domino deprecandam quatinus, hec cogitans et recogitans diligenter, ad provocandum quenquam ad tale certamen[1], in quo quidem divina providentia nonnunquam, nescitur quo occulto judicio, agonizantem juste permittit succumbere, te nolis facilem exhibere, nichilominus provisurus quod illum non prosequaris per talia quem non sine gravi dispendio posses a tui conjunctione sanguinis separare. Pro commissis autem contra nos nullum a quoquam

provocari ad talia volumus, quin immo, quantum expressius possumus, inhibemus; quod si forsan a quoquam contingeret fieri, curaremus sic provocati s' in omni curia, prout possemus, melius providere. Datum Avinione, x kal. febroarii, anno VII. »

1. Il s'agit du vicomte de Lomagne (voy. n° 1596).

1589 Avignon, 18 janvier 1323.

Molismensi et sancti Stephani de Divione abbatibus, ut capitulum ecclesiæ Lingonensis, quod de bonis mensæ Lingonensis, sede per Guidonis episcopi obitum vacante, receptis rationem reddere recusat, personaliter citent. (Reg. 111, fol. 403 v°, c. 1695.)

« *Dilectis filiis.., Molismensis, et.., sancti Stephani de Divione, Lingonensis diocesis, monasteriorum abbatibus.* Sua nobis venerabilis — Datum Avinione, xv kal. februarii, anno septimo. »

1590 Avignon, 18 janvier 1323.

Eisdem, ut Henricum de Salinis, canonicum Lingonensem, qui, certa questione inter Ludovicum, Lingonensem episcopum, et capitulum Lingonense adhuc pendente, contra inhibitionem apostolicam minas feroces officiali ejusdem episcopi inferre præsumpsit, citent. (Reg. 111, fol. 404, c. 1696.)

« *Eisdem judicibus.* Ex gravi conquestione — Datum ut supra. »

1591 Avignon, 21 janvier 1323.

Judici majori Provinciæ, quod deliberet si accessus ejus ad certas partes fructuosus fore videatur. (Reg. 111, fol. 387, c. 1610.)

« *Dilecto filio magistro Bonifacio de Fava, judici majori Provincie.* Litteras tuas et alias in eis interclusas quas nobis destinare curasti recepimus et in utrisque contenta vidimus et intelleximus diligenter, super devotione devotorum illarum partium congaudentes in Domino et eam plurimum commendantes, ac circa reductionem indevotorum ad devotionem et obedientiam adhibere proponentes, actore Domino, consilium oportunum. Accessus autem tuus ad partes illas nobis esset acceptus admodum, sed veremur quod, propter novitates que secute dicuntur, non esset, sicut illis cessantibus, fructuosus. Hoc autem tuo, qui plenius potes percipere predicti accessus exitum, duximus arbitrio relinquendum. Dat. Avinione, xii kal. februarii, anno septimo. »

1592 Avignon, 23 janvier 1323.

Petrum Danrocha Petro de Nogareto, thesaurario Burdegalensi, litterarum apostolicarum auditori, in limitatione territoriorum castrorum Pontis Sorgiæ et Bidaridæ cum Jacobo de Mutina, canonico Cameracensi, sacri palatii causarum auditore, facienda subrogat. (Reg. 111, fol. 404 v°, c. 1700.)

« *Dilecto filio Petro Danrocha, archipresbytero ecclesie de Capdroto, Sarlatensis diocesis.* Dudum ad nostri — Datum Avinione, x kal. februarii, anno VII°. »

1593 Avignon, 3 février 1323.

Henrico, electo Metensi, quod gentem armigeram congregare desinat, treugasque cum adversariis suis indictas inviolabiliter observare studeat. (Reg. 111, fol. 387, c. 1611.)

« *Dilecto filio Henrico, electo Metensi.* Causam subesse tibi — Datum Avinione, iii nonas febroarii, anno septimo. »

1594 Avignon, 3 février 1323.

Gasberto, Massiliensi episcopo, et Geraldo de Capmulo, regimen et administrationem ecclesiæ Avinionensis, Apostolicæ Sedi reservatæ, committit. (Reg. 111, fol 407 v°, c. 1713.)

« *Venerabili fratri Gasberto, episcopo Massiliensi, camerario nostro, et dilecto filio magistro Geraldo de Capmulo*[1], *archidiacono Caturcensi, ecclesie Avinionensis in spiritualibus et temporalibus vicariis generalibus auctoritate apostolica deputatis.* Dudum ecclesiam Avinionensem — Datum Avinione, iii nonas februarii, anno septimo. »

1. *Campmulo*, dans le registre, mais la lettre *m* a été exponctuée.

1595 Avignon, 4 février 1323.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, ut de statu Caroli, regis, et Mariæ, reginæ Francorum, sæpius scribat. (Reg. 111, fol. 195, c. 821.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Grata nobis est admodum sollicitudo[1] quam tua fraternitas vigilanter adhibet in significandis nobis sepius que tue occurrunt prudentie nuntianda, super quo tuam diligentiam, que utique non caret erga nos sincere devotionis indicio, plurimum in Domino commendantes, illam rogamus et hortamur attente quatinus, in hujusmodi laudando proposito stabiliter perseverans, continuare non desinas quod sic provide inchoasti; et quia votivum nostris accedit affectibus de statu carissimorum in Christo filiorum nostrorum K., regis, ac Marie, regine Francie et Navarre illustrium, quos optamus, eis gratia suffragante divina, sospitate perfrui, audire sepius certa nova, fraternitati tue id etiam suademus ut, quotiens se tibi oportunitas offerre [t], super hiis et aliis de quibus expedire cognoveris, frequenter studeas nos reddere certiores. Datum Avinione, II nonas febroarii, anno septimo. »

1. Reg. *sollicitudine.*

1596 Avignon, 4 février 1323.

Bernardo Jordani, militi, P. de Cunho, nuntium suum remittit; de ejusdem nuntii mora ac de dilata responsione excusationem petit præfatumque Bernardum hortatur ut circumspecte cogitet an expediat Jordanum de Insula, fratrem suum, ad duellum in curia Franciæ Bertrandum, vicecomitem Leomaniæ, provocare. (Reg. 111, fol. 198 v°, c. 851; — L. Guérard, *Doc. Pont.*, t. II, p. 70, n° 218.)

« *Nobili viro Bernardo Jordani, militi, domino Insule, familiari nostro.* Nobilitatis tue litteras nobis per dilectum filium P. de Cunho, tuum nuntium, presentatas, solita benignitate recepimus, et tam ea que in ipsis continebantur quam que nuntius ipse, pro parte tua, nobis curavit exponere pleno collegimus intellectu. Sane, quia multis et arduis negotiis nobis ingruentibus occupati, deliberare super illis adhuc ad plenum nequeamus, nec pro nunc tue nobilitati per consequens respondere, licet profecto nuntius ipse super hoc apud nos oportune institerit et sepius importune, ne tamen ulterior ipsius nuntii mora tuum forte gravaret animum, illum tibi duximus remittendum. Nos autem adhuc super dictis agendis plenius, actore Domino, deliberare ac tibi respondere disponimus, oportunitate capta. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus super mora ac dilata responsione hujusmodi, dictum nuntium habeas rationabiliter excusatum, nec cujuvis scripture seu verbo tua nobilitas credulam fidem adhibeat quod dictus nuntius super fratris sui promotionem apud nos aliquando institerit directe vel etiam indirecte, cum nec quicquam etiam ipsum exposuisse percepimus quod a sibi per te impositis aut a tua mente verisimiliter discreparet. Ad hec, quia relatione fide digna percepimus quod dilectus filius nobilis vir Jordanus de Insula, frater tuus, disponit dilectum filium nobilem virum Bertrandum, vicecomitem Leumanie, ad certamen duelli in curia Francie provocare, providentia tua an hoc expediat cogitet circumspecte. Ut autem quod dicto Jordano super hoc scribimus[1], tua nobilitas non ignoret, ecce quod cedula tibi patefaciet presentibus interclusa. Dat. Avinione, II nonas febroarii, anno VII. »

1. Voyez n° 1588.

1597 Avignon, 5 février 1323.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, concedit ut usque ad biennium votum quod de visitando limina beati Jacobi apostoli emisit, complere non teneatur. (Reg. 111 fol. 195, c. 722.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Cum sicut ex — Datum Avinione, nonis febroarii, anno septimo. »

1598 Avignon, 8 février 1323.

Unum capellanum in capella beatæ Mariæ prope portam Aurosam in civitate Avinionensi instituit eique redditus assignat. (Reg. 74, cur. fol. 17 v°, c. 40; — Reg. 82, cur. fol. 2 v°, c. 6[1].)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad divini cultus augmentum animarumque salutem solicitis studiis intendentes, ad horum promotionem eo libentius operam solertem impendimus quo per hoc magis gratum Altissimo credimus obsequium exhibere. Sane felicis recordationis Gregorius papa X, predecessor noster, inter cetera statuit in concilio Lugdunensi quod ita ordinum professoribus quibus victum questus publicus ministrabat, quibusdam exceptis, liceret in eisdem ordinibus remanere, si vellent, quod nullum ad eorum professionem admitterent, nec de novo locum aliquem seu domum acquirerent, neque loca seu domos, que tunc habebant, que dispositioni Sedis Apostolice reservavit in Terre Sancte subsidium aut pauperum vel aliorum usus per locorum ordinarios vel alios quibus id Sedes ipsa convertenda commiteret, alienare possent absque Sedis predicte licentia speciali, decernentes irritum et inane si secus super hiis contigerit attemptari, et in contrarium facientes excommunicationis sententia promulgata. Cum autem, sicut accepimus, fratres ordinis Penitentie Jhesu Christi, qui existebat unus de ordinibus memoratis, locum quem prope portam Aurosam in civitate Avinionensi obtinuerunt, duxerint deserendum, nullusque de illo absque auctoritate Sedis ejusdem disponere potuerit neque possit, statuto obstante predicto, nos, dictum locum ad pios usus deputare volentes, auctoritate apostolica statuimus, volumus et etiam ordinamus quod in capella beate Marie dicti loci unus presbyter idoneus per episcopum Avinionensem qui pro tempore fuerit instituendus, qui eidem capelle condecenter deserviat in divinis, ac infirmorum et pauperum ad hospitale dictum : Petitum civitatis predicte confluentium curam gerat, eisdem confessionis, eucharistie et extreme unctionis sacramenta, quotiens opus fuerit, ministrando eorumque corpora, cum decesserint, in cemeterio infra dictum locum deputato tradendo ecclesiastice sepulture, perpetuis temporibus habeatur. Volumus autem quod dictus presbyter pro sustentatione sua dictum locum cum capella, domibus, logiis, ortis, possessionibus, proventibus et omnibus juribus et pertinentiis suis, prout confrontatur cum rivo aque, ex parte una, et, ex altera, cum via publica qua itur de dicta porta Aurosa versus flumen Rodani, ac dicti ordinis fratres illum tenebant, habeat, teneat et possideat, legata et oblationes ibidem obvenientia recipiat pacifice et quiete, quas quidem oblationes ac legata et locum predictum cum omnibus juribus et proventibus, obventionibus et pertinentiis suis pro victu et sustentatione dicti presbyteri et servitorum suorum auctoritate predicta concedimus, donamus et in perpetuum assignamus, capellam, cimiterium et locum predicta ab omni jure parrochiali quoad premissa penitus eximentes. Nulli ergo etc. nostrarum constitutionis, volontatis, ordinationis, concessionis, donationis et assignationis infringere etc. Datum Avinione, VI idus februarii, anno septimo. »

1. Dans ce dernier registre, la lettre figure encore une fois sous le même numéro, dans la forme abrégée : « *Ad perpetuam rei memoriam. Rubrica.* Ad divini cultus augmentum animarumque salutem solicitis studiis intendentes, etc. ut in proxima superiori per totum usque in finem. Dat. ut supra. »

1599 Avignon, 13 février 1323.

Rostagnum Davini rectorem ejusdem capellæ beatæ Mariæ prope portam Aurosam Avinionensis civitatis instituit. (Reg. 82, cur. fol. 3, c. 8.)

« *Dilecto filio Rostagno Davini, rectorem capelle beate Marie prope portam Aurosam Avinionensis.* Meritis tue probitatis — Dat. Avinione, idus februarii, anno septimo. »

1600 Avignon, 15 février 1323.

Arnaldum de Brusaco de monasterio de Gondonio, Cistertiensis ordinis, Agennensis diocesis, motu proprio ad monasterium de sancto Andrea, sancti Benedicti ordinis, Avinionensis diocesis, transferens, præposito Avinionensi, archidiacono Beneventano et succentori Albiensi mandat ut eumdem Arnaldum recipi faciant in dicto monasterio de sancto Andrea in monachum. (Reg. 111, fol 404 v°, c. 1701.)

« .., *preposito Avinionensi.*., *archidiacono Beneventano, et*.., *succentori Albiensi.* Apostolice Sedis gratiosa — Datum Avinione, XV kal. martii, anno septimo. »

1601 Avignon, 20 février 1323.

Bertrando de Auriaco et Bernardo Amorosi, ut debita quæ quondam Petro, episcopo Carcassonensi, solvenda erant, exigant et recipiant. (Reg. 111, fol. 195, c. 723.)

« *Dilecto filio Bertrando de Auriaco, canonico Montisregalis, et Bernardo Amorosi, rectori ecclesiarum de Mossolenchis, Carcassonensis diocesis.* Intendentes dudum de — Datum Avinione, x kal. martii, anno septimo. »

1602 Avignon, 21 février 1323.

Henrico, electo Metensi, ut Gerardum Francisci, scutiferum Amadei, comitis Sabaudiæ, tunc apud Sedem Apostolicam existentis, quem gentes ejus, durantibus treugis, apud Mirabellum ceperant, liberet. (Reg. 111, fol. 387, c. 1612.)

« *Eidem* [*Henrico, electo Metensi*]. Non absque displicentia — Datum Avinione, ix kal. martii, anno septimo. »

1603 Avignon, 4 mars 1323.

Eumdem electum Metensem iterum hortatur ut dictum Girardum Francisci, familiarem comitis Sabaudiæ, libertati restituat. (Reg. 111, fol. 387 v°, c. 1613).

« *Dilecto filio Henrico, electo Metensi, gubernatori Dalfinatus Viennensis.* Licet detentio [1] Girardi — Datum Avinione, iiii nonas martii, anno septimo. »

1. *Sic*, pour *detenti*.

1604 Avignon, 9 mars 1323.

Regem Franciæ hortatur ut, ad dissentiones quæ in partibus Vasconiæ inter nobiles oriuntur sopiendas, studium adhibeat. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 827 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 71, n° 219.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Ad ea, fili — Datum Avinione, vi idus martii, anno septimo. »

1605 Avignon, 9 mars 1323.

Reginæ Franciæ super eodem. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 828 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 72, n° 220, non publié.)

« *Dicte regine* [*Francie*]. Supponentes, carissima filia, — Datum ut supra. »

1606 Avignon, 9 mars 1323.

Comiti Valesii super eodem. (Reg. 111, fol. 196, c. 829 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 72, n. 221, extrait.)

« *Comiti Valesii predicto.* Quia ad pacis — Datum ut supra. »

1607 Avignon, 14 mars 1323.

Bertrandum Cariti et Raymundum de Parisius de certa pecuniæ summa de bonis et peculio Odonis, olim prioris prioratus sancti Martini in Valle, Carnotensis diocesis, ordinis sancti Benedicti, et de ejusdem prioratus fructibus collecta quam Cameræ apostolicæ assignaverant, quittat. (Reg. 111, fol. 407, c. 1710.)

« *Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensis, et Raymu*[*n*]*do de Parisius, canonico Turonensis ecclesiarum.* Ex parte vestra — Datum Avinione, ii idus martii, anno septimo. »

1608 Avignon, 15 mars 1323.

Electo Metensi, gubernatori Dalphinatus Viennensis, ut ad pacem cum archiepiscopo Lugdunensi, domino Bellijoci et natis Amedei, comitis Sabaudiæ, firmandam, treugas prius indictas prorogare necnon procuratores ad curiam apostolicam mandare velit. (Reg. 111, fol. 387 v°, c. 1614.)

« *Electo gubernatori predicto.* Nuper deducto ad nostri apostolatus auditum quod venerabilis frater noster.., archiepiscopus Lugdunensis, et nobiles viri dominus Bellijoci, in terris eorum, ac Eduardus et Aymo, nati dilecti filii nobilis viri Amedei, comitis Sabaudie, per ballivum ipsius comitis publice mandari fecerant de armorum gentibus congregandis, fecerant

etiam fieri machinas quamplures et eas in quadrigis poni, ex quibus habebat communis opinio quod hec fiebant ad nocendum[1] dilecto filio nobili viro domino de Monteluello in terra, bonis et fortalitiis que idem nobilis a dilecto filio nobili viro Dalfino Viennensi tenet in feudum, et quod, ex adverso, idem Dalfinus vel tu, ejus nomine, gentes vestras armigeras paraveratis ad resistendum vel nocendum eisdem, nos, attendentes, quod ex talibus mandamentis seu paramentis, si procederetur ulterius, multa hinc inde possent periculosa scandala suscitari et bonum pacis utrinque, si Deus dederit, reformande, ad quod ferventer intendimus, impediri, ac volentes predictis scandalis obviare, per dilectum filium Symonem, tituli sancte Prisce presbyterum ac Lucham, sancte Mariæ in Via Lata diaconum cardinales, requiri eundem comitem in Romana curia existentem, sibique ex parte nostra fecimus suaderi quod sic faceret et ordinaret, sicque provideret super hiis de remedio oportuno, quod per dictos archiepiscopum et dominum Bellijoci ac filios suos non procederetur ulterius in premissis; et ultra hec, cum treuge inter dictos comitem et Dalphinum hactenus indicte essent modico tempore, scilicet usque ad Pascha dumtaxat proximum, sibi per cardinales predictos aperiri fecimus mentem nostram, quomodo videlicet affectabamus intense quod dicte treuge, de partium consensu, deberent ad aliquod tempus accomodum prorogari, ita quod, medio tempore, dictarum treugarum posset commodius de vestra et ejusdem comitis pace tractari. Cum autem idem comes circa premissa sibi ex parte nostra proposita multum se reddiderit liberalem, supra se recipiendo quod archiepiscopus, dominus Bellijoci et filii sui predicti ab omni hujusmodi convocatione et congregatione gentium armorum et qualibet invasione cessabunt usque ad Pascha prefatum, et super hoc eisdem suas litteras miserit speciales, et etiam circa treugas prorogandas stare ordinationi nostre se asseruit, dummodo treugas taliter firmemus easdem, quod non sine magnis penis violari valeant seu infringi, discretionem tuam monemus, requirimus et rogamus attente, tibi nichilominus sano consilio suadentes quatinus, postquam tibi constiterit quod dictus archiepiscopus et alii prenominati, sicut idem comes promisit, cessent a convocatione, congregatione et invasione predictis, tu etiam facias illud idem, nec contra ipsos aliquam facias novitatem, sed, si quod mandamentum forsan pro hujusmodi fecistis negotio de armorum gentibus congregandis, illud studeas revocare. Ut autem, pro prorogandis et firmandis treugis predictis tutius[2] procedere valeamus, volumus quod, quantocius comode poteris, duos vel tres tractatores, viros providos et discretos, de quibus plene possis confidere, cum pleno mandato et potestate ad tractandum, prorogandum, ineundum et firmandum treugas antedictas, ipsasque pena, juramentis, obligationibus et stipulationibus tuo et dicti Dalphini nomine roborandum, ad nostram presentiam destinare procures, ita quod ante finem dictarum treugarum hujusmodi prorogatione secuta, absque guerrarum periculo, inter te et dictum Dalphinum et comitem memoratum pacem firmam et concordiam tractare et perficere, actore Domino, valeamus. Quod si forte alicui vel aliquibus super firmandis treugis predictis, ita latam nolles, te inconsulto, concedere potestatem, illi saltem quos mittes, potestatem habeant tractandi super treugis predictis et refferendi tibi et Dalphino predicto, ita quod illud quod per ipsos pro parte altera fuerit concordatum, per te et dictum Dalphinum valeat acceptari et etiam roborari. Ceterum discretionem tuam requirimus et rogamus attente quod, postquam tibi constiterit dictum archiepiscopum et alios prenominatos a predictis novitatibus omnino cessare, te personaliter conferas ad locum aliquem Romane curie convicinum ut, in trac[ta]tibus treugarum et pacis inter te dictumque Dalphinum, ex parte una, et prefatum comitem, ex altera, habendis et perficiendis feliciter, dante Deo, cum expedierit, de facili tuam habere possimus presentiam, ut per eam voluntas et consensus tuus possit super eis sciri et obtineri faciliter, ne contingat, propter tui distantiam, treugas et pacem hujusmodi retractari. Datum Avinione, idibus marcii, anno septimo. »

1. Reg. *noscendum*.
2. Reg. *totius*.

1609 Avignon, 15 mars 1323.

Regi Franciæ Archambaldum, comitem Petragoricensem, familiarem ipsius, qui nonnulla in regali curia

expedire habet, commendat. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 825.)

« *Eidem* [*regi Francie*]. Pro dilecto filio — favorabiliter prosequaris [1]. »

1. Pour la date, voyez ci-après n° 1614.

1610 Avignon, 15 mars 1323.

Mariæ, reginæ Franciæ, de eodem. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 826.)

« *Carissime in Christo filie Marie, regine Francie et Navarre illustri.* Pro dilecto filio — partes tuas. »

1611 Avignon, 15 mars 1323.

In e. m. Carolo, comiti Valesii. (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1612 Avignon, 15 mars 1323.

In e. m. Petro Roderii, canonico Parisiensi, regis cancellario. (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1613 Avignon, 15 mars 1323.

In e. m. Alphonso de Hispania. (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1614 Avignon, 15 mars 1323.

In e. m. Johanni de Cerchemont : *Datum Avinione, idibus marcii, anno VII°.* (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1615 Avignon, 16 mars 1323.

In e. m. Stephano de Mornayo : xvii *kal. aprilis, eodem anno.* (Reg. 111, fol. 195 v°, p. c. 826.)

1616 Avignon, 16 mars 1323.

Raymundum de Balaeto de certis pecuniarum summis quas nomine quondam Guillelmi de Balaeto, archidiaconi Forojuliensis, capellani apostolici, germani sui, tunc in Anglia nuntii, Cameræ assignaverat, quittat. (Reg. 111, fol. 405 v°, c. 1703.)

« *Eidem Raymundo de Balaeto.* Cum per rationes — Dat Avinione, xvii kal. aprilis, anno septimo. »

1617 Avignon, 18 mars 1323.

Regem Franciæ iterum rogat ut cum Amanevo de Astaraco, qui Parisius detinetur, clementer et misericorditer agat. (Reg. 111, fol. 197, c. 839; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 73, n° 223.)

« *Eidem regi* [*Francie*]. Excellentie regie nuper preces nostras pro dilecto filio nobili viro Amanevo de Astayraco, familiari nostro, qui arrestatus detinetur Parisius, quod, eo casu quo super illis pro quibus detinetur egeret gratia, illam apud ipsam, rigore justitie temperato clementia, reperiret sine lesione juris alterius, meminimus obtulisse [1], ad que tua sublimitas nobis duxit rescriptivis litteris respondendum quod, causa captionis dicti nobilis, cujus eras inscius, tibi per relationem dilecti filii nobilis viri senescalli Tholosani, qui ad tuam presentiam erat venturus breviter, reserata, nostri contemplatione, faceres super hoc que bono modo valerent fieri, justitia non offensa. Sane, fili carissime, quia pro justitia quam in tua curia promptam esse semper quibuscunque supponimus, nequaquam precum nostrarum emanavit instantia, sed potius pro gratia obtinenda, si ea dictus nobilis, ut premittitur, indigeret, preces nos urget caritas, quam ad dictum nobilem gerimus, super hoc iterare, quam quidem, fili, si faciendam duxeris, partis, si qua appareat, justitia non offensa, reprehendi nequaquam poteris, quia rex regum et dominus dominantium hoc docuit et reges presertim catholici in hoc plerumque, cum hoc causa suggessit probabilis, ipsius sunt severitati justitie preferentes clementiam invitati. Ad clementiam autem rigori justitie preferendam possunt, in casu presenti, benignitatem regiam probabiliter inclinare juvenilis etas ejusdem nobilis, que non sicut matura est obediens rationi, adhuc et grata obsequia impensa sepius a suis progenitoribus domui regie, ac que idem nobilis personaliter, non est diu, impendere studuit,

et erit paratus, dum vixerit, Domino annuente ; rursus et patris pietas, cui est unicus, quem filii pena plus affligeret quam ipsum etiam sustinentem ; postremo et nostre interventionis obtentus, quo a regali benivolentia posse ampliora speramus consequi, [et] ad gratiam ipsam credimus inclinari, quam, ut alias scripsimus, nobis factam propriissime ascribemus. Datum Avinione, xv kal. aprilis, anno septimo. »

1. 17 janvier 1323, n° 1585.

1618 Avignon, 18 mars 1323.

Reginæ Franciæ, ut eumdem Amanevum commendatum habeat et pro eo partes suas interponat. (Reg. 111, fol. 197, c. 840; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 74, n° 224, non publié.)

« *Dicte regine Francie.* Nuper tibi, filia — fuerit ascribemus [1]. »

1. La date est indiquée par la formule *ut supra* qui suit.

1619 Avignon, 18 mars 1323.

In e. m. Carolo, comiti Valesii : *Datum ut supra.* (Reg. 111. fol. 197 v°, p. c. 840; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1620 Avignon, 18 mars 1323.

Johanni de Arpadella, ut quasdam litteras deprecatorias pro Amanevo de Astaraco Carolo, regi, Johannæ, reginæ, et aliis curiæ Franciæ magnatibus destinatas, eisdem, si dicto Amanevo expediens videtur, præsentet. (Rec. 111, fol. 197 v°, c. 841 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 75, n° 225.)

« *Magistro Johanni de Arpadella.* Cum pro dilecto filio nobili viro Amanevo de Astariaco, familiari nostro, carissimis in Christo filiis nostris Carolo, regi, et Marie, regine Francie et Navarre illustribus, necnon et dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii, ac aliis curie Francie magnatibus, diversas nostras deprecatorias litteras destinemus, volumus et tue discretioni mandamus quatinus, si dictus Amanevus dictas litteras tibi duxerit exhibendas, prefatis quibus diriguntur eas studeas presentare. Datum ut supra. »

1621 Avignon, 18 mars 1323.

Dicto Amanevo de eisdem. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 842 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 75, n° 226.)

« *Amanevo de Astairaco, familiari nostro predicto.* Super precibus quas — Si vero tibi videatur expedientius quod per dilectum filium magistrum Johannem de Arpadella, canonicum Parisiensem, capellanum nostrum, prefatis quibus diriguntur dicte littere presententur, eidem, cui super hoc scribimus, ipsas procures litteras exhibere. Datum ut supra. »

1622 [Avignon, 18 mars 1323.]

Galchero de Castellione respondet quod ipse quosdam in curia libenter audiet. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 843.)

« *Galchero de Castelhione, comiti Portiensi, constabulario Francie.* Libenter, fili, illum videremus et audiremus militem, illumque ad nostram presentiam, si causa se offerret probabilis... [1] ; quia tamen se non offert presentialiter, vocaremus de quo in tue nobilitatis litteris mentio habebatur. Sane, si miles ipse ad castrum suum, quod non multum distat a curia, declinaret, inde possemus eum probabilius vocare [2]. »

1. Il y a ici une lacune évidente.
2. Cette lettre a le même objet que la suivante, et, sans doute, la même date.

1623 Avignon, 18 mars 1323.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, de eisdem. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 844.)

« *Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Illum letanter qui, ut scripsisti, nobis loqui desiderat, audiremus, et utique ipsum destinandum ad nostram presentiam credebamus, sed ipsum vocandi occasionem probabilem non habemus. Illum quoque qui super certis nobis loqui negotiis expediret, adhuc libentius audiremus, si ejus presentiam haberemus, sed ipsum vocandi causam non habemus probabilem ; sed, si ad castrum suum descenderet, inde ipse, non vocatus, ad nostram posset se conferre presentiam, vel nos ipsum etiam personaliter evocare. Datum ut supra. »

1624 Avignon, 19 mars 1323.

Guidoni de Convenis, quod patienter sustineat aliquas injurias per gentes Alienordis, comitissæ Montisfortis, sibi latas, donec pax inter ipsos valeat reformari. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 845 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 76, n° 227.)

« *Nobili viro Guidoni de Convenis.* Displicenter audivimus que — Datum Avinione, XIIII kal. aprilis, anno VII°. »

1625 Avignon, 19 mars 1323.

Johanni, duci Lotharingiæ, respondet religiosas curæ ac directioni fratrum Prædicatorum ordinis deputatas, ab eorum potestate subduci non posse et excusationem petit. (Reg. 111, fol. 259, c. 1079.)

« *Johanni, duci Lothoringie.* Rem novam a — Datum Avinione, XIIII kal. aprilis, anno septimo. »

1626 Avignon, 23 mars 1323.

Regi Franciæ Bernardum Jordani de Insula commendat. (Reg. 111, fol. 196, c. 830.)

Dicto regi [*Francie*]. Dilectum filium nobilem virum Bernardum Jordani, dominum de Insula, fidelem regium familiaremque nostrum ad regalis excellentie presentiam accedentem, ejusque negotia prudentie regie affectu ampliori quo possumus comendamus[1]. »

1. La date est donnée plus bas, après les *in e. m.* (n° 1640).

1627 Avignon, 23 mars 1323.

Item in e. m. [Mariæ], reginæ Franciæ. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 830.)

1628 Avignon, 23 mars 1323.

Item Clementiæ, reginæ Franciæ et Navarræ. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 830.)

1629 Avignon, 23 mars 1323.

Comiti Valesii eumdem Bernardum Jordani ejusque negotia commendat. (Reg. 111, fol. 196, c. 831 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 79, n° 229.)

« *Dicto comiti* [*Valesii*]. Cum dilectus filius — attentius comendamus[1]. »

1. Pour la date, voyez plus bas, n° 1640.

1630 Avignon, 23 mars 1323.

Item in e. m. Guillelmo, episcopo Carcassonensi. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1631 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Philippo, dicti comitis Valesii nato. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1632 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Carolo, dicti comitis Valesii filio. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1633 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Roberto de Atrebato, comiti Bellimontis. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1634 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Galchero de Castellione, comiti Portuensi, constabulario Franciæ. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1635 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Galchero de Castellione juniori. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1636 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Matheo de Tria, marescallo Franciæ. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1637 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Alphonso de Hispania, archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi, capellano apostolico. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1638 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Petro Roderii, canonico Parisiensi, curiæ Franciæ cancellario. (Reg. 111, fol. 196, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1639 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 831 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1640 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Stephano de Mornayo, decano ecclesiæ beati Martini Turonensis : *Datum Avinione*, x *kal. aprilis, anno VII*. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 831; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1641 Avignon, 23 mars 1323.

Regi Franciæ, ne credat suggestis ei contra Jordanum de Insula, sed ut ipsum excuset. (Reg. 111, fol 196 v°, c. 833 ;—L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 80, n. 230.)

« *Regi Francie predicto.* Cum, sicut intelleximus, multa contra dilectum filium nobilem virum Jordanum de Insula, militem, familiarem nostrum veritati obviantia celcitudini (*sic*) regie sint suggesta, clementiam regiam, ut ipsam contra dictum nobilem talia non acce[n]dant, sed ejus excusationes benigne dignetur audire ac ipsum in suis agendis recomendatum habere, quanto affectuosius possumus, deprecamur. Datum Avinione, x kal. aprilis, anno VII°. »

1642 Avignon, 23 mars 1323.

Comiti Valesii, ne relatis contra dictum Jordanum de Insula fidem adhibeat, sed ut eum in agendis commendatum habeat. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 834 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 81, n° 231, non publié.)

« *Dicto comiti Valesii.* Excellentiam regiam tuamque magnificentium contra dilectum filium nobilem virum Jordanum de Insula, militem, familiarem nostrum, per suos emulos super multis que veritati dicuntur contraria percepimus informatum; quare magnificentiam tuam eo affectu ampliori quo possumus deprecamur ut premissa te contra dictum militem non acce[n]dant, sed ipsum potius benigne audire tua dignetur magnificentia, et, ut similiter a regia celsitudine cui super hoc scribimus, audiatur, sedulam opem dare, ipsumque in suis agendis habere propentius (*sic*) comendatum. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum[1]. »

1. La date est indiquée par la formule *ut supra* qui se trouve plus loin (n° 1648).

1643 Avignon, 23 mars 1323.

Petro Roderii super eodem. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 835 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 81, n° 232.)

« *Petro Roderii, canonico Parisiensi, curie Francie cancellario.* Dilectum filium nobilem virum Jordanum de Insula, militem, familiarem nostrum, ejusque negotia que ipse tue prudentie curabit exponere, affectuosius comendamus[1]. »

1. Pour la date, voyez ce que nous disons ci-dessus, n° 1642.

1644 Avignon, 23 mars 1323.

In e. m. Alphonso de Hispania, archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 835 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1645 Avignon, 23 mars 1323.

Item Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 835 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1646 Avignon, 23 mars 1323.

Item Stephano de Mornayo, decano ecclesiæ sancti Martini Turonensis. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 835 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1647 Avignon, 23 mars 1323.

Item Guillelmo, episcopo Carcassonensi. (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 835 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1648 Avignon, 23 mars 1323.

Reginæ Franciæ super eodem. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 836 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 81, n° 233, non publié.)

« *Regine Francie predicte.* Carissimo in Christo — Datum ut supra. »

1649 Avignon, 23 mars 1323.

Magistro Johanni de Arpadella, ut quasdam litteras apostolicas hiis quibus destinantur præsentet. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 837;—L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 82, n° 234.)

« *Magistro Johanni de Arpadella, canonico Parisiensi.* Tam carissimis filiis nostris in Christo Carolo, regi, et Marie, regine Francie et Navarre illustribus, quam dilecto filio magnifico viro comiti Valesii ac quibusdam aliis super nonnullis negotiis diversas nostras litteras destinantes, volumus et tue discretioni mandamus quatinus litteras ipsas dicti[s] regi et regine ac comiti et aliis, quibusvis litteris aliis eas preferens, studeas presentare, nos de responsione, si quam super contentis in eisdem litteris fecerint, redditurus quamtocius certiores, alias pro responsione hujusmodi non reddas aliquatenus te infestum. Ubi vero presentare per te litteras ipsas fores forcitan (*sic*) impeditus, dilecto filio Bertrando, priori sancti Martini de Campis Parisiensis, una cum illa quam ei dirigimus super hoc, assignare studeas per ipsum modo simili presentandas. Ceterum si dilecti filii nobiles viri dominus Insule vel Jordanus, germanus ejus, litteras nostras alias per te prenominatis vel aliis prestandas, tue providentie exhibentes[1], illas subsequenter per te vel dictum priorem volumus, ut premittitur, presentari[2]. »

1. *Sic*, il faudrait *exhibeant*.
2. Pour la date voyez le numéro suivant.

1650 Avignon, 23 mars 1323.

Item in e. m. eidem priori sancti Martini cum clausula « *Ceterum* », omissa illa « *Ubi vero* » etc. « *Datum Avinione*, x *kal. aprilis, anno VII.* » (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 837 ; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1651 Avignon, 23 mars 1323.

Redditus ad mensam archiepiscopalem ecclesiæ Auxitanæ pertinentes, per obitum Amanevi archiepiscopi vacantis, in subsidium Terræ Sanctæ reservat. (Reg. 111, fol. 393 v°, c. 1639 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 83, n° 235.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Non solum frequentis — Datum Avinione, x kal. aprilis, anno VII°. »

1652 Avignon, 24 mars 1323.

Alienordi, comitissæ Montisfortis, de munere regratratur, quorumdam sanctorum reliquias mittit, eamque ad pacem cum Guidone de Convenis hortatur. (Reg. 111, fol. 197 v°, c. 846 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 83, n° 236.)

« *Nobili mulieri Halienordi, comitisse Montisfortis.* Missum nobis, filia, tue devotionis encennium, egere te illo pro tue devotionis anime plurimum arbitrati, credimus remi[t]tendum, sed quia illud per tuas postmodum litteras tanta recipi per nos instantia postulasti, nos, affectioni tue sincere volentes satisfacere, dictum retinuimus encenium, pro quo tibi gratiarum referimus actiones, et, ut tue devotionis sinceritas ad Deum et sanctos ejus ferventius accendatur, ecce quod vasculum in quo reposite sunt nonnullorum sanctorum reliquie per.., latorem tibi presentium destinamus, nos[1]..., reliquias ipsas reverenter recipiens, sanctorum ipsorum suffragia quod diem propitiationis tibi gratiam impetrent, studeas devotis orationum instantiis implorare. Ceterum, cum super dissensione quam inter te et dilectum filium nobilem virum Guidonem de Convenis, nepotem tuum, humane quietis emulus suscitavit, ad presens propter ipsius fratrumque suorum absentiam, ut optaremus, oportuna nequeamus remedia procurare, habeat nos tua nobilitas excusatos. Circa ea enim intendere proponimus sedule post ipsorum reditum, nisi antea fuerint, favente Domino, procurata. Et quia a nonnullis percepimus quod nobilis predictus paratus est in uno de tuis et suis amicis communibus consentire, qui pace possit questionem hujusmodi terminare, nobilitatem tuam rogamus attentius, eidem nichilominus sano consilio suadentes quatinus in hac via velis tuum animum coaptare. Si enim guerrarum pericula et incommoda varia attendere volueris diligenter, illa vitabis utique, et, si pacis commoda consideraveris, illum cum diligentia prosequeris. Nuntium de mora, quesumus, habeas excusatum; fuit enim pro sua expeditione solicitus plurimum, sed nos, qui aliquorum presentia spera-

bamus plenius super adhibendo in premissis oportuno remedio informari, quorum adventus dilatus nimium extitit, ipsum tamdiu detinuimus, desiderantes pro pace votiva inter te et eundem nobilem aliquid ordinare. Dat. Avinione, IX kal. aprilis, anno VII°. »

1. Il y a ici une lacune évidente; il faut suppléer, ainsi que le fait remarquer M. Guérard (*op. cit.*, p. 84, note 1) : *autem te exhortamur ut*, ou une formule analogue.

1653 Avignon, 25 mars 1323.

Regi Franciæ quasdam supplicationes iterat. (Reg. 111, fol. 196 v°, c. 832.)

« *Dicto Francie regi.* Scripsisse nuper meminimus excellentie regie sub forma inferius annotata, sed timentes ne, propter viarum pericula, litterarum presentatio forsan fuerit impedita, scripta nostra presentibus duximus iteranda, clementiam regiam deprecantes ut contenta in illis ad exauditionis gratiam introducat. Tenor vero litterarum premissarum satis est : Johannes etc. Ad ea, fili, etc.[1] »

1. Il s'agit d'une lettre du 9 mars 1323 que l'on trouvera ci-dessus, n° 1604. La date est donnée après les *in e. m.*

1654 Avignon, 25 mars 1323.

Item in e. m. reginæ Franciæ : *Johannes etc. Supponentes etc.*[1] (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 831.)

1. Voyez ci-dessus n° 1605.

1655 Avignon, 25 mars 1323.

Item in e. m. Carolo, comiti Valesii : *Johannes etc. Quia ad pacis etc.*[1] *Datum Avinione*, VIII *kal. aprilis, anno VII°.* » (Reg. 111, fol. 196 v°, p. c. 831.)

1. Voyez ci-dessus n° 1606.

1656 Avignon, 25 mars 1323.

Regi Franciæ preces pro Jordano de Insula propter viarum pericula et impedimenta iterat. (Reg. 111, fol. 197, c. 838; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 83, n° 237.)

« *Prefato regi Francie.* Licet nuper pro dilecto filio nobili viro Jordano de Insula, familiari nostro, porrexerrimus excellentie regie preces nostras[1] — quo possumus iteramus[2]. »

1. 23 mars 1323 (voyez ci-dessus n°s 1626 et 1641).
2. La date se trouve après l'*in e. m.*

1657 Avignon, 25 mars 1323.

In e. m. reginæ et comiti Valesii : *Datum Avinione*, VIII *kal. aprilis anno VII°.* (Reg. 111, fol. 197, p. c. 838; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1658 Avignon, 31 mars 1323.

Raymundum Gauterii de certa pecuniæ summa quam de bonis quondam Pontii, episcopi Cavallicensis, Apostolicæ Sedi reservatis provenientem Cameræ assignaverat, quittat. (Reg. 111, fol. 407 v°, c. 1711.)

« *Raymundo Gauterii*[1], *militi de Cavallione.* Tue relationis assertione — Datum Avinione, II kal. aprilis, anno septimo. »

1. *Gaucherii* dans l'index.

1659 Avignon, 1er avril 1323.

Carolo, regi Franciæ, concedit ut priorem monasterii de Pissiaco nominare possit. (Reg. 111, fol. 200 v°, c. 864.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Merita tue celsitudinis exigunt ut, quantum cum Deo possumus, votis tuis paternaliter annuamus; tuis igitur supplicationibus inclinati, quod in monasterio de Poyssiaco, Carnotensis diocesis, a recolende memorie Philippo, rege Francie, patre tuo, de bonis ejus regalibus constructo, ut asseris, et dotato, in quo priorissa et sorores sub cura fratrum ordinis Predicatorum Domino famulantur, ille dumtaxat prior ordinis per dilectum filium magistrum generalem vel priorem provincialem Francie ordinis predicti, ponatur quem, donec vixerit et quotiens ad hoc tempus ingruerit, duxeris nominandum, et quod, cum magis-

tro generali vel priori provinciali, ad regimen hujus cure jam nominare valeas aliquem, non obstante quod dilecto filio Nicholao, dicti ordinis, ad vitam suam, ita quod inde amoveri non possit, per alias apostolicas litteras curam monasterii prefati commisimus, quas quidem litteras et earum deinceps effectum, cum idem Nicholaus renunciaverit commissioni nostre hujusmodi, quam renunciationem duximus admittendam, et ex hoc et aliis certis rationabilibus causis de certa nostra scientia, revocamus, plenam et liberam tibi concedimus, tenore presentium facultatem. Nulli ergo etc. Datum Avinione, kalendis aprilis anno VII°. »

1660 Avignon, 5 avril 1323.

Episcopo Valentino, ut conventiones inter se et capitulum Diense, ex una parte, ac Petrum Ysoardi, dominum de Asyo[1], ex altera, habitas servet. (Reg. 111, fol. 388, c. 1615.)

« .., *episcopo Valentino et Dyensi.* Pro dilecto filio — Datum Avinione, nonis aprilis, anno septimo. »

1. *Assyo*, dans l'index.

1661 Avignon, 7 avril 1323.

Duci Venetorum, ut cruce signatos proficiscentes in subsidium Ecclesiæ per partes suas libere transire permittat. (Reg. 111, fol. 358 v°, c. 1478.)

« *Nobili viro Johanni Superantio, Venetorum duci.* Dum tue nobilitati illa paternis exhortationibus suademus que tue saluti congruunt et honori, tanto te promptiorem ad executionem eorum invenire confidimus quanto pro ea divine et Apostolice Sedis uberiorem sperabis gratiam promereri. Cum itaque nonnulli cruce signati aliique nostri et Ecclesie Romane fideles, contra inimicos et infideles ejusdem Ecclesie, et in ipsius proficiscentes subcidium, iter suum per partes illas sepius sint acturi, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus tam ipsos, quam eorum apparatus et navigia per portus, aquas et districtus tuos, eundo et redeundo, liberaliter transire permittas, eis per te tuosque officiales, ministros et subditos benignum favorem pro nostra et ejusdem Sedis reverentia, super hiis impendendo, ita quod inde, preter retributionis eterne premium, a nobis et Sede ipsa digne commendationis preconiis, cum gratiarum actionibus attollaris. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno septimo[1]. »

1. Voyez au sujet de la Croisade, n° 1683, note 1.

1662 Avignon, 11 avril 1323.

Rostannum ecclesiæ Niciensi in episcopum præficit, (Reg. 111, fol. 396, c. 1652.)

« *Dilecto filio Rostanno, electo Niciensi.* De provisione ecclesie — Datum ut supra [Avinione, III idus aprilis, anno septimo]. »

1663 Avignon, 13 avril 1323.

Petro Arquerii, decano ecclesiæ Rothomagensis, componendi seu transigendi super bonis et debitis dudum per Benedictum Roterii[1] Cameræ apostolicæ cessis facultatem concedit. (Reg. 111, fol. 198 v°, c. 852.)

« *Petro Arquerii, decano ecclesie Rothomagensis.* Facta dudum per — Dat. Avinione, idibus aprilis, anno VII°. »

1. *Rotarii* dans l'index.

1664 Avignon, 28 avril 1323.

Officiali Tolosano ut, receptis a Matheo Gayte, olim thesaurario senescalliæ tolosanæ, et Johanne Gayte, locum tenente ejus, septingentis quadraginta una libris sex solidis et quinque denariis tur. parv., quam pecuniæ quantitatem, inter cœtera, de bonis Arnaldi Pascalis, canonici Xanctonensis, habuisse noscuntur, præfatis Matheo et Johanni sententiæ excommunicationis contra ipsos a Guillelmo Rufi, hebdomadario Mimatense latæ, absolutionem impendat (Reg. 111, fol. 198 v°, c. 853.)

« *Officiali Tholosano.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, IIII kal. maii, anno septimo. »

1665 Avignon, 28 avril 1323.

Hugoni de Engolisma, de administratione bonorum quondam Petri Carcassonensis episcopi, Apostolicæ Sedi reservatorum, quittationem dat. (Reg. 111, fol. 392, c. 1635.)

« *Dilecto filio magistro Hugoni de Engolisma, sacriste Ecclesie Narbonensis.* Dudum de thesauro — Datum Avinione, IIII kal. maii, anno VII°. »

1666 Avignon, 1er mai 1323.

Stephanum de Pinu, præpositum Sistaricensem, causarum curiæ Cameræ apostolicæ tam civilium quam criminalium viceauditorem generalem deputat. (Reg. 111, fol. 388, c. 1616.)

« *Stephano de Pinu, preposito Sistaricensi, causarum Camere nostre viceauditori generali.* De tue circumspectionis — Propter hoc autem venerabili fratri nostro Gasberto, episcopo Massiliensi, camerario nostro aut sue jurisdictioni non intendimus in aliquo derogare, quin ipse causas de quibus sibi videbitur per se vel per alium seu alios audire valeat ac etiam terminare. Dat. Avinione, kalendis maii, anno septimo. »

1667 Avignon, 7 mai 1323.

Universis personis ecclesiasticis, ut Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico, sacræ theologiæ professori lectorique in Romana curia, Apostolicæ Sedis nuntiis pro certis Romanæ Ecclesiæ negotiis[1] ad partes Franciæ destinatis, de evectionibus in eundo et redeundo provideant, præsentibus post sex menses minime valituris. (Reg. 111, fol. 199, c. 854.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, conventibus quoque, capitulis ceterisque personis ecclesiasticis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum ad quos presentes littere pervenerint.* Cum nos venerabilem — Datum Avinione, nonis maii, anno septimo. »

1. Au sujet de la Croisade qui fut le principal objet de cette mission, voyez n° 1683, note 1.

1668 Avignon, 16 mai 1323.

Guillelmo, episcopo Carcassonensi, de litterarum ejus receptione, de exponendis a nuntiis apostolicis et de negotiis Bernardi Jordani de Insula, Jordanique, germani ejusdem Bernardi. (Reg. 111, fol. 199, c. 855; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 86, n° 238.)

« *Guillelmo, episcopo Carcassonensi.* Fraternitatis tue letanter recepimus litteras et contenta in eis intelleximus diligenter. Et quia, circa factum in illis contentum, te errare percepimus, tenemus indubie quod, cum prudentie tue fuerit veritas manifesta, aperte cognoscere poteris quod non est materia de nobis probabiliter conquerendi[1]. Illam autem tibi exponi per nostros nuntios quos ad partes illas missuri sumus e vestigio, dante Domino, faciemus. Negotia dilectorum filiorum nobilium virorum Bernardi Jordani, domini de Insula, ac Jordani, ejus germani, tue prudentie comendamus, exhortantes eandem ut de hiis, de quibus expedire videris, nos cures reddere certiores. Datum XVII kal. junii, anno septimo. »

1. Reg. *conquerenda.*

1669 Avignon, 18 mai 1323.

Petro Dueza indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 111, fol. 202, c. 871.)

« *Petro Duesa, militi, vicecomiti Caramanni.* Ferventis devotionis affectus — Nulli ergo etc.[1]. »

1. La date se trouve après les in e. m. (n° 1671).

1670 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. pro Arnaldo de Trianno, milite, domino Castrinovi de Montemirabili. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 871.)

1671 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. pro Petro de Via, milite : *Datum Avinione*, xv *kal. junii, anno VII°*. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 871.)

1672 Avignon, 18 mai 1323.

Hugoni de Trianno indulgentiam in articulo mortis concedit. (Reg. 111, fol. 202, c. 872.)

« *Hugue* (sic) *de Trianno*. Exposcit tue devotionis — Datum ut supra. »

1673 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. Bernardæ, consorti Hugonis de Cardallaco, domini de Berengis. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 872.)

1674 Avignon, 18 mai 1323.

Hugoni de Trianno concedit ut confessorem eligere possit. (Reg. 111, fol. 202, c. 873.)

« *Hugue* (sic) *de Trianno* [1]. Ut per confessionis — Datum ut supra. »

1. *Hugoni de Trienno* dans l'index.

1675 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. pro Petro Dueza, vicecomite Caramanni. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 873.)

1676 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. pro Petro de Via, domino Villemuri. (Reg. 111, fol. 202, p. c. 873.)

1677 Avignon, 18 mai 1323.

In e. m. pro Bernarda, consorte Hugonis de Cardallaco. (Reg. 111, fol. 201, p. c. 873.)

1678 Avignon, 23 mai 1323.

Regi Franciæ de Petri, Vivariensis episcopi, ac Roberti, Bononiæ comitis, nuntiorum ejus, receptione. (Reg. 111, fol. 199, c. 856.)

« *Dicto regi Francie*. Serenitatis regie recepimus itteras nobis per venerabilem fratrem nostrum Petrum, Vivariensem episcopum, ac dilectum filium nobilem virum Robertum, Bononie comitem, presentatas, per quas petebat excellentia regia ipsis, super hiis que ex parte regia nobis referenda ducerent, fidem nos credulam adhibere. Sane, quia ab initio confuse et minus intelligibiliter dictum negotium proponebant, ac quod super illo possemus deliberare cum aliquo ex nostris per ipsos etiam nominando fratribus non sinebant, ad tempus distuimus respondere; sed, ipso negotio per ipsos aliqualiter declarato, ipsis respondendum duximus sicut ille qui in prosperitate status regii delectatur, sicut ipsi referre plenius poterunt circumspectioni regie oraculo vive vocis. Datum Avinione, x kal. junii, anno VII°. »

1679 Avignon, 23 mai 1323.

Comiti Valesii de devotione quam habet ad passagium transmarinum, sicut nuntii ejus exposuerant, gratias agit eique responsionem per Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Dominicum, ordinis fratrum Prædicatorum, sacræ theologiæ professorem, transmittit (Reg. 111, fol. 119 v°, c. 857.)

« *Comiti Valesii*. Ad tue, fili, magnitudinis notitiam deferimus per presentes quod venerabilis frater noster P., episcopus Silvanectensis, et dilectus filius nobilis vir Bochardus de Momauransiaco (*sic*), miles, ad nostram presentiam venientes, exhibita nobis pro parte tua quadam clausa littera per quam ipsis petebas super hiis que pro parte tua super transmarino negotio nobis exponenda ducerent, fidem credulam adhiberi, ipsaque a nobis letanter recepta ac plenius intellecta, ambassiatam suam, primo verbo, et subsequenter in scriptis prudenter exponere curaverunt, per quam nobis affectum laudabilem et nobis acceptum admodum quem geris ad eripiendam de impiorum manibus Terram Sanctam, pro generis humani redemptione aspersam Redemptoris sanguine, retulerunt, quem profecto ab illo in cujus manu corda sunt principum infusum tibi divinitus credimus, super quo illi a quo datur regere principibus labiorum vitulum exolventes, supplicamus humiliter et precamur instanter ut te, ad ipsius beneplacita et specialiter circa ejusdem Terre negotium prosse-

quendum, in tam sancti propositi soliditate conservet. Credentiam autem prefatorum nuntiorum ac nostram quam ipsis responsionem facimus ad eandem, per venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et dilectum filium Dominicum, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professorem et lectorem in Romana curia, tue re[f]erendam magnificentie, duximus committendam, quibus et eorum cuilibet insolidum velit tua circumspectio super premissis adhibere fidem plenariam sicut nobis. Gratia Domini nostri Jhesu Christi tecum sit, qui te in agendis dirigat et protegat ab adversis. Datum et supra[1]. »

1. Au sujet de la Croisade, voyez n° 1683, note 1.

1680 Avignon, 23 mai 1323.

Carolo, duci Calabriæ, matrimonium inter Guigonem, dalphinum Viennensem, et Isabellam, quondam regis Franciæ filiam, per verba de præsenti solempnisatum esse nuntiat, unde nec lex divina nec canonica patitur ut illam, sibi, duci, etiam dispensatione qualibet interveniente, valeat matrimonialiter copulare, alteram autem dispensationem, si necesse fuerit, paratum ei concedere paratum papa se præbet. (Reg. 111, fol. 261, v° c. 1095).

« *Eidem duci* [*Nobili viro Carolo, carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, primogenito, duci Calabrie*[1]]. Scire te, fili, volumus quod inter dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, tibi tertio consanguinitatis gradu conjunctum, et dilectam in Christo nobilem mulierem Isabellem, clare memorie regis Francie filiam, non solum contracta fuerunt sponsalia, sed est solennizatum per verba de presenti matrimonium, et, ut creditur, per carnis copulam con[su]mmatum[2]. Unde nec lex divina nec canonica patitur ut illam sibi, etiam interveniente dispensatione qualibet, tua magnificentia valeat matrimonialiter copulare. Sed, si Dominus annuat, et alia tue magnitudini occurat accepta, de dispensatione nobis te non oporteat esse solicitum, quia tecum parati sumus in eo casu in quo cum quovis dispensaremus alio, cum omni promptitudine dispensare; ad hoc autem, ut tibi convenientem et Deo gratam habeas, ad largitorem bonorum omnium et specialiter a quo uxor bona tribuitur, recurrere te oportet. Datum Avinione, x kal. junii, anno septimo. »

1. C. 1094.
2. Voyez, au sujet de ce mariage, les n° 1564, 1584 et 1732.

1681 Avignon, 23 mai 1323.

Præfato duci dispensationem matrimonialem cum quacumque muliere ei in tertio et quarto consanguinitatis vel affinitatis gradibus conjuncta concedit. (Reg. 111, fol. 262, c. 1096.)

« *Dicto duci.* Etsi conjunctio copule conjugalis in tertio et quarto consanguinitatis et affinitatis gradibus sacris sit canonibus interdicta, providentia tamen Sedis Apostolice circumspecta, rigorem mansuetudine temperans, super hiis, presertim cum personis sublimibus, dispensat interdum, et quod negat juris severitas de gratia benignitatis indulget, potissime cum necessitas exigit et causa rationabilis id exposcit. Nos igitur attendentes quod tui prosapiam generis adeo per diversas mundi partes propagavit Altissimus, quod, juxta status tui decentiam et ejusdem splendorem generis, mulierem tibi conjungendam matrimonialiter, que tibi in aliquo dictorum graduum non attineat, reperire commode non valeres, ac cupientes domum inclitam regiam, in qua genitori tuo existis unicus felicibus numerose prolis successibus ex omni latere stabiliri, ut cum quacunque muliere, si tertio ve quarto aut utroque consanguinitatis vel affinitatis gradibus respectu unius stipitis, vel duorum et ex uno latere vel duobus tibi conjuncta fuerit, publice honestatis justicia ac quibusvis constitutionibus et prohibitionibus juris contrariis nequaquam obstantibus, matrimonium contrahere licite valeas, tecum et cum ea, cum qua sic contrahere te continget, auctoritate presentium dispensamus, prolem suscipiendam ex hujusmodi matrimonio legitimam nuntiantes. Datum ut supra. »

1682 Avignon, 25 mai 1323.

Regem Franciæ de firmo proposito quod habet ad passagium ultramarinum et ad subveniendum regnis

Armeniæ et Cypri commendat, eique Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Dominicum, magistum curiæ, nuntios, de quibusdam responsuros mittit. (Reg. 111, fol. 199 v°, c. 858.)

« *Dicto regi Francie*. Venientes nuper ad nostram presentiam venerabilis frater noster Petrus, episcopus Vivariensis, et dilecti filii nobiles viri Ludovicus, comes Clarimontis, et Bochardus de Momonranciaco (*sic*), miles, nuntii regii[1], nobis serenitatis tue clausas litteras presentarunt, quibus super negotio passagii transmarini, et deinde super nonnullis aliis nobis exponendis pro parte regia, ipsis vel duobus ex eis fidem petiit celsitudo regia credulam adhiberi; quos quidem nuntios et litteras letanter recepimus, benigne audivimus et intelleximus diligenter. Prefati vero nuntii, tam verbo quam scriptis suam prudenter aperientes credentiam, nobis exponere curaverunt pium desider[i]um quod ad eripiendum Terram Sanctam de impiorum manibus, et grandis compassionis affectum quem ad subveniendum regno Armenie ab Infidelium hostili rabie afflicto nimis immaniter, ac etiam regno Cypri quod ab eisdem hostibus affligi similiter formidatur, nec non ad complacentiam et honorem nostrum ac sacre Romane Ecclesie, matris tue, in hiis et aliis quibuslibet exequendis, habere noscitur regia celsitudo. Profecto, fili carissime, hoc tibi ab illo credimus indubie divinitus inspiratum a quo bona cuncta procedunt quique, corda principum habens in sue potestatis arbitrio, eadem ad nutum sue voluntatis inclinat. Super quibus tuum hujusmodi laudabile propositum cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino comendantes, ei, qui tam pium propositum in cor impressit regium, supplicamus humiliter et deprecamur instante[r] ut illud tibi, juxta divinum beneplacitum, ad honorem Dei et Ecclesie sue, ad exaltationem et dilatationem fidei catholice, potestatem exequendi tribuat et virtutem. Sane, quia visum est nobis et fratribus nostris quod deliberatio per nos et fratres nostros super premissis habita super contentis in scriptura vestra oblata per nuntios regios brevi scriptura non poterat comprehendi, excellentie regie per nuntios decre[vi]mus respondendum, ad quod exequendum venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et dilectum filium Dominicum ordinis Predicatorum, sacre theulogie (*sic*) professorem et magistrum curie, magne religionis et scientie probateque experientie viros, duximus eligendos quibus, quesumus, velit circumspectio regia super hiis que ex parte nostra super premissis ambo vel eorum alter, alio impedito, exponenda duxerint, fidem plenariam adhibere[2]. Nec miretur regia celsitudo si responsionem super ordinatione passagii distulerimus adeo, quia negotium erat et est satis perplexum, propter quod sepius cum nostris fratribus et interdum cum nuntiis regiis oportuit nos conferre, supervenitque venerabilis frater noster P., Silvanectensis episcopus, cum litteris regiis, et dilecti filii magnifici viri Karoli, regis Francie filii, comitis Valesii, tangentibus negotium transmarinum[3], super quo deliberare oportuit, et etiam respondere. Ad hec non ferat moleste, quesumus, regia celsitudo si formam indulgentiarum non misimus, quia, intellecto quod ipse susceperat negotium antedictum, cogitavimus quod oporteret nos in ipsis aliqua immutare; quare ipsas supersedimus mittere quousque habuissemus de modo receptionis certitudinem pleniorem. Super aliis autem que pro parte regia nobis prefati nuntii singulariter exponere curaverunt, quantum bono modo potuimus duximus amovendum[4], sicut eorum relatibus et litteris apostolicis super illis confectis plenius apparebit. Dat. Avinione, VIII kal. junii, anno VII°. »

1. Voyez n° 1684.
2. Voyez au sujet de la Croisade le groupe de lettres publiées ci-après (n°s 1683-1711).
3. N°s 1686-1689.
4. *Sic*, le sens exigerait *respondendum* ou un terme analogue.

1683 *Paris, 7 février 1323[1].*

Regis Francie Caroli, volentis christianis regnorum Armenie et Cypri subvenire et ad partes illas navium, galearum et lignarum atque gentium quoddam numerum circa instantem mensem maii destinare, Amalrico, vicecomite Narbonensi, capitaneo, Berengario Blanchi, admirallio constitutis, littera pro subsidio ad hoc habendo. (Reg. 111, fol. 215 v°, c. 919 : — Martène et Durand, *Thesaurus novus anecdotorum*, t. I, col. 1370; — *Ordonnances des rois de France*, t. I, p. 810[2].)

« *Karolus, Dei gratia Francie rex et Navarre, dilectis et fidelibus nostris archiepiscopo*[3]*.., universis et singulis episcopis, prelatis, abbatibus, decanis, capitulis, ducibus comitibus, baronibus et ceteris notabilibus et potentibus personis*[4]*... ballivie et ejus ressorti, salutem et dilectionem.* Ad Terre Sancte preciosissimo domini Jhesu Christi Creatoris, Redemptoris et Salvatoris nostri sanguine dedicate liberationem, et de manibus perfidorum nomen ejusdem Domini nostri Jhesu Christi, quod est super omne nomen, cui omne genu celestium, terrestrium et infernorum cum reverentia flecti debet, et omnis lingua confiteri quod idem dominus noster Jhesus Christus est in gloria Dei patris, [exsufflantium][5], blasfemantium et prosequentium ereptionem noster precordialiter aspirat affectus, ad id nostra versatur intentio principalis, nunc de generalibus et specialibus remediis propter dicte Terre Sancte liberationem, et terrarum que in partibus transmarinis a christianis tenentur conservationem ac Infidelium impugnationem, nunc etiam de personis que ad dicta exequenda remedia sufficientes et ydonee reperiri valeant, cogitando provide. Cum per nuntios providi, magnifici et catholici principis regis Cypri illustris, et per alios nuper ad nostrum, et non absque magna cordis amaritudine, fuerit prolatum, auditum, inimicos fidei orthodoxe a paucis citra temporibus ter regnum Armenie hostiliter invasisse, et innumerabiles christianos et igno[s]centes ac parvulos crudelissime trucidasse[6], ac multos ex eis secum in captivitatem duxisse ut a veritate et lumine orthodoxe fidei faciant exorbitare et in secta eorum perfidie ac erroris et dampnationis aggregari eosdem, nec non quod dicti fidei inimici se preparant ad dictum regnum Armenie et regnum Cypri et alias terras quas christiani in illis tenent partibus invadendas, et, nisi Deus eorum malignis obviet conatibus, capiendas, et vos, prelati et barones nobiscum, quando predicta fuerunt nobis Parisius exposita, existentes, a dictis nuntiis regi Cypri lacrimabiliter fuerimus requisiti ut, predecessorum nostrorum per quorum et potentie gallicane manus Terra Sancta predicta frequenter a manibus impiorum erepta extitit, inherendo, providere vellemus super hiis de remedio oportuno, protestatique ipsi nuntii fuerunt ut si, quod Deus avertat, dicta regna sine quibus dicta Terra Sancta difficiliter recuperari posset, temporibus nostris et vestris perdi contingeret, et christicolarum in eis degentium sanguinem innocentem effundi, eorum uxores et liberos capi ac eisdem per dictos Infideles abuti, de nostris et vestris ac aliorum christianorum adjuvare valentium et nolentium seu negligentium manibus in districto examine [ratio] requiratur; nos, dictis periculis occurrere et predictorum regnorum securitati, et ne per mare eisdem Infidelibus deferantur, ad impugnandum christianos, arma, ferrum, lig[n]amina, et pueri christiani quos, pro dolor, ad Christi fidem susceptam abnegandam et impugnandam, aliqui perfidi christiani venales exponunt, providere volentes, certum versus partes illas ob predicta, navium, galearum et lignorum atque gentium numerum circa instantem mensem madii decrevimus destinare, et dilectum atque fidelem militem consiliarium ac familiarem nostrum Amalricum, dominum et vicecomitem Narbonensem, quem etiam ad hoc propria accendit devotio, tanquam discretione preditum, in armis strenuum et expertum, zelo fidei accensum, fidelem et ydoneum capitaneum constituimus in predictis[8] eique dilectum ac fidelem Berengarium Blanchi, admirallum nostrum maris, ad promptiorem et feliciorem expeditionem et executionem tradidimus predictorum; cum quibus etiam aliqui prelati, consiliarii nostri et alii, ac nonnulli barones, nobiles et potentes ac multe alie persone ecclesiastice et seculares regni nostri, ob devotionem et ad assequendum indulgentias propter necessariam deffe[n]sionem dictorum regnorum Armenie et Cypri, illis qui transfretabunt, vel pro se alios mittent aut transfretantibus subvenient, de novo auctoritate apostolica concessas, transfretare intendunt. Quamobrem, cum per nos et dilectum ac fidelem patruum nostrum comitem Valesii et alios de genere nostro, et per prelatos, barones et alios clericos et laicos tunc nobis assistentes, gratis, liberaliter et ex devotione peccuniarum subcidium oblatum fuerit pro relevamine expensarum faciendarum in primo passagio memorato, et dictum subsidium sine vestro et aliorum fidelium adjutorio non sufficiat ad predicta, vos et vestrum singulos affectuose requirimus et rogamus quatinus ad locum magis comunem et accomodum a vobis, prelatis, in singulis

diocesibus deputandum, propter zelum et deffensionem fidei orthodoxe ac regn[or]um predictorum, convenientes absque dilatione in unum, juxta facultates et potestatem vobis a Deo concessas subveniatis, et ad subsidium[9] dandum et mutuandum vestros inducatis subditos, presertim divites et habundantes, ac alios in predictis ne, ob deffectum subcidii, primum passagium retardari quomodolibet valeat memoratum, in grave da[m]pnum et periculum fidei ac fidelium in regni[s] Cypri et Armenie commorantium memoratis. Sane, illa que pro premissis in quantitatibus parvis dari contigerit, reponi volumus in truncis in parrochialibus ecclesiis indilate constituendis, in quibus fiant quatuor claves quarum unam curatus parrochie teneat, et tres alias tres probi viri, de assensu majoris partis parrochianorum in dictis parrochiis deputandi, per quos bona fide recolligantur, et in scriptis redigantur in fine cujulibet mensis illa que reposita in truncis fuerint supradictis, et sic recollecta integraliter tradantur episcopo diocesano et capitulo ecclesie cathedralis et tribus probis viris in singulis civitatibus secundum modum predictum deputandis. A quibus quidem episcopo et capitulo et tribus probis viris dicta peccunia et alia que, in grosso seu alias, in subcidium dicti primi passagii fuerint erogata, tradantur seu mittantur Parisius dilectis et fidelibus nostri.., Mimatensi episcopo,.., abbati sancti Germani de Pratis[10],.., decano Parisiensi, et Nicolao de Paci, ad recipiendum et in dictos usus et nullos alios convertendum dictam peccuniam deputatis, fidem gerentes indubiam et de hoc alios certificare curantes quod in nullos alios usus convertemus nec converti permittemus peccuniam memoratam. Porro in dicti primi passagii et etiam alterius passagii particularis, in quo plures homines armorum ire disposuerunt, quod in sequenti anno, citra[11] mensem augusti, largiente Domino, faciendum est, adjutorium obtulerunt dicti prelati Parisius existentes, ut vobis et aliis absentibus exemplum prebeant similia vel majora circa hoc faciendi, vicesimam partem, juxta decime taxationem, redditum eorundem. Ad quod quidem particulare passagium faciendum multi magnates regni nostri intendunt, et precipue dilecti et fideles Ludovicus, dominus Bourbonii, camerarius Francie et consanguineus, Claromontensis, et Galterus de Castellione, constabularius nostri, de Porciniis comites, cum multis sequacibus eorundem. Datum Parisius, die VII februarii, anno domini M° CCC° vicesimo secundo. »

1. Nous plaçons ici (n°s 1683 à 1711 une série de documents qui complètent les lettres de Jean XXII au sujet de la Croisade ; c'est à ce titre qu'elles figurent dans le registre et que nous devons les reproduire en les conservant dans leur ensemble.

Voir aussi, pour le même sujet, les numéros 1262, 1310, 1431, 1439, 1445, 1487, 1488, 1510, 1562, 1571-1573, 1575, 1576, 1661, 1667, 1679, 1682, 1715.

2. La lettre publiée dans ces deux recueils offre avec celle que nous donnons ici quelques variantes indiquées ci-après. De plus l'adresse est complète, le nom propre n'a pas été supprimé et on lit : *episcopo Carcassone* au lieu de *archiepiscopo*, et : *senescallie Carcassone* au lieu de *ballivie*.

3. Un blanc.

4. *Id.*

5. Le mot est en blanc dans le registre. Nous le rétablissons d'après les deux recueils indiqués ci-dessus.

6. *Tractasse* dans ces deux recueils.

7. Le mot, oublié sans doute dans le registre, est donné, par les mêmes ouvrages.

8. Voyez à ce sujet, *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. X, col. 621-624.

9. *Subveniendum* dans les recueils indiqués plus haut.

10. Cette partie de phrase, depuis *Mimatensi* jusqu'à *Pratis* ne figure pas dans le texte que donne le recueil des Ordonnances.

11. *Circa*, dans les recueils cités.

1681 *Abbaye de Coulombs*, 17 *février* [1323].

Idem rex Carolus, pro dicto Terræ Sanctæ negotio, nuntios speciales ad papam mittit. (Reg. 111, fol. 212, c. 917.)

« *A tres saint Perre en Dieu nostre saint Perre le pape.* Tres saint Pere nous envions vers vostre Saincteté nos ametz e feals nostre chier cousin le conte de Clermont, le esleu de Viviers[1] et Bonchart (*sic*) de Montinorency (*sic*), chavalier, pour le fait du saint passage d'outre mer, duquel nous desirons en cuer sus toutes choses le bon et brief avancement. Si vous prions chierement et supplions humblement que à nous dis messages ou a deus d'isceuz, sus le fait du dit, passage principalement et sus aucunes autres choses qu'ils vous diront et requerront de part nous, vous veulliez croire et adjoustier plaine foy et les acomplir et fayre si liberalement que nous, qui souvrainement les avons a cuer, en puissons avoir et sentir bonne et breve expedition. Nostre S[eigneur] vous doinst

bone vie et longe. Donné en l'abbaye de Colons[1], le XVII jour de fevrier. »

1. Il était déjà venu à la cour pontificale pour la même affaire (voyez n° 1562, col. 188). Les envoyés royaux y arrivèrent le 22 mars 1323 (Voyez n° 1710).

2. Coulombs, Eure-et-Loir, ar. Dreux, c. Nogent le Roy, dioc. de Chartres. On sait en effet que Charles IV vint à Chartres en février 1323 (*Regum mansiones, itinera*, dans le Recueil des Historiens de France, t. XXI, p. 489, A).

1685 [17 *février* 1323].

Prædictorum nuntiorum supplicationes super diversis idem negotium tangentibus. (Reg. **111**, fol. **212**, c. **918**.)

« Sanctissime pater et domine reverendissime, quia, sicut secundum Hieronymum[1] recitatur XXIII quest. : Quoniam vetus[2] Oriens inter se populorum furore collisus indiscisam Domini tunicam et desuper textam[3] paulatim[4] per frusta[5] discerpit[6], Christique vineam exterminant vulpes, inter lacus contritos, qui non habent aquam, difficile, ubi fons signatus et ortus ille conclusus sit, possit intelligi, nam nunc[7] in Occidente sol justitie oritur, in Oriente vero Lucifer ille, qui cecidit, desuper sideribus constituit tronum suum, propter que et alia sinistra plurimum et adversa nuntia que de Sarracenorum partibus procedebant, residuis Christi fidelium que, ceteris a nefandis Infidelibus extirpatis, in partibus illis immensa Dei misericordia conservavit, per viam particularis passagii Vestra Sanctitas, et prudentie supereminens immensitas paternis affectibus disposuit subvenire, ac christianisimum, omni devotione plenum filium vestrum, et sancte Romane Ecclesie quasi primogenitum inter reges, scilicet regem Francie et Navarre, primo per suos, et demum per vestros nuntios et litteras requisistis, rogastis et tam pie quam salubriter obsecrastis quod hujusmodi passagii capitaneatum in se vellet assumere per alium exequendum.

Qui, licet sicut orthodoxe fidei zelo plenus, fidelium omnium Redemptori promptum et gratum obsequium impendere, et in omnibus vestre summe Beatitudinis beneplacitis, et presertim tam salubribus, complacere ardentibus desideriis exardescat, tamen super aliquibus oportunis circa receptionem capitaneatus hujusmodi vestre Beatissime Sanctitatis intentionem apertius sibi petiit aperiri, non ut receptionem re[j]iceret, sed ut recipiens providentius ageret in receptis, quibus, etsi ex causis contentis in Vestre Beatitudinis litteris Sanctitas Vestra non respondit, se tamen semper habere sanctum propositum subveniendi calamitatibus et discriminibus Christi fidelium illarum partium tam pie quam benigne ipsa reverendissima Sanctitas declaravit.

Et vestris litteris dicto domino regi fideliter reportatis, advertens idem dominus rex rumores horribiles de transmarinis partibus de die in [diem] pejora pejoribus prioribus plena cunctis fidelibus angustiis et meroribus refferentes, considerans insuper quod Vestra Sanctitas, in exhortationibus et precibus quas, de recipiendo capitaneatu predicto, primo recordationis inclite domino Philippo, germano suo, tempore quo regnabat, et sibi postmodum, sepius feceratis, sancte, pie, laudabiliter, utiliter et plurimum salubriter monebat, et quod inter exhortationes et alias preces vestras hactenus sibi factas quasi primicie precum erant, et quod, secundum quod tantum tristia nuntia referebant, fideles in Christo fratres, incole regni Armenie, per nequissimos Christi blasfemos, non sine maximis nostri Redemptoris et totius Christianitatis opprobriis, ad extremum exterminium irremediabiliter deducentur, nisi tam nefandis periculis, velo levato, promptis adjutoriis succurratur, rejectis longioribus viis et deliberationibus que fatalibus discriminibus multa loca ipsis inimicis fidei convicina, et demum dictum regnum Armenie, tam miserandis calamitatibus subjecerunt, quapropter, ad gloriam magni Dei et Vestre complacentiam Sanctitatis, quam desiderat in hiis et aliis exequi posse suo et ad vestram et Sancte Romane Ecclesie reverentiam et honorem, nolens quod tanta bona que per salubrem dispositionem, quam Sanctitas Vestra habuerat de subcidio sepedictis christicolis per viam particularis passagii faciendo, sperari poterant et debebant, ulterius, ob defectum vel dilationem aliam sui ministerii circa capitaneatus hujusmodi devotam suseptionem et executionem celerem, remanerent, nec ex hoc tante subvertionis evidentia pericula, et tot et tantorum fidelium et locorum extirpatio sequeretur, quando ipse in vestris beneplacitis exequendis minis-

terium hujusmodi recipere, et ad exequendam vestram dispositionem et complacentiam daret operam celerem et quantum permitteret accomoda possibilitas efficacem, considerationibus istis motus, capitaneatum hujusmodi jam recepit, cum indubitata confidentia quod honor Dei, Vestre Sanctitatis, Sancte Romane Ecclesie et extrema necessitas dictorum fidelium, circa fidelem et honorabilem executionem passagii sepedicti, per receptionem capitaneatus hujusmodi, superadditus solito propinqus honor suus, Vestre Sanctitatis intima promptis et sufficientibus adjutoriis impendendis intentius commoverent.

Quibus actis circumspecte, considerans idem princeps quod verbalis receptio nudaque pollicitatio penes Vestram Beatitudinem parum esset nisi sermonum qui multis annis negotium hujusmodi frustraverunt, terminos excederet, et promptis operibus pro vestra majori complacentia ad negotium extenderet dexteram manum, presertim cum de diversis mundi partibus tam transmarinis quam maritimis, quam etiam aliis[8], multos homines circumspectos, ecclesiasticos et seculares, barones, milites, nobiles et mercatores ac religio[sos] et alios convocasset, videlicet omnes illos per quos, plena deliberatione prehabita, intellexerat se posse salubriter instrui super illis que circa negotium sepedictum decentia, utilia vel necessaria possent esse, processerit ad deliberandum super hiis cum predictis, ut plenam deliberationem Vestre remitteret Sanctitati.

Et deliberatione multis diebus continuis habita per hujusmodi sapientes et per ipsius regis consiliarios ad hec junctos resedit deliberatio eorundem quod, ad remedianda gravamina que Christianitati in illis partibus continuis successibus inferuntur per fideles christianos, Infidelibus nequiores, qui, timore Dei postposito, contemptis et vestris sententiis, arma, ferrum, ligna et alia per que reddunt predictos inimicos sancte fidei fortiores et, quod horribilius omni catholico debet esse, pueros Christi baptismate presignitos Infidelibus distrahendos, qui, Christi nomine denegato, dum in erroribus Infidelium sunt nutriti, Christi fidelibus plus ceteris adversantur, per mare deferunt et transmittunt, et ad preservandum ne Soldanus per mare possit, ut concipit, hostiliter invadere regnum Cipri, et ad navigium ipsius, cum Dei et christianorum illarum partium adjutorio, impugnandum, et, si Deus adjuverit, conterendum, et ad utilitatem immensam, quam habet idem Soldanus de maris partibus, eidem subtrahendum, que ad expensas in persecutione fidelium faciendas plurimum juvant ipsum, et ad currendum per mare in Egipti partibus circumcirca, et in terra sua que habet maximas distantias circa mare in suis subditis dare da[m]pnum, cum viderint oportunum, viginti galee, due naves bone et sufficientes, armate quelibet de ducentis marinariis sufficientibus et electis, et quator galioti, quilibet cum centum hominibus, anno presenti, pro maris custodia, ad fines specialiter supradictos celeriter mitterentur, qui fines verisimiliter cum armata predicti navigii, cum Dei adjutorio, subsequentur. Et adhuc, secundum quod asserunt illi qui conditiones illarum partium plenius cognoverunt, verisimiliter est sperandum quod vel pro custodia terre sue, in locis multis ad invicem distantibus, prope mare, habebit idem Soldanus de gentibus suis ponere tot et tantos quod sibi non supe[rer]it plena potentia sic fideles Armenie prosequendi, et quod in hoc habebit multa consumere per que reddi poterit non modicum minus potens, vel inferri sibi poterunt multa damna, et quod infra spatium satis breve, presertim cum expediretur refectio aggerum illius inundantis fluminis magni Nili, quod necessario habent, ut asserunt, de triennio in triennium revocari, per hujusmodi maris custodiam posset dicti Soldani potentia taliter breviari, quod facilis esset recuperatio Terre Sancte.

Et nichilominus quod, ultra predictam armatam maris, tria milia servientium balistariorum ut in hiis pluribus transmittantur, qui, si ex hiis inimicis per terram regnum Armenie non servaverint, cessaverint impugnare, pona[n]tur in fortalitiis dicti regni circa frontarias hostibus convicinas pro predictis fortalitiis deffendendis.

Et adhuc resedit in hoc deliberatio sapientium quod, anno venienti, circa augustum, magnus equitum et peditum numerus, super quo et etiam super modo et ceteris oportunis expectabitur Vestre deliberatio Sanctitatis, modis omnibus mitteretur, qui per terram habeant defendere cum potentia christianos et terram quam in partibus illis tenent, et impugnare viriliter Sarracenos.

Et annis etiam sequentibus, tale gentium subcidium ordinetur, quod, cum Dei misericordia, spes de dilatatione christianitatis verisimiliter possit esse.

Postquam voluit et precepit idem rex quod, prefati ad deliberationem hujusmodi negotii convocati, probati circa talia plurimum et experti, conspicerent diligenter quantum emptio galearum, navium et lignorum et omnia necessaria et etiam oportuna pro premissis omnibus que passagium primum tangunt, constarent probabiliter anno proximo, et quantum etiam sequentibus successive; qui multis deliberationibus divisim et conjunctim habitis inter ipsos, repererint et dicebant quod si predicta fierent utiliter et decenter, constarent ccc^{m} librarum parisiensium anno primo, et tantumdem sequentibus, deducto quod emptio navigii deconstaret.

Quibus omnibus sic consultis, dum idem dominus rex deliberaret de premissis Vestre Paternitati sanctissime refferendis, ut, unde presens negotium sancte crucis egressum receperat primitivum, inde progressum acciperet effectivum, rumor detestabilis supervenit subito qualiter ille Soldanus, Sathane primogenitus, noviter diffidaverat regnum Cypri, et qualiter residui miserabiles christiani in illis partibus existentes extirpationi irremediabiliter, nisi tantis sceleribus (s)celeriter occurratur, ob defectum debiti subcidii subjacebant, et suggestum quod erat, et adhuc non mediocriter est timendum quod sanguis eorum, nisi sibi promptis auxiliis succurratur, ab omnibus adjuvare potentibus et dissimulantibus, esset in districto judicio requirendus, presertim cum, ratione tituli nominis christiani, exterminationes hujusmodi paterentur. Quibus auditis non sine mestitia magna cordis, consideravit idem rex quod tam ingens et evidens necessitas non poterat, propter itinerum et locorum longas distantias, relationes et deliberationes hic et ibi solitas expectare, et quod, quanto magis in aggrediendo dictum negotium, presertim in tam urgentibus, procederet, tanto plus Vestre summe Reverentie complaceret, maxime cum multas occupationes alias specialiter istis temporibus haberetis.

Considerans insuper presentiam quamplurimorum principum et baronum ac nobilium aliorum qui de multis mundi partibus convenerant penes ipsum, qui puro corde, sicut et sequentia bene docent, aperta via istius instantis itineris transmarini, dicebant se vestigia velle sequi et factum armorum velle dimittere, cui dictorum nobilium multitudo quamplurimorum copiosa tunc temporis actualiter insistebat, et quod vix ex ordinatione passagii hujusmodi, si tractatum reciperet longiorem, sequi poterat vel tantum bonum, considerationibus istis motus, pro majori vestra complacentia, ad tractandum de capitaneo preponendo in predicto primo passagio loco sui, intentione pura, devota et fideli promptitudine se convertit. Et considerans quod, ad hoc opus, vir nobilis, prudens et fidelis, optime sibi conscius pro integritate mentis erat, sicut in lege scribitur, eligendus, et quod vir circumspectionis et prudentie magne plenus dominus Almaricus (*sic*), vicecomes et dominus Narbonensis, inter alios talis erat qui verbis et operibus ostenderat evidenter se habere desiderium singulare ad sanctissimum opus istud, ipsum capitaneum in primo passagio posuit loco sui; nec ad hoc promptum videbat aliquem cui tutius et cum majori vestra complacentia, secundum quod ei videbatur, capitaneatus regimen tradi posset; qui etiam dominus de Narbona recepit in se primum passagium faciendum, ut superius recitatur, per integrum primum annum, pro ducentis millibus librarum parisiensium, et ad continuationem pro sequentibus annis, de quibus Vestra Sanctitas et prefatus dominus rex provideritis ordinandum, pro eodem pretio, deducta extimatione navigii sepedicti, quam plus recepit anno primo quam sit sequentibus recepturus, se nichilominus obligavit.

De sequentibus autem annis aliter precise dictus dominus rex nichil voluit ordinare sine Vestre complacentia Sanctitatis, cum ad eam interim explorandam tempus sufficiens superesset, et ex eadem ratione volens in omnibus, sicut decet, deferre Vestre reverendissime Sanctitati.

Super secundo passagio, licet ad illud conferre disposuerit, sicut infra sequitur, manu plena, nichil penitus ordinavit, sed deliberationem Vestre reverendissime Sanctietatis voluit expectare, sicut etiam facere de primo passagio proponebat, nisi essent predicta que ipsum ad dispositionem hujusmodi contra propositum coegerunt.

Premissis autem sic peractis, considerationem adhuc habuit dominus rex predictus quod, antiquioribus temporibus, quando reges per personas ecclesiasticas modo suo super hujusmodi negotio rogati, ipsi et consiliatores eorum quantitates numorum offerebant, volens nedum personali, sed et reali subcidio huic operi piissimo subvenire, ne videretur legem imponere tantum verbis, ad hujusmodi videlicet et subsequentia passagia ordinanda, obtulit et offert facere subcidia que sequntur.

Pro primo, quantum constat navigium supradictum, quod ad usum passagii perpetuo remanebit et ultra, xx^ti milia[9] librarum et amplius pro preparatoriis de quibus est celerius providendum, a suis collateralibus et paucis prelatis et baronibus ibi presentibus sunt oblata; et sine dubio contulisset idem dominus rex satis uberius de presenti, nisi grandia onera que habet et habuit, tam pro se quam pro suis predecessoribus et alias supportare, sibi facultatem accommodam subtraxissent conferendi largius in istanti. Et nichilominus volens non solum in se proficere sed in suis, misit ad partes singulas regni sui ad subditos exhortandos quod ad sanctissimum opus ist[u]d manus adiciant adjutrices[10].

Pro alio vero sequenti passagio, dum tamen Vestra reverendissima Sanctitas, sicut habet et ipsam decet, et pro honore Dei et vestro et totius universalis Ecclesie noscitur expedire, et pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerit subvenire, quod dicta passagia ad honorem Dei et Vestre Beatitudinis, Sancte Romane Ecclesie et ipsius compleantur, nos certificat se daturum primo ccc^m librarum turonensium, quas recipiendas in certis locis et sufficientibus assignabit.

Necnon se ordinaturum cum effectu quod de omnibus que vendentur in parte qualibet regni sui, a decem solidis supra, emptor solvat, de decem solidis, unam pictam, et venditor aliam; de viginti solidis quilibet unum denarium; de xxx solidis, tres obolos, et sic secundum quod quantitas assenderit (*sic*) ascendendo. Ex quibus tot et tanta subcidia poterunt provenire, quod difficile extimari, sed etiam credi posset, nec ex hoc ejus subditi retrahentur, quin ex indulgentiis et alias pie moti ad istud negotium adjuvandum, et porrigant plenas manus. Sed nec idem dominus rex ad sola prima juvamina se restringit, quin intendat, presertim decursis adjutoriis supradictis, alia subcidia facere Terre Sancte, secundum quod per Vestram Sanctitatem videbitur ad id opus largius elargiri, sed et demum exponere, si necessitas id exposcat, etiam se et sua.

Igitur dominus rex ad Vestram reverendissimam Sanctitatem nuntios suos misit super hiis que secuntur : primo, ad certificandum Vestram Beatitudinem reverenter de piis, devotis, firmis, affectuosis et stabilibus propositis et desideriis quibus ducitur et est ductus in omnibus et singulis supradictis, et afficitur ad piissimum negotium Terre Sancte, et, ad complacentiam et honorem Vestre beatissime Sanctitatis et Sancte Romane Ecclesie, matris sue, in hiis et aliis quibuslibet exequendis. Secundo, ad supplicandum super omnibus et singulis infrascriptis, super quibus, et eorum quolibet dictos nuntios jussio regis urget.

In primis, quatinus ad sanctissimum istud factum quod principaliter contingit Vestram Beatitudinem, ut videtur domino nostro regi, cum sit negotium nostri piissimi Redemptoris, domini Jhesu Christi, qui sua misericordia tam condigne constituit suum universalem vicarium pre cunctis ceteris vos in terris, et in ea parte terre quam suo proprio sanguine consecravit tot et tantis blasfemiis execratur, est etiam negotium sancte fidei, cujus debetur Vestre Beatitudini pre ceteris major zelus, que sic locis originar[iis] exulatur, et est per consequens totius gregis dominici, cui magna Dei providentia vos capud (*sic*) preposuit et pastorem, spiritualiter et temporaliter, affluenter in plenitudine largitatis dignetur Vestra reverendissima Sanctitas subvenire, exemplo illius cujus vices geritis in solidum super terram, qui suum populum, ut ingrediretur hujusmodi Terram Sanctam, in columpna nubis per diem, et in columpna ignis per noctis tenebras precedebat, in utroque tempore dux itineris esset, ipsis utrumque subcidium, sic quod eis nichil deficeret, et subministrans, sed et exequi dignemini quod precepit Moysi suo, cujus auctoritas in Vestram benignissimam Sanctitatem divinitus translata est, dum injunxit ei quod elevaret virgam, et manum

extenderet supra mare ut populus per ejus remedium gradiretur, virgam directionis et virtutis in spiritualibus concedendis et manum potentis adjutorii extendendo, huic operi sic dignemini subvenire quod, tam ipse quam reges, principes, comites et barones, et omnes et singuli christiani vestris sanctis exhortationibus et exemplo promptius moveantur ad tam prompta quam exuberantia subcidia faciendi.

Supplicat igitur ante omnia dominus rex predictus spirituale subcidium pro predictis, scilicet quod Sanctitas Vestra dignetur concedere plenas indulgentias generales illis omnibus qui transfretabunt, tam in primo quam in sequentibus passagiis, et circa hoc uberius exercere vestre plenitudinem potestatis quam fuerit consuetum, cum solito plus egeat Terra Sancta, et fideles christiani in partibus transmarinis subcidiis oportunis. Et idem fiat de illis qui propria pro primo passagio sunt largiti, et pro eodem vel aliis imposterum largirentur; et circa hoc, juxta datorum seu dandorum quantitatem, Vestra Sanctitas ita late, cum Dei complacentia, indulgentias hujusmodi taliter moderetur, quod quilibet fidelis catholicus, qui non poterit vel sibi datum desuper non f[ue]rit transfretare, ad propria plenis manibus eroganda pro sustentatione transfretantium moveatur, et quod indulgentia hujusmodi claris et certis terminis declaretur, ne forsan dubietas retrahat aliquos a donando, et dictas indulgentias dig[nemi]ni facere per totam christianitatem celerite[r] publicari, necnon et quod dignemini libertates et privilegia largiora concedere volentibus transfretare, inter que supplicat in specie que continentur inferius circa finem.

Item supplicat quod, de presenti, ad perficiendum et complendum sepedictum primum passagium, quod aperiret, Deo dante, et jam fructuosissime noscitur aperire viam multis subcidiis tam personalibus quam mixtis et realibus, per Dei gratiam valde latam, de quantitatibus quas recepit Vestra reverendissima Sanctitas in hujusmodi Terre Sancte negotio convertendis, et de aliis sic dignemini subvenire quod ad Dei, nostri Sancte Romane Ecclesie et totius Christianitatis gloriam et honorem celeriter hoc proximo tempore, ut exposcit necescitas supradicta, perfici valeat et compleri, et quod super passagio seu passagiis secuturis, et specialiter super illo quod expedit et est necessarium fieri anno proximo subsequenti, cum quanta gentium quantitate, et de ceteris oportunis eadem Vestra Sanctitas sibi suam significet voluntatem, et quod dignemini primo, quantum ad vos, et deinde quantum ad subditos, ordinare de tali et tanto subcidio faciendo quod de dila[ta]tione sancte fidei et recuperatione patrimonii Jhesu Christi spes verisimilis esse possit; eodem enim ordine sicut apparet ex superioribus rex procedet.

Item quod dignemini loqui domino regi Roberto et nuntios mittere speciales ad Fredericum, regem, ad Jenoenses, Pisanos, Anconithanos, Venetos et omnes alios commorantes in Maritima potestate, ad publicandum eis processus quos credit dictus dominus rex Francie factos esse per Vestram reverendissimam Sanctitatem contra illos qui Sarracenis et aliis catholice fidei inimicis vetita quoque portant seu commercium habent aliquod cum eisdem, et ad recipiendum ab eis, si commode poterunt eos inducere, sufficientes et ydoneas cautiones de servandis contentis in processibus memoratis, et ad inducendum eos ad faciendum super hoc statuta et ordinationes sufficientia et valida, secundum morem eorum, et requirendum quod prestent, in isto primo passagio et in sequentibus, consilium, auxilium et juvamen, et quod permittant extrahi libere bladum, vinum, equos, arma, navigia, lig[n]amina et omnia alia transfretantibus necessaria et etiam oportuna, et quod dicti processus quam comode fieri poterit aggraventur, et si forsan non sunt facti, quod fiant celeriter, et ut plus fieri poterit cum rigore.

Item quod dignemini scribere in speciali omnibus principibus christianis litteras exhortatorias, sicut Sanctitati Vestre videbitur ordinandas, quod velint ad istud sanctum negotium affluenter et celeriter adjuvare, et subditos suos inducere quod faciant illud idem, sicut dominus rex predictus subditis suis facit et intendit facere quantum poterit bono modo. Et quod, inter reges et principes et alios quoscunque guerram habentes, dignemini modis omnibus quibus poteritis procurare quod reformatio pacis fiat, vel saltem treuge sint longe quod eorum subditis, non debea(n)t impediri quominus ire valeant, si voluerint, vel alias adjuvare.

Item quod etiam mittere dignemini nuntios speciales Imperatori Constantinopolitano et regi Tarsis et ceteris de quibus Sanctitati Vestre videbitur expedire, ad inducendum ipsos et tractandum etiam cum eisdem quod contra Soldanum consilium et adjutorium velint dare. Et prefatus dominus rex paratus est scribere omnibus supradictis et procurare pro posse que Sanctitas Vestra supplicai procuranda.

Item quod Sanctitas Vestra circa bona Hospitalis et Templi ordinationem factam in consilio Viennensi faciat observari et exequi cum effectu, alias ordinare quod Terre Sancte subcidium faciant quale decet, sic quod imposterum sint facturi.

Item quod omnia legata incerta et indistincta, redemptiones votorum et legata omnia Terre Sancte facta, istis passagiis, ut melius fieri poterit, deputentur; quod fieri faciatis processus et ferri sententias contra illos qui ad talia tenebuntur, nisi satisfecerint infra tempus certum per vestram paternitatem sanctissimam moderandum, et nichilominus ipse rex, ad requisitionem illorum quos deputaveritis ad predicta, faciet executionem celerem contra suos subditos pro predictis.

Item quod dignemini dare, sicut etiam alias a vestris predecessoribus noscitur esse factum, omnibus prelatis religiosis et personis ecclesiasticis cujuscunque status aut conditionis existant, generalem et liberam licentiam transfretandi, tam in primo passagio quam in sequentibus, absque eo quod a Sanctitate Vestra vel alio superiore suo licentiam habeant petere specialem, dum tamen a se vel ab alio sufficienter habeant unde vadant et remaneant per integrum unum annum, quodque illi qui transfretabunt, ad quos ratione dignitatis competit visitare et procurationes recipere, per alium vel alios licite visitare et in peccunia procurationes recipere ex nunc secundum vestrum beneplacitum moderandas[1], quamdiu fuerint in prosecutione negotii memorati, dum tamen peccuniam inde recipiendam expendant in usus predicti negotii Terre Sancte, et quod illi qui tenentur Sedem Apostolicam visitare, quamdiu fuerint in servitio Terre Sancte, sint ab hoc liberi et immunes, et per biennium vel tempus aliud post regressum, sicut Sanctitati Vestre videbitur moderandum.

Item quod canonici et alii quomodolibet prebendati qui voluerint transfretare, a tempore itineris arrepti, recipiant integraliter fructus omnes prebendarum, dignitatum et quorumlibet beneficiorum suorum, et distributiones cotidianas ac si personaliter in ecclesiis residerent, cum, non minus quam in ecclesia residendo, constet eos Deo et universali Ecclesie deservire, non obstante quod non fecerint primam residentiam personalem, cum ceteris non obstantibus oportunis.

Item quod illi qui obtinent vel interim obtinebunt dignitates ecclesiasticas vel alia quecunque beneficia, cujuscunque status vel conditionis existant, quamdiu fideliter et integraliter tertiam partem fructuum et proventuum beneficiorum hujusmodi dictis usibus deputabunt, vel saltem per aliquod certum tempus, non teneantur ad ordines quos requirunt beneficia hujusmodi promoveri. Et quod idem concedatur omnibus qui duxerint transfretandum, videlicet quod quamdiu institerint in servicio Terre Sancte, durante dicto passagio, pretextu dignitatum vel ecclesiarum hujusmodi, non teneantur ad aliquos sacros ordines promoveri, nec procurationem aliquam solvere obtentu quorumcunque privilegiorum, vel circa ista moderemini tale tempus, sicut Sanctitati Vestre pro utilitate negotii videbitur expedire.

Item quod omnes illi qui de beneficiis, vel de quibuslibet bonis mobilibus ecclesiasticis ad alium pertinentibus, seu in quibus jus efficax non habebant, aliquod illicite quomodolibet habuerunt vel receperunt, pro quibus in judicio non sunt tracti et pro quibus possunt teneri ecclesiis vel personis ecclesiasticis quibuscunque, absolvantur in foro conscientie, dum tamen med[i]etatem vel illam quotam de qua Sanctitati Vestre videbitur faciendum, tradant ad usus hujusmodi vel expendant in ipsis personaliter transfretando. Et quod idem fiat de omnibus qui ad restitutionem decimarum vel primiciarum quomodolibet tenebuntur, et idem si ad restitutionem quorumlibet debitorum a se vel a predecessoribus suis contractorum quibusvis personis forcitan teneantur, dum tamen certa persona non appareat cui sit restitutio facienda.

Item quod omnes persone ecclesiastice quibus non licet condere testamentum, possint de bonis eccle-

siasticis mobilibus vel ab ecclesiis vel ab aliunde quomodolibet acquisitis vel acquirendis, testari, libere disponere et alias ordinare in vita pariter et in morte, et, ubi voluerint, eligere sepulturam, dum tamen usibus supradictis partem mediam bonorum hujusmodi integraliter duxerint deputandam vel quotam illam quam Sanctitati Vestre providerit ordinandam.

Item quod ecclesiastice persone que personaliter transfretabunt, a prestatione decime seu cujuslibet subcidii concedendi pro subcidio Terre Sancte penitus sint immunes.

Item quod si contingat personas ecclesiasticas, qualescunque et cujuscunque status fuerint, etiam si pontificali prefulgeant dignitate, contra inimicos fidei bellicis armis uti et interficere vel etiam mutilare, vel consilium et auxilium ad hoc dare, a suis prelationibus, dignitatibus vel aliis suis beneficiis privari nequeant vel deponi, nec perdant executionem ordinis jam suscepti, nec impediantur quominus ad altiores ordines et alia quecunque beneficia valeant promoveri; vel circa hec et similia, sicut Vestre Beatitudini salubrius videbitur faciendum pro animarum remedio et pro securitate status ipsorum, alicui vel aliquibus concedere dignemini potestatem in predictis et aliis irregularitatibus quibuscunque, occasione hujusmodi contrahendis, libere dispensandi.

Item quod omnes persone ecclesiastice, tam prelaturas quam dignitates et alia beneficia quelibet obtinentes, etiam si religiosi fuerint, possint libere vendere vel pignorare, obligare fructus, redditus et proventus prelationum, dignitatum, prioratuum et beneficiorum suorum per unum annum ante arreptionem itineris, pro preparamentis necessariis perquirendis, dum tamen jurent, cessantibus aliis impedimentis legitimis, se transfretaturos in proximo tunc passagio secuturo, et etiam pro parte quadriennii post iter arreptum, si in servicio Terre Sancte pro tanto tempore voluerint remanere, sic quod possint reperire qui velint contrahere cum eisdem, vel quod tempus permissionis hujusmodi secundum vestrum, beneplacitum salubriter moderetur; quodque si personas prelaturas, dignitates vel beneficia obtinentes contigerit in prossecutione negotii mori, medietas redditum et proventuum administrationum suarum percipiendorum in anno dicte mortis, cedat eorum ordinationi libere pro suis debitis persolvendis et aliis beneplacitis faciendis, alia medietate pro portandis oneribus remanente.

Item quod concedatur transfretantibus quod, auctoritate quarumcunque litterarum Sedis Apostolice vel legatorum ipsius, ipsi vel procuratores eorum extra proprias dioceses non trahantur; necnon alia privilegia et libertates, de quibus summe prudentie Vestre benignissime Sanctitati[s] videbitur expedire, dictis transfretantibus, si placet, concedatis, ut exhortatione talium et similium premiorum, fideles quilibet ad supernum premium salutare salubriter provocentur, et ad Vestre reverendissime Sanctitatis et suam gloriam, ipsorum anime salve fiant[12]. »

1. Le passage en question, depuis *Quoniam* jusqu'à *possit intelligi*, se trouve, sous une forme plus correcte, dans le Décret de Gratien, première assise du CORPUS JURIS CANONICI, *pars* IIe, *causa*, XXIV, *quæstio* I, *can.* XXV : *Hyeronymus ad Damasum.*
2. Reg. *retur*.
3. Reg. *rectam*.
4. Ce mot manque dans le texte du Décret.
5. Reg. *linstra* (?).
6. Reg. *deserpit*.
7. Ce passage depuis *nunc* jusqu'à *tronum suum* se retrouve aussi presque textuellement dans le texte cité.
8. Reg. *alios*.
9. *Turonensium* (cf. nos 1694, 1696, 1702, 1707).
10. Voyez no 1683.
11. Il faudrait ici un mot tel que *valeant*.
12. Nous donnons à ce document la date que porte la lettre d'envoi des ambassadeurs auxquels il fut remis.

1686 *Saint-Germain-en-Laye, 24 avril 1323.*

Carolus, Valesii comes, nuntios ad papam super passagio transmarino responsuros mittit. (Reg. 111, fol. 218, c. 926; — J. Petit, *Charles de Valois*, p. 393, pièce justificative no XIX.)

« *De passagio per persona comitis Valesii : littera dicti comitis.* Tres Saint e tres redouté Pere et sire je, Challes, filz de roy de France, conte de Valoys, vostre humble filz, me recommant a vous, tres saint Pere. Reverent Pere, mon chier et amé l'evesque de Senliz m'a parlé et touché d'aucunes choses touchantes ma personne et le voiage d'outre mer, desqueles choses j'ay dit et descouvert audit evesque et mandé a mon ame et foyal chevalier Bouechart de Monmo-

rency m'entention e mon cuer, e ay chargé et commis a l'un et a l'autre qu'il en parlent a vous, Tres Saint Pere, si vous supplij et pri que vous voillaiz touzjours mander vostre volenté comme a celuy qui est volontif et desirant de la faire. Nostre Sire soit garde de vous. Donec a Saint Germain en Laye, XXIIII jours en avrill. »

1687 *Saint-Germain-en-Laye, 24 (?) avril* (1323).

Regis Francie ad papam littera pro dicto comite Valesii. (Reg. **111**, fol. 218, c. 927.)

« *Littera regis Francie pro eodem.* Tres Saint Pere, nostre chier et feal oncle Challes, conte de Valois, nous a exposé que aucus de ses genz li ont signifié de par vous que vous desirrez et voudriez moult que il entrepreist le passage de la Terre Sainte et que vous y feriez et ayderiez moult avant tant bonnement comme vous pourriez, pour ce que il y fust plus convenable et plus profitable que moult d'autres. Si nous a monstré e fait mostrer la grant affection que yl a audit saint voiage et de an faire ce que vous en desirrez et voudriez, si comme dessus est dit; si nous a requis que nous ley vousissons conseillier et aviser. Donc nous, eue consideration sus ce et avis, li avons ainsi respondu et fait respondre que le passage general, quant Dieu plaira que bonnement se puisse faire et ordener, nous ne le lairions, ne a li ne contre aicors le retenons pour nostre persone en lieu et en temps, se Dieu nos donne vie. De cest premier particulier passage, qui est preparatif et moult necessaire aus autres, ensui[v]ans, l'en ne se puet en bonne guise partir, quar l'en y a ja avant procedé par l'avis de pluseurs vaillans et sages genz, et escript et mandé au roy de Chipre et de Ermenie et a pluseurs autres, donc de soi retraire seroit grant desconfort d'iceus et grant admirationt de nostre pueple, ne il n'est pas aussi bien convenable ne chose preste pour ledit nostre oncle. Mais, tres Sains Peres, nous desirrerions et voudrions moult que ledit nostre oncle entrepreist le secont passage auquel nous li voudrions moul aidier selonc nostre povoir. Si vous supplions que sur celi secont, lequel nous voudrions que il seur toutes autres personnes entrepreist, vous vueulliez entendre et y vueulliez tant faire que, a honneur de Dieu et essaucement de la foy et loange dont dit nostre oncle, il le puisse bonnement entreprendre. Et, Saint Pere, sus cesti premier passage dessus dit et sus les autres choses pour lesqueles nous vous avons envoié noz messages[1], nous attendons vostre bonne response, laquele est moult necessaire si comme vous savez. Si vous plaise a la faire et dilivrier au plus tost que vous porrez. Donné a Saint Germain en Laye, le XXXIII[2] jour d'avril. »

1. Voyez ci-dessus nos 1684-1685.
2. *Sic*, peut-être faut-il lire XXIIII, comme pour la lettre du comte de Valois qui précède. L'itinéraire de Charles IV, publié dans le *Recueil des Historiens de France* (t. XXI, p. 489), ne permet pas de corriger l'erreur.

1688 *24 avril* 1323.

Supplicatio pro comite Valesii papæ oblata. (Reg. **111**, fol. 218, c. 928; — J. Petit, *Charles de Valois*, p. 394, pièce justificative n° XIX.)

« *Supplicatio pro parte dicti comitis oblata.* Sanctissime Pater et domine reverendissime, significamus Vestre benignissime Sanctitati qualiter dominus noster comes Valesii, sicut sancte fidei zelo plenus in passagio faciendo pro subcidio Terre Sancte, conditori fidei Sanctitate Vestre et toti Christianitati totis affectibus desiderat complacere, quodque, domini nostri Francie regis habita voluntate, ad hoc efficaciter et cum Dei jurvamine salubriter exequendum offert Sanctitati Vestre personam suam, filios suos, bona sua et quicquid ultra poterit exponere loco et tempore pro predictis de quibus expediens Vestre videbitur Sanctitati.

Item quomodo tam dominus rex quam idem dominus noster Valesii Vestre supplicant Sanctitati quod ad hoc quod idem dominus comes possit cum tot, tantis et talibus personis facere passagium memoratum, quod, divino juvamine mediante, valeat christianos illarum partium et terram eorum viriliter defendere, valeat et inimicos fidei fortiter impugnare et Christi fidem dilatare, dignetur Vestra Sanctitas de sufficientibus subcidiis eidem subvenire et, dum hoc fiat,

idem dominus Valesii paratus est bonam securitatem facere de complendo et continuando passagium memoratum, sic quod Vestre poterit sufficere Sanctitati. Videtur autem eidem domino nostro Valesii, salva deliberatione Vestre Sanctitati[s], quod ad predicta ad honorem Dei et Sanctitatis Vestre et Christianitatis salubriter exequenda, sufficerent et decerent VIII^m hominum equitum, et XXX^m peditum stipendiariorum, qui etiam navigiis indigerent. Que autem dicta vadia debent esse, reperimus in scriptis alias Sanctitati Vestre exhibitis, tempore recordationis inclite domini Philippi, tunc Francie regis, que sunt penes reverendum patrem dominum cardinalem de Arrablayo, que Sanctitas Vestra voluit nos videre : pro barone XX sol. turonensium, pro milite X, pro scutifero VII sol. VI den., pro pedite XX den., unde supplicamus devote Vestre beatissime Sanctitati quatinus considerare dignemini que, qualia et quanta bona ex[1] persona dicti domini Valesii facto dicti passagii poterunt provenire, et super istis benigniter et gratiose dignemini respondere de beneplacito ipsius Sanctitatis[2]. »

1. Reg. *et*.
2. Pour la date, voyez n° 1686.

1689 [24 *avril* 1323.]

Declaratio dictæ supplicationis. Reg. 111, fol. 218 v°, c. 929.)

« *Declaratio dicte supplicationis.* Sanctissime pater et domine reverendissime, super supplicatione quam pro domino nostro comite Valesii pro negotio Terre Sancte Vestre Beatitudini verbis et scriptis duximus exponendam, ut, quanto lucidius ipsi benignissime Sanctitati de vera, pura, laudabili et sincera intentione ipsius domini comitis apparrebit, tanto perfectius et uberius possit supplicationi predicte, cum Dei complacentia, respondere, ipsi Beatitudini sequentia disposuimus explicanda. Primo quod, licet numerum stipendiariorum VIII^m militum equitum et XXX^m peditum ex parte prefati domini nostri comitis tradiderimus ut decentem, tamen firmiter credimus et tenemus quod idem dominus Valesii, juxta deliberationem salubrem Vestre beatissime Sanctitatis, ad numerum pauciorem tam in equitibus, quam in peditibus se restringet, licet super hoc mandatum expressum de numero pauciori non habuerimus ab eodem.

Item quod tempus ad hujusmodi sanctum passagium faciendum videtur eidem domino Valesii circa finem biennii subsequentis, consideratis omnibus, oportunum, licet et in hoc et aliis intendat agere secundum deliberationem Vestre beatissime Sanctitatis.

Item ad minus intendit ultra mare in prosecutione negotii sancte fidei per quinquennium continuum remanere, et plus, si de majori tempore provideritis ordinandum.

Item quod paratus est, quantum Sanctitati Vestre pro plena securitate videbitur expedire, se et suos efficaciter obligare de negotio prosequendo, et, cum Dei adjutorio, pro posse suo complendo et effectualiter exequendo, et de hiis que ad hujusmodi passagium disposueritis concedenda, in illum et non in usum quemlibet alium convertendis.

Item credimus firmiter quod sit intentio dicti domini Valesii, quod sub domino nostro rege Francie, et sub ejus nomine capitaneatum dicti passagii recipiat, et prout ordinatum fuerit una cum Vestra beatissima Sanctitate, cum illius juvamine cujus negotium principaliter est gerendum, salubriter exequatur. Unde Sanctitati Vestre devotissime supplicamus, quatinus Vestre beatissime Sanctitati de tanto et tali subcidio sibi dignemini subvenire, quod ad honorem Dei, vestrum, domini regis, et suum et sancti negotii commodum decenter capitaneatum dicti passagii possit in se recipere, et ipsum exequi fructuose, et super hoc bonam et brevem responsionem facere si Vestre placeat Sanctitati[1]. »

1. Pour la date, voyez n° 1686.

1690 *Avril* 1323 *au plus tard*.

Nuntiorum regis Jerosolimæ et Cypri consilium super negotio transmarino. Reg. 111, fol. 216 v°; fol. 217, cc. 920-925.)

« C'est le consaill et avisiment que nous, messages du Roy de Jerusalem et de Chypre, conseillons celonc ce que il nos semble a nete conscience pour la garde

et deffence de la terre d'outremer, et sur ce que nos avons veu et oy a nostre sire le roy de France le bon entendement e voloir que il a nos semont de dire se qui si apres devise.

[c. 921] Tout premièrement por ce que nostre sire le Roy de France nous fist dire que quant a ores le generau passage, lequel il entendoit a fere et voloit accomplir, il li convenoit en ceste chose qui estoit si grant, avoir espace de tens por regarder ce qui converoit per edefier l'estat de ladicte besoigne mes anssois que le generau passage ce feist, viant nostre sire le Roy fere et mander aucun passage particulier, celonc se que nos avons peu entendre au retrait qui fu fet par lui au Parlement, et parce que le besoing le requiert,

[c. 922] a nous semble, porce que nos avons esté en la compaignie de monseigneur le conte de Clermont quant il fu devant nostre Sant Pere le Pape[1] et proposa l'ordenanse et l'eufre que il faisoit pour lui e por ces compagnons aler à la Terre d'outremer, por lui secourre et offindre les hanemis de la foy et servir II ans,

[c. 923] seigneurs, a nos semble que l'ordenance et l'oferte es bone, mes que le fust jusques au generau passage; car se autrement fust, si comme par autre fois a esté, que gens de savier et Arméniens de galies ont esté par dela aucune saison, de coi partant ladite gent et l'armement des galies ont esté, si comme dit est, les hanemis de la foy nos couroint ssus et nos offendoient en mantes manières, si comme entre vos seigneurs l'aves çeu et entendu, et grant domage et peril seroit à la Crestiente par dela que nul passage particulier se feist autrement que jusques au generau passage. Car a ce fere torneroit a grant aie et honeur a la Crestiente, car moult de bien et d'esploit porra ledit passage particulier fere quant la chose cera ordenée et promis a maintenir ledeit passage si come dit est.

[c. 924]. Tout premierement quant la gent, qui devoscion ont, orront que le passage particulier est ordené par la manière ssus dite, il enverront à si grant foison e tant yront en avant en jusques que ledit passage veigne generau, que moult de bones besoygnes se feront. Encores les galies qui doivent estre deistreindront que nule vitaille ne porra estre donée ne porrée as henemis de la foy, de coy il lor tornera a gran demage. Encores, en ce que les mauveiss crestiens que les Memelans (*sic*) portent et lor vendent, les quels ce les meillors gens d'armes qu'il aient, il lor faudra encores des marchandiers, lesquels il ont il ne les pourent vandre, de coy il lor tornera a grant confusion quar il ne vivent d'autre.

[c. 925]. Enquores nos semble, pour l'echmeute que le Saudan de Babiloine a empris a fere au roiaumme d'Ermenie et a celui de Chipre et (et) porce que les crestiens par dela sont poi et de petit povoir au regart dou Saudan de Babiloinne, convenable chose sereit que X galies bien armées fuissent apareillées de partir à ce mars prochoin venant et II^m sergens ambalestriers aler aveq lesdites galies, et raison por coy, si est ceste que, se le Saudan faiseit nule armée por offandre l'un roiaumme ou l'autre, que les X galies, aveuc l'aie de l'armement que nostre sire le roy feroyt, lor porroit ferre gran domage, et la sergenterie seroit a la garde et defense des chastiaus et de forteresses d'Ermenie, et ce porcoy nos semble que le secors se fase si prochain, si est que le Saudan ne sache l'emprise per desa et qu'il ne pregnen tel consaill et si hastif qu'il ne fasse domage as cristiens per dela, ensi con fere le peut, se le ditz secors ne se faisoit si prochenement. Encores lesdites galies ne soient de commun, car autre fois ont estes mandées par dela qui ont este de feble portement et de povre consaill, et le cheventamant qui sera sur ledit armemant soit du roiaumme de France et si prodheume qui doute Dieu et aime l'arme de soi.

Encores nos semble que, por lesplait de la besoigne, que le saint Pere le Pape doive mander I legat sur lesdites galies, et qui portast indulgence tel qui fust a l'avantage et au sauvement de seus que bonne conscience averoient.

Encores nos semble que, nostre saint Pere le Pape, et nostre sire le roy de France si ont a mander solempnes messages au han des Tatars, por fayre li savoir l'emprisse que par desa est faite, et dire li celes chosses que a II seigneurs semblera que convenable chose soit, car meus et plus adroit li manderont que nous ne li saverons conseiller.

Et porce que a nous semble que les mil homes a cheval qui en la compaignie de monseigneur le conte doivent aler, porce que l'eufre de lui a esté de ceste Pantecouste a I an, nos semble que le voiage est trop lonc et perillous per II raisons, l'une que les hanemis poroient courre et grant domage fore en aucunes places s'il n'i avoit gent à cheval, l'autre que, se il portoient chevaus en celui temporal, il reseveroient grant domage : l'une que le chaut afauleroit une grant partie, l'autre qui moroient meimes du chaut et quant il ariveroient en Chipre, si ceroient il tels atornés et si febles, que hom ne se pouroit aidier d'eus porce que, en celui temporel, hom ne trouveroit nul herbage ; porcoi il nos semble por ces ssusdites raisons que Monseigneur le conte de Clermont se mouvera en cest haoust prochain venant, se a lui plest, avenc sa compagnie, porce que le temps li est plus convenable de l'autre pour pluseurs raisons : l'une que lui et sa compaignie porront aler en I tens, lequel est atrempré et que les ponens regnent plus fort, l'autre que les chevaus n'en averont mie grant chaut et ariveront en tens dont l'erbage lor sera prochain ; et se il y avoit nus chevaus fleeles du travaill, il seroient secourrus par le prochain herbage, et quant se veroit au nouviau tens, l'on (l'on) se poureit aidier d'eve aussi bien com le premier jour qui se mist à passer, et de ce faisons nous bien acerte[né] entre nous qui somes par dela, car nous mandons querre les chevaus par desa, lesquels, quant il viennent a nous au mois de septembre ou de octombre, seus chevaus echapent et durent, et seus qui vieroent en autre saison auci comme en iste se treuvent moult domages.

Encores nos semble il, por esploit de la besoigne, que ceste gent qui yront en cest saint voiage doivent huser et fere per le consaill de nostre seigneur le roy de Jerusalem et de Chipre, por ce que c'est I des princes de Crestienté que plus ausé les besoignes par dela, si que a huser et fere par le consaill de lui, la chose multepliera selonc la fin de nostre desirier[2]. »

1. Il était venu à la cour pontificale sous Philippe V (voy. n° 330 note 2). Il y revint sous Charles IV (voyez lettre du 5 août 1322, n° 1488), il y fut encore envoyé le 17 février 1323 (n° 1684), et, le 22 mars, il arriva à Avignon (n° 1710).

2. Des envoyés du roi de Chypre étaient venus à la cour de France, suivant une lettre du 17 février 1323 (n° 1685). On en trouve, peut-être les mêmes, qui assistèrent à Avignon, avec les ambassadeurs Arméniens, aux délibérations où furent discutées en avril 1323 (n°s 1693, 1695 et 1710, les conditions de la croisade. Les deux documents que nous publions ici (n°s 1690 et 1691) sont donc au plus tard de cette dernière date. Seraient-ils antérieurs au mois de mars comme pourraient le laisser entendre les mots : ce mars prochain venant. Nous ne pouvons l'affirmer. Il est fait aussi mention d'envoyés Arméniens à Avignon le 22 juin 1322 (n° 1431).

1691 [*Avril* 1323 *au plus tard.*]

Ja. Constantii et Reverus, frater suus, una cum domino Sarchi, secundum præceptum a rege et baronibus omnibus regni Armeniæ eis datum, ejusdem regni necessitatem papæ significant. Reg. 111, fol. 217-218, c. 925 *bis.*

« Super passagio particulari quod ad presens ordinatur, super quo Vestra Sanctitas petiit a me Ja. Constantii, quod ego et Reverus, frater meus, una cum domino Sarchi, milite, deberemus habere consilium et vobis dare per scripta que nobis viderentur, et, cum essemus cum domino Sarchi locuti, respondit quod suum scriptum vellet per se donare, nos Ja. et Re. memorati, secundum preceptum et commissionem que a domino rege et baronibus omnibus regni Armenie habemus et, sicut homines de ipso regno nati et nutriti et scientes omnem nececitatem (*sic*) ejusdem regni, secundum nostram parvam scientiam, infrascripta Vestre Sanctitati significamus.

Ista passagia particularia que transfretare debeant partisando (*sic*) ab hinc, eundo et redeundo, per unum annum saltem habere[n]t durare, ita quod, secundum nostram extimationem et prout nobis videtur, non stabunt in regno Armenie ultra duos vel tres menses, et hoc est manifestum. Propterea videtur nobis quod christianis ibidem non proficuum, ymmo nocumentum prestabunt. Nam si aliqua da[m]pna in terra Sarracenorum fecerint per mare aut per terram, post ipsorum recessum intrabunt Sarraceni Armeniam et contra unum da[m]pnum quod ipsis fuerit illatum, ipsi regno seu ejus gentibus facient decem, sicut alias pluribus vicibus contigit, cum christiani ipsi aliqua dampna fecissent, postea Sarraceni in Armeniam accesserunt et, pro eorum dampnis, emendam et persolutionem receperunt ; et hoc tempore, quo treugas habere-

mus cum eisdem, dicentes cristiani : « Hec nobis dampna fecerunt per vestrum consensum et verisimiliter modo maxime cum continue guerras in simul habeamus ». Et cum tam breviter recedent isti transfretaturi, inimicifidei, maximam exinde suscipiant audaciam super regni christicolis verisimiliter, quia videbunt ita subito recedere nostrum succursum quod tamdiu desideravimus, et nobis facient majora dampna quam nunquam fecerint, immo ipsum regnum et ejus gentes ponant ad omnimodam destructionem, et poterit esse quod, in tam brevi termino, sicut ubi forent ipsi transfretaturi, ipsi circumvicini regni Armenie inimici forcitan non facient aliquam guerram, sed, post recessum ab illic christianorum, se movebunt dicti inimici et sic erunt desolati ibidem omnes christiani et erit omnino patrie nostre destructio et perditio totalis.

Ex premissis igitur videtur nobis quod, si expense et peccunie que fient pro isto passagio et armamento quod tam breviter ibi ultra manebit, congregarentur et mitterentur in regnum Armenie, utilius fore (*sic*) regno, quia rex et barones Armenie longius et melius defenderent terram suam cum ipsis expensis et peccu[n]iis quam sic defendetur.

Vel videtur nobis melius et utilius quod transfretatorum qui ita cito sunt ab illic recessuri et cito re(d)dituri, medieta[s] duntaxat transfretaret et ibidem continue permaneret, quousque divina gratia et Vestra Sanctitas de remedio provideret meliori vel donec fieret passagium generale.

Nececitas regni Armenie est hec. Rex et barones ac omnes regni predicti christiani supplicarunt et supplicant Vestre Sanctitati ac sacro collegio cardinalium, necnon regi Francie ac omnibus aliis regibus, principibus et baronibus christianorum quod eis preberent auxilium, juvamen et consolationem, quia a XXXVI annis citra in quibus perdita est terra christianorum ultramarinorum, solum regnum Armenie guerravit contra fidei inimicos sine auxilio et adjutorio quorumcumque, modo enim non potest durare sine succursu christianorum citramarinorum, et principale adjutorium fiet in hunc modum.

Ordinetur per Sanctitatem Vestram ac regem Francie et alios reges et barones, principes christianorum, unus devotus, potens, probus et strenuus ac magni nominis et generis baro cum quatuor milibus equitibus (*sic*) armatis et x^{m} peditibus, qui cum omnibus sibi necessariis et paramentis vadant in Armeniam, permansuri in societate (et) baronum dicti regis Armenie, cum quibus poterit bene defendi regnum ipsum et poterit rex et barones ipsius regni Armenie cum ipsis recipere prelia in campis, quotiens et quando fuerit oportunum, contra fidei inimicos, scilicet Sarracenos, Tartaros et Turchos, et acquirere de terra et patria ipsorum magnam partem, nam etiam propter indulgentias jam a Sancta Matre Ecclesia concessas, plures christiani venirent in adjutorium dictorum fidelium, qui ita fortificarentur, et debilitarentur inimici; et haberent ipsi christiani sua navigia et galeas cum sibi necessariis omnibus in mari, quo inimicos ac etiam per terras dampnificarentur, quousque latius provideretur.

Si autem predicta ita breviter, sicut fuerit oportunum, ordinentur, quod saltem II^{m} equites et v^{m} pedites vadant, cum quibus, si contingeret inimicos intrare reg[n]um, valeant rex et barones ipsius regni Armenie predictis eis resistere et eis dare prelia in regno [quo]tiens fuerit oportunum. Quod si neutrum predictorum fore non poterit, ut premittitur, tam cito, sicut oportunum fuerit nececitati prefati regni, ordinetur saltem quod ibidem mittantur victualia et peccunie cum quibus recipiantur stipendiarii et muniantur castra et fortalicia, cum victualibus ac hominibus, equitis et peditis qui bene ibi inveniri poterunt et sic, quolibet anno, defendant regnum usquequo, divina gratia permittente, providebitur de ampliori remedio seu passagio generali.

Super premissis itaque dignetur Vestra Sanctitas ac sacrum vestrum collegium cardinalium, qui habetis gubernare totam Christianitatem, de remedio oportuno providere, respiciendo dictorum Christi fidelium ultramarinorum afflictionem et persecutionem; et que fienda sunt fiant breviter pro Dei[1] amore, nam tarditas ipsorum est regni Armenie destructio omnino ac omnium aliorum fidelium christianorum ultramarinorum[2]. »

1. Ces mots sont, par erreur, répétés dans le texte.
2. Pour la date, voyez n° 1690, note 1.

1692 [*Avril* 1323.]

Consilia data per cardinales ad oblationes a Carolo, rege Francie, pro subsidio Terre Sancte factas. (Reg. 111, fol. 228 v°, c. 930.)

« *Infrascripta sunt consilia data per reverendos in Christo patres et dominos, dominos sancte Romane Ecclesie cardinales, ad oblationes factas per dominum Carolum, Francie et Navarre regem illustrem, pro subcidio* (sic) *Terre Sancte*[1]. Considerata oblatione facta per dominum regem, tam pro primo passagio quod est quoddam preparatorium, quam pro secundo et sequentibus passagiis, in quorum quolibet magnus numerus equitum et peditum requiretur, necnon attenta ordinatione regia super predictis, cum magnorum virorum et circu[m]spectorum, ut creditur, in talibus consilio, subsecuta, apparet ex verbis cedule pro parte regia tradite quod de anno presenti multum superest, cum dictus dominus rex, secundum cedulam, non exprimat inchoationem primi passagii, nec in martio preterito, nec in maio, nec augusto instantibus faciendam. Unde, supposito, quod secundum passagium honorabiliter et utiliter concordetur, relinquitur quod primum passagium non erit inutile nec impossibile, dum tamen pecunia necessaria ministretur. Ceterum quia dictus dominus rex non offert nisi L mille libras (*sic*) turonensium, et restant II° mille libre turonensium, de quibus supponit Ecclesiam posse primo passagio subvenire, videtur, omnibus compensatis, quod Ecclesia, etsi non in toto, saltem in tanto pro dicto primo passagio, subventionem offer[e]t Vestre Sanctitatis arbitrio moderandam; et si numerus galearum esset minor quam fuerit ordinatum quod forcitan (*sic*) expediret, oblatio Sanctitati Vestre facienda minor, etiam sine indecentia, posset esse. Super secundo vero passagio et sequentibus, super quibus multe dubietates et obscuritates emergunt, videtur quod, super dubiis et generalitatibus predictis, dicti domini regis intentio debeat declarari, et quod persone solemnes mi[t]tentur ad eum, que dubia et difficultates que occurrunt circa hujusmodi negotia, et ex lectione dicte cedule, seriatim, divisim et lucidius aperirent, et quod, audita responsione et declaratione ipsius Sanctitas Vestra plenius informari et certius offerre subcidium juxta conditionem et numerum mittendorum? Ceterum, ne Ecclesie Romane aliquid tarditatis seu difficultatis circa tam salubre negotium possit impingi, videtur quod, ubi dictus dominus rex talem et tantum exercitum mittere[t], super quo Vestram Sanctitatem redderet certiorem, qui nedum posset inimicis resistere, sed ipsos etiam viriliter impugnare, videretur ut populi christiani devotio eo potius augeatur, quo per Ecclesiam Romanam majus subcidium (*sic*) impendetur, quod, in casu ubi dictus dominus rex oblata realiter exequetur, simplex decima diuturna, quamdiu erit ibidem exercitus, et spes de dilatatione christiane fidei fuerit, imponatur, secundum dispositionem Sedis Apostolice et arbitrium dispensanda, quia, si procedat oblatio facta per dictum dominum regem et veniat ad effectum, cum hiis que obvenire[n]t ex indulgentiis et legatis, considerata fidelium multitudine qui sine stipendiis transfretare sperentur, poterit de dicta decima aliqua bona pars superesse pro domino rege prefato, ubi in propria persona dictum assumeret negotium, conservanda vel alias, pro utilitate et negotio Terre Sancte, juxta Sanctitatis Vestre arbitrium dispensanda. Preterea quantumcunque dictus dominus rex in persona propria negotium realiter assumeret, videretur quod per Ecclesiam dicto domino regi, quem in manu potenti et copiosiori exercitu transfretare necessario oporteret, in longe majori subsidio quam sit simplex decima, sit oblatio facienda. »

1. Ce titre, dans le registre, figure à la fin du c. 929. Il doit, en réalité, venir en tête du c. 930.

Les envoyés que le roi de France avait chargés, le 17 février 1323 (n°s 1684, 1685), de traiter de la Croisade, arrivèrent, le 22 mars, à la cour pontificale et exposèrent, le 29 suivant, l'objet de leur mission (n° 1710). La question était importante; elle fut soigneusement étudiée par le pape et les cardinaux : *multis collationibus cum fratribus nostris habitis et deliberatione plenaria subsecuta : — deliberations cum fratribus nostris ac nuntiis regum Armenie et Cypri prehabita diligenti*, lit-on dans les instructions que Jean XXII, à la suite de ces délibérations, donna à ses légats, et qui sont au plus tard du 25 mai (n° 1710). Les avis des cardinaux que nous publions ici se placent entre ces deux dates, ils sont sans doute du mois d'avril, comme l'indiquent les expressions : *nec in martio preterito, nec in maio nec augusto instantibus*, que nous lisons dans la lettre ci-dessus : *in martio proxime preterito* (n° 1704) et : *in isto maio* (n° 1696) qui désigne évidemment le prochain mois de mai. Nous savons que Pierre des Prés portait, bien avant le 25 mai, date

donnée par C. Eubel dans sa *Hierarchia catholica* (p. 36), le titre d'évêque de Palestrina (n° 1694). Il l'était déjà en août 1322, comme on le constate dans le manuscrit du procès de l'évêque de Cahors, conservé aux Archives du Vatican (Cf. E. Albe, *Hugues Geraud, évêque de Cahors*, extrait du *Bulletin de la Société des Etudes littéraires, scientifiques et artistiques du Lot*, t. XXIX, 1904; p. 38 du tirage à part, note 1). Le siège était d'ailleurs vacant depuis le 3 novembre 1321.

2. Il manque ici un mot tel que *poterit*.

1693 *Avril 1323.*

Consilium Vitalis, episcopi Albanensis. (Reg. 111, fol. 219, c. 931.)

« *Concilium* (sic) *domini Vitalis, episcopi Albanensis.* In primis videtur michi quod duo solemnes et prudentes nuntii, qui ad invicem possint inter se conferre et intentionem Sanctitatis Vestre domino regi nuntiare, et de hiis que proponentur per dominum regem et suum consilium respondere, plene de omnibus dubiis que occurrunt in isto negotio informati, mitti debeant cito ad dominum regem.

Item videtur michi quod isti, postquam comendaverint, ex parte Sanctitatis Vestre, intentionem et devotionem domini regis et sui consilii in isto sancto negotio, primo debeant domino regi et consilio exponere et ostendere quod facere ad presens passagium particulare est impossibile et inutile, multiplici ratione.

Primo quia, propter temporis brevitatem, navigium non posset esse paratum, nec alia necessaria, puta biscoctum, arma, homines, tam naute quam alii; nec pecunia pro predictis necessaria posset esse collecta tempore oportuno, quia ante omnia oportet quod pecunia habeatur.

Secundo quia tale passagium nullum omnino afferret fructum, sed potius magnum dampnum : amissionem scilicet pecunie que in tali passagio expenderetur, quia tam pauca multitudo non posset resistere tante multitudini Infidelium, et Infideles etiam ex hoc magis inardescerent ad exterminandum illam modicam et debilem christianitatem que est in illis partibus, et majorem assumerent audaciam contra christianos, ac magis contepnerent (*sic*) potentiam christianorum, quia et si Soldanus hoc anno proponit invadere regnum Armenie vel Cypri, creditur quod hoc jam fecerit, scilicet in martio vel aprile, et sic illi qui hoc anno irent non essent christianis in auxilium tempore oportuno.

Tertio quia Cyprenses et Armeni qui sunt in curia in hoc concordant quod, modo facere tale modicum passagium particulare, nullo modo esset utile, maxime si non starent ibi, nisi per annum, eundo, morando et redeundo. Continuare autem tale passagium usque ad tempus passagii generalis esset maximarum expensarum que cum difficultate vix possent haberi. Tales etiam expense multum nocerent passagio generali, et etiam passagio particulari majori, quia illud quod deberet congregari pro passagio generali vel etiam pro majori particulari, esset consumptum in particulari passagio supradicto absque aliqua, vel saltem modica utilitate.

Restat itaque videre de secundo passagio, circa quod dico quod istud secundum passagium aut erit tam solenne quod equipollebit generali, quod tunc erit et non aliter [ac] si dominus rex in propria persona transfretaret, quod non videtur possibile quoad presens; si tamen ipse in persona propria transfretaret, consulo quod dominus noster sibi offerat illud quod obtulit domino regi quondam germano suo, sic exprimendo quod, ex quo dominus papa videret quod dominus rex cum effectu pararet se ad transfretandum personaliter et non ante, dominus papa promissionem illam impleret certitudinaliter cum effectu. Ante istud secundum passagium quod nec erit generale, nec dominus rex personaliter erit ibi, sed instituet capitaneum nobilem et providum, sicut decet, tunc dico quod, dummodo dominus rex provideat illi capitaneo de tali societate seu exercitu qui possit, secundum opinionem illorum qui noverant potestatem Soldani, ei in campo resistere et infidelem populum impugnare, et quod dominus rex talem excercitum tenebit ibi continue per quinquennium, et quod dominus rex ad hoc faciendum firmiter se obliget, in tali casu, habita firmitate ex parte domini regis, consulo quod offeratur sibi illud idem quod in primo casu, scilicet in illo casu in quo personaliter ipse iret, cum modificatione, expositione et obligatione que secuntur, videlicet quod in tali passagio in quo dominus rex non erit personaliter, sed ponet capitaneum cum exercitu supradicto, potente non solum resistere sed etiam impugnare gentem infidelem, et continuabit per quinquennium, sint duo milia equi-

tum et xx^m vel ad minus x^m peditum; in quorum numero nullus recipiatur qui alias in persona propria vel ad expensas proprias, esset iturus, vel qui ab alia persona seu collegio stipendia seu expensa recipere[t] ad eundum, sed predictus numerus equitum et peditum sufficeret in illis partibus ad resistendum potentie Soldani vel ad impugnandum ejus gentem, nisi speraretur quod fidelium devotio tam equitum predictum numerum duplicaret vel etiam triplicaret; sed ad aliqualem certitudine[m] et fundamentum, firmamentum firmum passagii, necesse est ad minus quod dominus rex provideat per quinquennium continuum de numero equitum et peditum supradicto cum auxilio Ecclesie jam premisso, alias si minor multitudo mitteretur, quod non posset Infidelibus in campo resistere nec eos impugnare, maxima da[m]pna et incom[m]oda sequerentur.

Motivum autem meum quod, si dominus rex firmiter se obliget ad tale passagium faciendum et per quinquennium ad minus continuandum, fiat sibi obligatio supradicta, est istud : in isto negotio, duo occurrunt pericula contra Ecclesiam. Primum est quod, si ex defectu rationabilis responsionis et sufficientis oblationis, modo, quod absit, negotium rumperetur, daretur via obloquendi populo, qui nescit negotii veritatem et difficultatem, contra Ecclesiam, et culpa aliorum imponeretur Ecclesie innocenti, et facile esset inducere populum ad istum clamorem et ad istam falsam opinionem, et certe hoc posset esse periculum et scandalum, et quantum poterit fieri est vitandum.

Secundum est periculum quod occurit quia, si dominus noster papa consentiat quod istud passagium secundum, de quo loquimur, fiat cum oblationibus quas facit dominus rex, aperte sequitur aliud inconveniens et ad periculum majus quam primum incomparabiliter. Pecunia enim quam dominus rex offert pro xx^ti galeis, duabus navibus, quatuor galeotis, nullo modo sufficeret ad parandum navigium sufficiens pro isto secundo passagio de quo loquimur, in quo scilicet, esset talis multitudo que posset probabiliter inimicos fidei in campo impugnare [et] Terram Sanctam de eorum manibus liberare, et videtur quod onus illud de habendo tanto passagio super humeros Ecclesie dimittatur. Aliud est difficilius, et quia cum clare constet quod passagium non solum esset inutile, immo periculosum et dampnosum, nisi saltem per quinquennium continuaretur, cum dominus rex nichil offerat pro continuatione exercitus ad predictum tempus, aperte videtur quod onus expensarum ad continuandum passagium dimittatur penitus domino nostro Pape, et cum istud onus omnino sit impossibile eidem domino nostro, quia nec decime nec quod speratur de indulgentiis aut aliis subventionibus fidelium sufficerent ad tenendum per quinquennium talem exercitum, nisi dominus rex amplius extenderet manus suas. Si autem Ecclesia non posset aut non ministraret expensas exercitui pro quinquennio supradicto nec rex hoc vellet facere, necesse esset omnino quod exercitus recederet de terra illa, et ad hoc sequerentur maxima mala. Primum est quod omnes expense facte essent perdite; secundum quia Sarraceni, post recessum exercitus, exterminarent christianitatem illorum duorum regnorum, et contempnerent omnino potentiam christianorum, et contra eos essent audatiores solito. Tertium est quia tunc, quamvis falso possent alii populum contra Ecclesiam concitare, dicendo quod Ecclesia noluit juvare nec ministrare expensas exercitui, ideo tota illa christianitas ab Infidelibus est consumpta, nec diceretur vel a paucis diceretur quod Ecclesia non potuit expensas facere tanto tempore pro exercitu, aut quod dominus rex noluit subvenire illi, etiam fuissent in exercitu, contra Ecclesiam clamarent fortius quam si non fuisset passagium inchoatum.

Unde si de duobus malis est minus eligendum, ego preeligerem quod ad presens istud negotium differretur vel etiam rumperetur, quam quod modo, aut sequenti, aut tertio anno, fieret passagium, et quod post unum annum, exercitus, ex defectu expensarum, compelleretur recedere sine fructu, immo cum amissione expensarum factarum, cum periculo exterminii illorum christianorum, cum opprobrio Christianitatis, et cum periculo oblocutionis populi contra Ecclesiam.

Est itaque, prout videtur, domino regi respondendum quod, cum passagium istud secundum de quo loquimur, dato etiam quod sit tanta multitudo quod non solum possit in campo resistere, sed Infideles et

impugnare, si non continuaretur saltem ad quinquennium, non etiam haberetur plena certitudo de quo possit continuari, includat pericula supradicta et plura alia, ad ponendum in toto negotio solidum fundamentum, ne quod non continuatur inutiliter, imo da in pnose et improvide inchoetur, placeat Sanctitati Vestre declarare de quo videtur sibi quod possit haberi sufficiens navigium pro secundo passagio supradicto, quia xx'' galee, due naves, quatuor galeote nullo modo sufficerent pro exercitu supradicto.

Secundo quod placeat sibi certitudinaliter declarare quo, anno primo aut sequentibus, et in quibus locis, et per quos exercitus, illa ccc^m librarum turonensium quas offert [1] et hic addatur de quo et unde, in aliis quatuor annis, poterit in illis partibus sustentari. Addatur etiam hic omnino quod, cum ante omnia oporteat pec[c]uniam non congregare, sed esse congregatam, Ecclesia non habet ad quod se convertat, nisi ad decimas, ipse autem dominus rex debet recipere decimam etiam sequenti anno, nec ecclesie possent portare quod uno anno due decime solverentur, declaret ipse dominus rex, et certificet dominum nostrum si proponit illa ccc^m librarum solvere quousque Ecclesia sit libera et liberata ab imposito onere decimarum.

Tertio, quod placeat sibi probare, experiri, et certificare dominum nostrum papam si, quomodo et quando poterit imponi in omnibus partibus sui regni illa gabella, scilicet, quod emptor et venditor de x solidis solvant unum denarium, de xx solidis, duos denarios, et sic, secundum quod ascendet pretium rei vendite, proportionaliter ascendendo, et de quarum rerum venditione et emptione hic intelligatur, nam necesse est quod istud certitudinaliter sciatur, et quod aliqua magna quantitas istius pecunie sit levata antequam passagium inchoetur, immo etiam antequam navigium pro predicto passagio preparetur.

Quarto, quod placeat domino regi certificare dominum nostrum papam de numero equitum et peditum, videlicet succincte ad hoc ut passagium utiliter et sine confusione Ecclesie et ipsius domini regis fiat, ut scilicet per talem exercitum possit probabiliter infidelis populus impugnari; et quo tempore intendit dominus rex quod istud passagium inchoetur, et quanto tempore continuetur. Petatur etiam ab ipso domino rege certificatio aliorum dubiorum que occurrerunt in isto negotio, que ipse dominus noster papa plenius novit, quia omnino expedit quod omnia sint certa, firma, clara, antequam negotium inchoetur.

Ad conditionem vero, quam dominus rex ponit in oblatione, dirigendo verbum suum domino nostro pape, et dicendo : Faciemus predicta dummodo vos faciat[is] sicut habetis, et decet vos etc. [2], videtur michi quod ad istam conditionalem est caute et prudenter respondendum.

Primo, quod nunquam invenitur factum nec alicubi invenitur scriptum quod aliquis summus pontifex, aut sancto Ludovico, aut alicui alteri regum et personaliter transfretanti, fecerit oblationem ita pinguem sicut modo dominus noster facit domino regi; et hic addatur quid fuit oblatum beato Ludovico, et quod non invenitur quod pro passagio particulari Ecclesie fuerit de subsidio requisita.

Secundo, addatur quod, per mutationem monete, ecclesie multum sunt gravate et redditus, Ecclesie in maxima parte diminuitur.

Tertio, addatur quod de nullo christianorum regno possent decime levari, propter impedimenta varia, guerras et discordias que sunt ubique inter christianos, excepto, benedictus Deus, regno Francie, ubi, et sicut est notorium sunt decime annis plurimis continue (e)levate, in quo etiam regno ecclesie plurimum sunt gravate. Ipse etiam dominus rex per se debet in sequenti anno decimam (e)levare.

Quarto addatur quod satis potest scire dominus rex et consilium suum quod Ecclesia quasi intra se habet periculosos inimicos qui a veritate fidei et obedientia Ecclesie recesserunt, qui tanto sunt Sarracenis periculosiores quanto viciniores, et de solo [3] christiano nomine gloriantur. Istis habet necessario Ecclesia resistere, ne alii audaciam et occasionem recipiant similia attemptandi.

Predictis in consideratione diligenter deductis, clare patet quod dominus noster papa qui, dummodo dominus rex ipsum certificet de predictis, omnino proponit ea que offert domino regi implere, plene facit sicut decet, sicut habet, et sicut potest plus quam nunquam fecerit aliquis papa alicui regi pro isto pas-

sagio ad honorem Dei fidei, et ad conservationem christiani populi illarum partium faciendo[4]. »

1. Phrase incomplète, il manque au moins un verbe.
2. Voyez, pour la suite, n° 1695.
3. Reg. *solus*.
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1694 *Avril* 1323.

Consilium Petri, episcopi Penestrini. (Reg. 111, fol. 220 v°, c. 932.)

« *Consilium domini Petri, episcopi Penestrini*[1]. Ad ordinationem primi passagii videtur michi esse respondendum, premissa recommendatione affectionis et boni propositi domini regis, quod videtur impossibilitatem, ratione brevitatis temporis, prout experti in talibus asserunt, continere, et difficultatem non modicam, attenta summa oblata que cons(c)istit, ultra navigium, in xx^m libris (*sic*) turonensium[2], et illa que petitur, que est, ultra oblata, cc^m librarum turonensium, et licet possibilitas et facultas in predictis adessent, que absunt, tamen quod predictum fiat passagium in presenti, non videtur expediens, sed potius prorogandum donec plenius secundum passagium fuerit ordinatum, vel primi longior continuatio, cum assertio et ambaxiata nuntiorum Cypri et Armenie et aliorum multorum qui habent notitiam de predictis, hoc habeant quod particulare passagium, nisi continuetur, nedum inutile, sed nocivum non modicum existet.

Ad secundum videtur michi quod nil certum est per Sanctitatem Vestram offerendum nisi quod predecessori dicti domini regis, oblatum extitit, sed quod dubia et incertitudines dicte ordinationis per solennem nuntium seu nuntios certificare[3] ut plenius Sanctitas Vestra deliberare valeat in eisdem[4]. »

1. Voyez, au sujet de ce prélat, n° 1692, note.
2. On trouve cette même somme indiquée, tantôt en livres tournois, comme ici (n°s 1696, 1702, 1707), tantôt en florins n°s 1697, 1699, 1703, 1704), voyez aussi n° 1685.
3. Il manque ici un verbe tel que *velit*.
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1695 (*Avril* 1323.)

Consilium Gaucelmi, tituli sanctorum Marcellini et Petri, presbyteri cardinalis. (Reg. 111, fol. 220 v°, c. 933.)

« *Consilium domini Gaucelmi, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbyteri cardinalis.* Infrascripta offert dominus rex Francie super negotio Terre Sancte, videlicet pro primo passagio offert quantum constabit navigium pro dicto passagio ordinatum, videlicet viginti galearum, duarum navium et quatuor galiorum. Item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam viginti millium librarum [turonensium][1]. Pro sequenti autem passagio obtulit trecenta millia librarum turonensium in certis locis et sufficientibus assignanda. Item se ordinaturum cum effectu quod, de omnibus que vendentur in qualibet parte regni sui, a decem solidis supra, emptor solvat de decem solidis unam pictam, et venditor aliam; de xx^ti autem solidis, quilibet unum denarium; de xxx^ti (*sic*) solidis, tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascendet ascendendo.

Premissa autem obtulit, dum tamen dominus papa, sicut habet et ipsum decet, et pro honore Dei, et suo et totius universalis Ecclesie noscitur expedire, et pro redemptione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerit subvenire, quod dicta passagia ad honorem Dei, et domini pape, Sancte Romane Ecclesie et ipsius regis compleantur.

Quod passagium primum particulare, cujus dominus de Narbona capitaneatum, ut presupponitur, assumpsit, fiat juxta modum et tempus dispositum nec utile nec bene possibile[2], rationes omittens, quia in collationibus dominorum plene tacte fuerunt, quare pro nunc non videtur fiendum, non quod rumpatur, sed pro nunc differatur, et super hoc scribatur regi ostendendo ei inutilitates et quasi impossibilitates ipsius pro nunc.

Ad illud vero quod queritur qualiter expediat responderi ad illud quod dominus rex circa secundum passagium dicit promittendum, videtur an expediat aliquid certum offerri saltim (*sic*) conditionaliter et in eventum, potissime cum dominus rex magna offerre videatur, s[c]ilicet ccc^m libras (*sic*) turonensium, et illam gabellam imponendam, circa quod videtur dicendum, cum in rebus ambiguis absolutum non debeat esse judicium, ut xxxiii dist. circa finem, et causa xi, q[uest.] iii, can. grave[3], et omnia oblata incerta

videantur, nam in illis ccc[m], licet quantitas certa sit, incertum tamen quando et qualiter solventur, in gabella vero incertum est si et quando levabitur, et si de omnibus certis mediate vel immediate subjectis, et si ad annum vel ad annos quantum ex ea colligi poterit, qualis numerus militum et peditum mittetur, et quando et pro quanto tempore, et quis capitaneus, et an illi magni qui disposuerunt ire includantur in illo numero vel non, quod certum quid, nec pure nec conditionaliter offeratur de novo, sed oblata alias repetantur, ex quo enim certum dictum esset, post non, sic decenter posset diminui vel augeri, etiam posse[t] dici forsan per aliquos purificata (*sic*) conditio que non esset. Preterea aut conditio illa non exprimeret certum numerum militum et peditum, sed diceret : si rex mitteret sufficientem numerum militum et peditum, dominus offerebat tantum, et tunc datur materia dissensionis, quia forsan esset discordia qualis numerus diceretur sufficiens et qualis non, sicut in simili fuit in facto Flandrie, adhuc si diceretur de numero, de quo inter dominum nostrum et regem concordaretur, posset esse dissensionis materia, sed non tanta; si autem exprimatur certus numerus militum et peditum, cum nesciamus si rex voluerit vel potuerit illum complere, non erit provisum negotio, cum oblatio facta in uno casu non se extendat ad alium, sicut nec provisio. Et licet in numero etiam concordaret, timendum est periculum consequentie, ut pro tali numero tantum sibi concedi poterunt in futurum. Considerandum etiam quod multum offerre indecens est et grave ecclesiis, si parum contepnetur (*sic*) et forsan respuetur si rationabiliter forsan (*sic*) adhuc idem, quia parum reputabitur, considerata oblatione domini regis superficialiter, cum, licet magna sit, forsan major credetur; illa etiam oblatio includit conditionem per Sanctitatem Vestram et Ecclesiam adimplendam ibi cum dicitur in scriptura eorum : sicut habet et expedit, etc., que pro nunc non videtur bene possibilis adimpleri; sicque si deficiat, oblatio sub ea facta deficere videtur.

Idcirco veniendo ad primum quod queritur, breviter domino regi respondendum videtur, post commendationem affectionis et voluntátis intime quam ostendit se habere, tam ex oblationibus quam ex aliis, ad passagium Terre Sancte, respondendo in summa quid primo scripsistis et adhuc idem offerendo, quidque ipse rescripsit, petendo sibi ad aliqua dubia responderi, et qualiter sibi tunc rescripsistis, et quid nunc per istos nuntios sub littera credentie vobis expositum extitit, super quibus, plena deliberatione habita, quantum ad istud secundum passagium, quia ad aliud jam respondi, cum nondum sit ordinatum qualiter, nec quomodo, nec de tempore quo durare debeat, nec de capitaneo, nec de numero militum et peditum, et aliis necessariis, certum quid respondere non potestis, sed ad tractandum super istis tales nuntios mittatis. Quod cum vero inter vos et eum ordinatum et dispositum fuerit de subcidio, ordinabitis quantum cum Deo et juxta morem predecessorum vestrorum poteritis, quod erit ad honorem Dei et ad utilitatem negotii, ipseque merito debebit contentari. Mitterem etiam illi que nuntii regis Cypri et nuntii Armenorum pridie in consistorio vobis exposuerant. Insuper informarem nuntios mittendos super omnibus premissis et aliis contingentibus, et quod possent etiam supponere quod, in casu ubi istud secundum passagium esset preordinatum et inter Sanctitatem Vestram et regem concordatum quod tunc si fieret ante unum particulare preparativum, juxta ordinationem vestram et suam, subveniretis sicut vobis decens et congruum videretur. Hec pro rudi materia sub correctione Vestre Sanctitatis occurrunt scribenda, nec obmittendum videtur qualiter predecessores vestri pro particularibus passagiis de decimis minime consueverunt providere. Insuper etiam significandum videtur eidem quomodo mutatio monete obviat passagio quandocumque ex ea subditi gravantur, regnumque summe depaupertatur (*sic*), et suadendum quod reformetur in melius[4]. »

1. Voyez n° 1694, note 2.
2. Il manque ici un verbe.
3. Le texte cité se trouve en effet dans le Décret de Gratien, *pars* I[a], *distinctio* XXXIII, *can.* VII et dernier : *Gregorius I Andreæ Tarentino episcopo.* Pour la seconde référence, il faut, sous entendre, le mot *causa*, on lit en effet, dans le Décret, *pars* II[a], *causa* XI, *quæstio* III, *can.* LXXV : *Grave satis est et indecens ut in re dubia certa detur sententia* (*Gregorius I Constantio Mediolanensi episcopo*).
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1696 *Aprilis* 1323.

Consilium Petri, tituli santi Stephani in Celio Monte presbyteri cardinalis. (Reg. 111, fol. 221 v°, c. 934.)

« *Consilium domini Petri, tituli sancti Stephani in Celio Monte presbyteri cardinalis, Ecclesie Romane vicecancellarii.* Pater sanctissime, super primo particulari passagio faciendo de presenti juxta ordinationem domini regis, pro quo dominus rex offert quantum constabunt xx^ti galee, due naves et quatuor galioti, necnon pro eodem passagio collaterales domini regis et nonnulli prelati obtulerunt summam xx^m librarum turonensium[1], et super secundo magno passagio pro quo idem dominus rex offert ccc^m librarum turonensium, et [unam] pictam[2] omnium que vendentur in qualibet parte regni sui a decem solidis supra, et a viginti denariis in triginta, tres obolos, que premissa offert dictus dominus rex, sic dicendo : dum tamen dominus papa, sicut habet et ipsum decet et pro honore Dei et suo, et totius universalis Ecclesie noscitur expedire, et pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerit subvenire, quod dicta passagia ad honorem Dei et domini pape, Sancte Romane Ecclesie, et ipsius regis compleantur. Considero, super primo passagio, ipsius impossibilitatem, inutilitatem, et domini regis oblationem. Impossibilitas est triplex : una ex parte navigii, alia ex parte subcidii prefati viginti millium librarum, tertia ex parte brevitatis temporis. De prima quia aut construeretur novum navigium, et tunc non sufficeret annus, aut eme[re]tur antiquum, et tunc non sufficeret presens estas, et idem si partim novum et partim antiquum navigium acquiratur. Et ex parte subsidii viginti millium librarum? Quis (*sic*) enim hec sunt inter tantos? Certe viginti millia librarum non sufficerent pro biscocto et aliis utensilibus minutis, quid ergo stipendiarii facerent? Et arma alia multa necessaria navigiorum, dico quod oporteret aliunde haberi. Si autem dicatur quod illa et alia multa poterunt haberi ex subcidio, si quod Sanctitas Vestra faciat pro dicto particulari passagio, considero quod pro tali particulari non est decima concedenda, nec video quod Sanctitas Vestra habeat thesaurum unde hec possent suppleri, presertim cum essent necessaria ad supplendum ducenta millia librarum turonensium; et etiam propter brevitatem temporis, quia istud passagium est annuale, et infra tempus conveniens non potest esse paratum, quia oporteret ad minus quod infra mensem augusti essent illuc, quod esse non potest, quia julius et junius essent necessarii ad transfretandum, et sic oporteret quod in isto maio esset totum paratum navigium, quod esse non potest, quare patet ex predictis impossibilitas. Considero etiam inutilitatem, quia expense multe fierent, ex quibus nullus fructus sequeretur ex eo quod passagium est annuale, et videtur, omnibus consideratis, quod non possent in Armenia morari ultra duos menses; istud autem esset inflammare Soldanum et Sarracenos et exponere Armenos perditioni. Preterea credo firmiter quod illi qui transirent in isto particulari passagio, transirent animo indulgentias acquirendi, quas non haberent nisi per annum illuc morarentur; medicus enim spiritualis non indulget penitentia intercepta, [distinct.] L, can. : absit[3]; quare videtur sine fructu, si nunc fiat, istud passagium particulare; propter quod dico quod michi videtur quod non debeat fieri pro nunc passagium istud particulare, et quod sucidium (*sic*) non sit dandum pro nunc pro isto particulari passagio primo.

Super secundo autem passagio magno non generali, considero quod in isto passagio persona domini regis non transfretabit, quia, si transfretaret, satis videretur dicendum quod, absque specificatione certi numeri militum et peditum et absque specificatione certe quantitatis pecunie, offerretur domino regi quod oblatum fuit per Sanctitatem Vestram domino Philippo, regi Francie, fratri suo, sub eisdem conditionibus et modis; ubi autem persona sua non erit, sed per alium capitaneum assumet passagium, presupono quod capitaneus quem assumet sit talis, quod Vestra Sanctitas contentetur, et de beneplacito Vestre Sanctitatis illum assumat, et tunc super isto passagio, attendo Armenorum necessitatem, domini regis oblationem et voluntatem, et responsionem per Sanctitatem Vestram faciendam; super quibus attendo quod legitur [in libro] Sapientie, XI cap., ubi dicitur quod Deus omnia disposuit in numero, pondere et

mensura[4] : aut ergo ponderabimus et mensurabimus necessitatem Armenorum, et secundum illam providebimus eis, et tamen hoc non potest facere nec rex, nec Ecclesia, quia quadraginta vel quinquaginta millia sunt Sarracenorum, aut domini regis voluntatem et facultatem, et hoc non decet, quia ipse certus est de facto suo et s c it quid habet facere et, secundum quod offerret certum et clarum, tunc Sanctitas Vestra videbit quid erit, et quis fructus posset inde sequi vel ad defensionem, vel impugnationem, vel neutrum, vel utrumque, et tunc Sanctitatis Vestra numerabit mensurabit et ponderabit juxta illud L D[ecret]i ponderet[5], ubi dicitur : indigemus ne precipitemus consilia et opera nostra; et tunc Ecclesia subveniret secundum quod utile erit et Deo placens, alias nichil. Et tunc sequitur tertiam, videlicet responsio per Sanctitatem Vestram facienda domino regi super premissis, super quibus, cum videam perplexitatem magnam, sequor beatum Gregorium dicentem : in perplexo sequi debemus quod minus ledit : D[ecret]i IIII (?) : veritate comperta[6]. Veritas autem est quod dominus rex nichil certum ponit in oblationibus suis, immo totum conditionale, cum dicit : sicut habet et ipsum decet pro honore Ecclesie et suo, et pro retentione fidelium (ut) est necesse et noscitur expedire ut dominus papa voluerit subvenire quod dicta passagia compleantur.

Item et est totum quod offert incertum, quia CCC^m predicta non habent determinationem temporis, nec impositio super venditionibus habet aliquam certitudinem, nec certus numerus peditum nec militum seu equitum ponitur, ex quo patet perplexitas, et ideo ad veritatem veniendum est, ut videlicet quod certum mensuratum et ponderatum ponat dominus rex super isto passagio et illud offerat, et tunc Sanctitas Vestra clare videbit an tale oblatum certum et clarum in tempore et in numero equitum et peditum ad expensas suas sufficiat, et tunc offerre poterit Sanctitas Vestra, considerato si fiet passagium ad defendendum vel impugnandum ; alias cum nichil certum exposuerit Sanctitati Vestre, nichil certum sibi respondere potestis juxta de spo. et causa XI, questione III(I) : grave[7], quare videtur quod sibi scribatis exponendo, de primo passagio, impossibilitatem et inutilitatem, de secundo, incertitudinem et conditiones, et quod declaret se super omnibus et singulis de numero peditum militum, et de tempore ad expensas suas proprias vel suorum, et mittatis sibi personas discretas que sciant dicere et tractare cum eo et suo consilio que tractanda fuerint in premissis, que reportent omnem certitudinem super passagio quod incumbit[8]. »

1. *Sic*, voyez n° 1694, note 2.

2. Le registre porte *turonensium et pictavensium ;* la correction est donnée par le passage analogue des documents qui précèdent (n° 1685).

3. Renvoi au Décret de Gratien, *pars* I^a, *distinctio* L, *can.* XXVI : *Absit. Ex epistola cleri Romani missa papæ Cypriani*, où se trouve le texte visé : *ubi enim poterit indulgentia medicina proficere, si etiam ipse medicus intercepta penitentia indulget periculis ?*

4. Le texte se trouve en effet dans le livre de la Sagesse, cap. XI, v. 21.

5. Autre renvoi au Décret de Gratien cité plus haut (*pars* I^a, *distinctio* L, *can.* XIV : *Ponderet. Calixtus papa I, epistola 2 ad episcopos Galliarum*) où nous lisons : *nec precipitemus consilia et opera nostra, neque ordinem corrumpamus.* Après *juxta illud*, il faut, dans notre texte, sous entendre *verbum* ou un terme analogue.

6. Il est difficile d'interpréter ce renvoi. Le seul canon commençant par *Veritate* (*Veritate comperta*) dans le Décret de Gratien se trouve bien le quatrième (*pars* I^a, *distinctio* VIII), mais il n'est pas de saint Grégoire.

7. Il s'agit évidemment ici d'un texte du Décret de Gratien (*pars* II^a, *causa* XI, *quæstio* III, *can.* LXXV : *grave*, etc. que nous avons trouvé déjà dans le document précédent (voyez n° 1696, note 2). La forme *de spo* ne peut donc être pour *despo[nsatione impuberum]* qui figure dans une autre partie du *Corpus* et ne répond pas d'ailleurs au sens de la lettre. L'abréviation de *causa* par *cau* est elle-même incorrecte.

8. Pour la date voyez n° 1692, note.

1697 (*Avril* 1323.)

Consilium Guillelmi, tituli sancti Ciriaci presbyteri cardinalis. (Reg. 111, fol. 222, c. 935.)

Consilium domini Guillelmi, tituli sancti Ciriaci presbyteri cardinalis. Infrascripta offert dominus rex Francie super negotio Terre Sancte, videlicet, pro primo passagio offert quantum constabit navigium pro dicto passagio ordinatum, videlicet viginti galearum, duarum navium et quatuor galiotorum ; item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam XX^m florenorum[1]. Istud passagium non videtur faciendum in anno presenti, potissime propter temporis brevitatem, et quia expense essent inutiles et

da[m]pnose gentibus Cypri et Armenie, quia, pro defensione regnorum suorum, magis pecunia pro victualibus et aliis necessariis indigerent, prout asserunt nuntii missi de partibus illis.

Pro sequenti autem passagio[1] — ipsius regis compleantur.

Item oblatio facta pro isto passagio videtur esse dubia et incerta quia, licet certa su[m]ma pecunie offeratur, videlicet ccc^{m} librarum, non tamen dicitur quo tempore vel quo anno hujusmodi peccunia persolvetur, et an simul vel in partes, scilicet in anno, vel in annis, et in quo vel quibus; et licet in certis locis et sufficientibus sit hujusmodi peccunia, ut dicitur, assignanda, non tamen exprimitur in quo loco vel locis.

Item illa impositio seu ordinatio que dicitur facienda de pictis et denariis ab emptoribus et venditoribus levandis, videtur esse multum dubia et incerta, quia plerisque videtur quod de difficili concordabunt vel consentient nobiles regni vel communitates locorum seu alii populares, et ideo ante omnia videretur eorum consensus habendus; et si haberetur, videretur declarandum et extimandum ad quantam summam posset assendere (*sic*) annuatim gabella seu imposit[i]o supradicta. Videretur etiam declarandum an dominus rex velit assumere hujusmodi passagium in persona propria cum effectu, quo casu videtur ei esse offerendum quicquid oblatum fuit domino regi bone memorie, fratri suo. Si vero per alium ipsum assumat, videtur esse declarandum cum quoto numero equitum et peditum, et utrum hujusmodi passagium sit particulare, videlicet ad defendendum regna Cipri et Armenie, vel generale, seu tale quod sufficiat nedum ad defendendum, sed etiam ad invadendum et expugnandum fidei inimicos, ita quod possint verisimiliter stare in campo et expugnare eosdem, et Terram Sanctam, dante Domino, conquistare. Et in isto magno passagio viderentur esse necessarii III mil[l]ia equitum ad minus, prout etiam hoc dicunt nuntii supradicti, et xx^{m} peditum. Quare considerandum est ad quantum assenderent (*sic*) stipendia predictorum, computando pro equite, pro mense, xv florenos, et pro pedite tres florenos; et unde summa hujusmodi levari poterit continuando tempus passagii supradicti. Particulare siquidem passagium faciendum non videtur, nisi posse t[ut] continuari usque ad majus passagium supradictum. Et ideo non videtur quod dominus noster summus pontifex possit aliquam certam oblationem facere, donec premissa per dominum regem fuerint declarata; sed videretur quod per eundem dominum nostrum aliqui discreti nuntii et solemnes ad dominum regem essent mittendi ad habendam declarationem et certitudinem premissorum et ad tractandum de viis et modis utilioribus in predictis, quas et quos confestim scriberent et refferrent domino nostro pape, ut posset suum certum dare responsum[3]. »

1. Voyez n° 1694, note 2.
2. Pour le passage supprimé ici, voyez le numéro 1695.
3. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1698 [*Avril* 1323.]

Consilium Bertrandi tituli Vitalis presbyteri cardinalis. (Reg. 111, fol. 222 v°, 936.)

« *Consilium domini Bertrandi, tituli sancti Vitalis presbyteri cardinalis.* Sanctissime Pater, si Vestra Sanctitas non responderet ad petitiones quas dominus rex videtur per nuntios suos facere, contemptus videretur, et posset inde sequi magna indignatio regis, et non credo quod deceat Sanctitatem Vestram; item quod, domino rege Francie faciente tales oblationes pro istis passagiis, Sanctitas Vestra nichil offerret, nec pure nec sub conditione, videtur quod vellet totaliter rumpere istud negotium et extinguere devotionem ipsius regis et populi Gallicani, et non credo quod deceat bonitatem vestram et devotionem quam habetis ad passagium, et voluntatem quam habetis ad impediendum clamorem populi, murmur et oblocutiones que possent inde suscitari. Item quod, domino rege offerente non solum in genere, sed etiam aliqua in specie, Sanctitas Vestra staret in generalitate et offeret in genere solum, nichil specificando, non videtur quod deceat curialitatem vestram. Item quod, domino rege offerente dubia incerta et indeterminata, et semper sub conditione, Sanctitas Vestra offerret clara, certa, determinata et sine conditione, non credo quod deceat prudentiam vestram et consilii vestri.

Quid ergo faciendum est? Videtur michi primo quod Sanctitas Vestra debeat respondere domino regi per

nuntios solennes quos mittatis ei cum litteris Vestre Beatitudinis, per prudentiam vestram sufficienter instructos, ita quod de suo nichil dicant nec de per vos impositis aliquid ommittant.

Secundo quod per ipsos et per vestras litteras commendetur multum oblatio facta per ipsum regem, devotioque sua ac bona voluntas quam ostendit se habere ad profectum Ecclesie et recuperationem Terre Sancte.

Tertio quod dicatur ei expresse quod passagium particulare, quod ipse ordinaverat debere fieri in isto anno, juxta determinata per vos et per dominos meos ac per Cyprenses et Armenos qui habent de talibus experientiam, pro isto anno esset inutile, secundum conditiones expressatas (*sic*) in suo rotulo, immo tota peccunia que pro ipso passagio expenderetur, non solum inutiliter, verum etiam in da[m]pnum et verecundiam Christianitatis poneretur.

Quarto quod dicatur ei quod, si Sanctitas Vestra habet aliquam summam peccunie deputatam passagio, ipsa et multo major esset necessaria pro alimentis et castrorum custodia Armenorum et Cyprensium, et multo pro eis utilior quam si alicui tali particulari passagio deberet applicari.

Quinto quod, cum ipse dominus rex scripserit quod, pro illo magno passagio quod appellat secundum, quod ipse expectat tractatum Sanctitatis Vestre [et] deliberationem vestri consilii, scribatur ei quod ipse tractaret cum vestris nuntiis, juxta tame[n] instructionem vestram, de omnibus que sunt necessaria passagio supradicto, videlicet de capitaneo, si ipse non deberet transire in propria persona; expedit enim negotio quod aliqua persona multum nobilis et multum notabilis institueretur capitaneus, non enim esset in quolibet considerandum.

Item de numero equitum quos ipse deberet tenere ad propria stipendia, ita quod in illis non includerentur illi qui, moti devotione, vellent transire ad expensas proprias et in personis propriis, nec illi etiam qui ad expensas aliorum mitterentur; et videretur quod ad minus essent necessarii duo mi[l]lia equitum, et illi forsan sufficerent, ita quod possent stare in campo contra Sarracenos una cum illis qui transirent ad expensas proprias vel ad expensas aliorum mittentium ipsos et x^{m} peditum.

Item de tempore, videlicet quando deberet incipere vel in augusto anni sequentis, vel in martio anni tertii ab isto, et quod interim fieret apparatus.

Item in (*sic*) quanto tempore deberet illuc morari predictus exercitus. Videtur enim illuc morari ad minus per quinquennium; non quod iidem deberent illuc morari per totum quinquennium, sed, quibusdam de illis vel morientibus vel redeuntibus ad propria post biennium, alii in locum eorum mitterentur, ita quod per totum quinquennium rex deberet tenere ad propria stipendia II^{m} equitum, et x^{m} peditum. Et puto quod, durantibus indulgentiis, tot transirent ad expensas proprias vel aliorum per totum quinquennium, quod semper esset ibi magnus exercitus et Christianitati fructuosus.

Item de pecunia pro navibus et galeis et aliis tanto exercitui necessariis, unde et per quem modum haberetur. Ad hoc enim est istud negotium inchoandum et cum ipse offerat pro secundo passagio III^{m} librarum turonensium, et se facturum impositionem in qualibet parte regni sui in contractibus emptionum et venditionum, sicut in suo rotulo exprimitur[1], sciant per certitudinem nuntii Vestre Beatitudinis ab ipso domino rege quando solvet illa III^{m}; si enim ea vellet statim solvere, esset valde utile pro necessario apparatu; et de illa impositione utrum possit fieri cum beneplacito populi, ita quod sit duratura per totum quinquennium, et per quem modum poterit fideliter et utiliter colligi, et integraliter pro Terre Sancte negotio et pro nullo alio expendi.

Sexto sciant cum ipso rege utrum ipse volet (*sic*) se obligare ad ista sicut rex, et, in isto casu, vel ipsi nuntii vestri vel ipse rex per suos proprios nuntios debeat reddere certam Vestram Beatitudinem de supradictis omnibus, ea dico certitudine que potest esse in humanis.

Septimo videretur quod, ubi dominus rex vellet se ad supradicta omnia obligare sicut rex, et de hoc certam reddere Sanctitatem Vestram, postquam esset vobis facta certa relatio, Sanctitas Vestra deberet sibi aliqua offerre non solum in genere, sed etiam in specie, sub conditione tamen videlicet ubi rex ipse poneret in effectum et in reali executione omnia supradicta.

Que autem deberet esse oblatio Sanctitatis Vestre

f i enda domino regi, tunc, scilicet facta de hoc relatione, haberetis consilium, et videretur, salvo judicio meliori, quod, propter reverentiam persone et necessitatem negotii et interventum devotionis in cordibus fidelium, et ad impediendum murmur et clamorem populi et quorundam, rex faciat tant a m et talem oblationem, quod esset sibi fienda illa oblatio que fuit facta domino regi, fratri suo jam defuncto, s c ilicet de indulgentiis de legatis indistinctis et de factis pro subcidio (*sic*) Terre Sancte; item de una decima pro quolibet anno, quamdiu negotium duraret, et hoc dato etiam quod ipse non transiret in propria persona, ita tamen quod nichil de istis fieret donec ipse suam oblationem ponere[t] in effectum, et quod ipsa cessante, quantum ad effectum cessare[t] totaliter et vestra. Et si dicatur quid offeretur sibi amplius quando postea ipse vellet transire in propria persona, dicendum quod, in illo casu, ecclesie libenter se gravarent et amplius largirentur.

Octavo scribatur sibi quod similiter ordinare[2] aliquod passagium particulare ante suum majus, pro alio anno, et videatur, si utile placet Sanctitati Vestre, ut faciat expensas pro illo de illis duabus decimis quas Sanctitas Vestra credebat extare, quod si non extant, faciat ipse de suo, quoniam ipse ad illas tenetur.

Nono videtur michi necessarium quod per nuntios vestros ac litteras explicentur sibi omnia dubia et omnia que in supradictis quasi impossibilia intuenti clarius videntur[3]. »

1. Voyez n° 1685.
2. Il manque ici un verbe tel que *velit*.
3. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1699 (*Avril* 1323.

Consilium A rnaldi , sancti Eustachii diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 223 v°, c. 937.)

« *Consilium domini A., sancti Eustachii diaconi cardinalis.* De primo passagio pro quo dominus rex Francie offert quantum constabit navigium pro dicto passagio ordinatum videlicet xx^ti^ galearum, duarum navium et quatuor galiotorum; item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam viginti millium florenorum[1]; videtur michi quod non sit faciendum quantum est de isto anno primo, quia nimis est processum in tempore et nichil est paratum pro dicto passagio, quod appareat.

Item, dato quod esset jam paratum, non prodesset, immo magis noceret quia veniret tali tempore quod non posset prodesse, immo magis nocere, ut dictum est; et quamvis esset navigium paratum, non video unde Sanctitas Vestra posset habere peccuniam que sufficeret pro isto passagio primo particulari, et ita consulo.

Pro sequenti autem passagio pro quo obtulit ccc^m^. librarum turonensium, item se ordinaturum cum effectu quod, de omnibus que vendentur in qualibet parte regni sui, a decem solidis supra, recipientur certum quid de xx^ti^ et xxx^ta^ etc. Premissa autem obtulit dum tamen dominus papa, sicut habet et ipsum decet et pro honore Dei etc.[2]; videtur michi quod iste oblationes sunt incerte et sub conditionibus talibus quod Sanctitas Vestra hoc non posset bene facere, quia totum onus passagii videtur poni supra vos per verba illa cum dicit : dum tamen dominus papa, sicut habet et ipsum decet, et est necesse, voluerit subvenire quod dicta passagia compleantur. Quare videtur pro istis oblationibus non sit aliquid offerendum, nisi illud vel illa que offerrentur si predicte oblationes non essent facte[3]. »

1. Voyez n° 1691, note 2.
2. Voyez n° 1685.
3. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1700 [*Avril* 1323.]

Consilium Bertrandi, sanctæ Mariæ in Aquiro diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 234, c. 938.

« *Consilium domini Bertrandi, sancte Marie in Aquiro diaconi cardinalis.* Infrascripta offert dominus rex Francie[1] — ipsius regis compleantur.

Pro primo passagio, supposita domini regis ordinatione in eo, cum angustia seu brevitas temporis reddat ipsum [im]possibil[e] pro presenti, et impossibilitas que procedit ex temporis brevitate, nullum actum reddit vel ipsum necessario differt; item, possibilitate supposita pro hoc anno, constat secundum communem opinionem

omnium quod, nisi esset certa continuatio pro futuris passagiis, istud primum esset nedum inutile, sed dampnosum, et de ista continuatione nulla pro nunc certitudo apparet, nec dominus rex super illis se efficaciter obligavit; consulo nichil offerri debere per dominum nostrum papam, sed quod dominus rex curialiter inducatur ut illa quinquaginta millia librarum que ipse cum aliquibus prelatis et baronibus obtulit, dignetur christianis illis transmarinis indigentibus destinare, et dominus noster augeat quantitatem xxx[ta] millium florenorum, alia xxx[ta] millia erogando de peccunia ad passagium destinata. Et tam dominus noster papa quam dominus rex aliquas personas fideles et probatas eligant, que cum prefata peccunia illuc vadant, et provideant diligenter ut in eorum majoribus necessitatibus et utilitatibus expendatur.

Pro sequenti autem passagio necesse videtur, juxta dictum regis[2] in petitione seu supplicatione intimatum[3], ut responsuro principi vera et clara precatio rem aperiat cognoscendam. Et quia oblatio super isto multiplicem in se continet incertitudinem, nedum in illius prestationis seu gabelle impositione, que quantum ad omnia est incerta, et, quantum ad multos, ejus impositio quoad populi patientiam impossibilis reputata, sed etiam quantum ad quantitatem ccc[m] librarum, non consulo quod sub tanto et tali dubio certum aliquid per dominum nostrum summum pontificem offeratur, nec consulo quod dominus noster ad certum militum numerum, set sub generalitate transeat, quod ubi, declaratis omnibus negotium concernentibus, specialiter quantum poterit assendere (*sic*) gabella predicta, si videatur sibi negotium posse procedere, tantum faciet quod ipse dominus rex et mundus debebunt merito contentari. Et ulterius quod adiciat quomodo sub implenda conditione per dominum nostrum, que est sibi nedum importabilis sed impossibilis, offert illa dominus rex predictus. Consulo tamen quod omnia que fratri suo oblata fuerunt, et sub eisdem formis, modis et conditionibus, isti domino regi integraliter offerantur, et, ad omnia ista explicite exponenda dicto domino regi, eligantur nuntii per dominum nostrum fideles et periti, qui sciant et velint proponere, et si necesse fuerit, respondere, et tractatus audire novos si offerantur eisdem, et eos domino nostro, antequam respondeant, referre, ut negotium, tantum pensata et ponderata deliberatione, procedat, et quod solam litteram bullatam de credentia secum portent, et ad partem credentiam non bullatam; et consilium Cyprensium et etiam Armenorum in Vestre S[an]ctitatis et duorum cardinalium presentiam recitatum, domino regi eorum sigillis offerant sigillatum. Hec consulo[4]. »

1. Pour ce passage, voir n° 1695.
2. Reg. *legis*.
3. Reg. *vim naturam* qui est une erreur manifeste.
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1701 [*Avril* 1323.]

Consilium Neapolionis, sancti Adriani diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 224 v°, c. 939.)

« *Consilium domini Neapolionis, sancti Adriani diaconi cardinalis.* Agitur de duplici passagio ultramarino, de passagio particulari et de passagio majori. De passagio particulari videtur michi quod, quicquid fiat super eo, sive mittendo milites, sive mittendo navigium, nisi dictum subcidium (*sic*) continuetur usque ad passagium generale, totum est inutile, dampnosum et etiam periculosum, et provocatio hostium fidei in ruinam et mortem illius modice christianitatis que remansit in partibus transmarinis; nam, eis recedentibus qui ivissent in dicto passagio, remanerent christiani qui sunt ibi destituti omni consilio, auxilio et favore, et ideo non videtur a(u)gendum de dicto particulari passagio nisi ante omnia preordinetur de tali majori passagio quod possit esse non solum in defensionem illius terre que remansit ibidem christianis, sed etiam in offensionem hostium fidei et recuperationem Terre Sancte. Et videtur, quantum ad illud particulare passagium, id solum sufficere quod petitur per Armenos, videlicet quod terra illa muniatur victualibus et dentur Armenis stipendia sufficientia ad defensionem illarum terrarum que remanserunt in potestate fidelium qui sunt ibi, nam ibi invenientur persone ad hoc satis ydonee, tam de transmarinis partibus quam etiam citramarinis, et hec sufficiant quantum ad passagium particulare.

Ubi vero agitur de alio passagio majori, hic distingo (*sic*), quia aut illud passagium erit tale, et cum tanta multitudine armatorum militum et peditum, quod possit

non solum in campo stare contra hostes fidei, sed etiam Terram Sanctam invadere et etiam occupare, quod passagium non solum majus reputo, immo equipollere passagio generali, aut illud passagium, quod dicitur majus, erit solum in defensionem illorum regnorum Cypri et Armenie.

In primo casu, ubi agitur de passagio quod equipollet generali, etiam distinguo, quia aut inclitus princeps dominus rex Francie dictum passagium assumet personaliter, aut per capitaneum seu capitaneos mittendos per eum illuc. In eo casu ubi personaliter assumeret dictum passagium, videtur michi quod esset sibi istud negotium totaliter dimittendum, quod ipse ordinaret de numero militum, peditum, navigio et aliis sicut videret negotio expedire. Ipse enim est talis et tantus, quod, ibi taliter sociatus, (quod) Deus laudabitur et ipse habebit inde honorem. Et in illum eventum videtur michi quod essent dande decime sibi pro toto tempore quo ipse ultra mare in prosecutione dicti negotii moraretur. Si vero dictum passagium assumeret per capitaneum vel capitaneos ordinandos per ipsum, videtur michi quod esset tractandum cum eo de quantitate militum et peditum qui deberent ire cum ipsis, et videtur michi quod ad minus quatuor milia militum et decem milia peditum, de quibus essent ad minus quinque milia balistarii (*sic*), cum dictis capitaneis vadant. Inquo casu verisimile est quod, faciente devotione fidelium et indulgentiis que per Ecclesiam concedi consueverunt, Deus dictum numerum adaugebit in tantum, quod ibidem facient magnum fructum, et in eo casu, quandiu capitanei ordinandi cum numero dictorum militum et peditum in prossecutione dicti negotii fuerint ultra mare, videtur michi quod sint similiter decime concedende. De minori autem numero non videtur, quia nec campum possent tenere, nec pugnare cum hostibus, nec dampna que inferrent hostibus equiperarentur expensis et sumptibus qui fierent in assumptione et prosecutione negotii supradicti. Et quod esset gravius, eis redeuntibus ad propria, regna predicta remanerent exposita hostibus fidei christiane, nec ex tunc esset spes, immo quedam desperatio de futuro passagio generali[1]. »

1. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1702 [*Avril* 1323.]

Consilium Lucæ, sanctæ Mariæ in Via Lata diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 224 v°, c. 940.)

« *Consilium domini Luche*[1], *sancte Marie in Via Lata diaconi cardinalis.* Infrascripta offert dominus rex Francie super negotio Terre Sancte, videlicet, pro primo passagio offert quantum constabit navigium pro dicto passagio ordinatum, videlicet xx^ti galearum, duarum navium, et quator galetorum (*sic*). Item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam xx^ti milium librarum turonensium[2]. Non videtur passagium istud posse fieri utiliter prout ordinatum est, quia passagium istud fit aut pro lucro captando aut pro da[m]pno vitando : pro lucro captando, non ad presens, primo ratione temporis, quia jam transivit, secundo ratione numeri, quia non sunt tot quod possent invadere Sarracenos; tertio quia non possent applicare ad Terram illam usque ad hyemen, et tunc galee non possent navigare, et sic oporteret eas esse otiosas usque ad estatem, et tunc terminus anni esset fere completus, et oporteret eas reverti, et sic nullum lucrum. Pro da[m]pno vitando, non videtur fiendum, quia terra illa non indiget isto modo adjutorio : primo, quia mittere homines cismarinos est irritatio et inflammatio Sarracenorum, et gens ista esset parva, et etiam sic parva reverteretur in capite anni, et tunc esset major desolatio christianorum causa recessus quam fuerit consolatio causa accessus, et sic magna quantitas peccunie que esset expensa in isto negotio, esset perdita, quod non est fiendum. Item, licet credam quod posset inveniri quantitas cc^m librarum turonensium que restat addenda oblationi facte per dominum regem, esset perdita nisi continuaretur passagium, quod michi videtur difficile, quia, licet inveniretur in primo, non posset leviter in secundo et aliis levite[r] inveniri. Quid fiet ergo ? Remanebunt isti taliter desolati ? Non, et videtur quod de ista peccunia que in isto passagio sic inutiliter expendebatur, reciperetur aliqua pars hinc et inde, et mitteretur ad partes per aliquos probos viros qui expenderent in necessitatibus oportunis, quousque de majori passagio fuerit ordinatum, et si conservabitur terra cum majori (*sic*) gravamine expensarum.

Pro sequenti autem passagio[3] — et ipsius regis compleantur.

Ista oblatio per dominum regem prima facie videtur multum magna, sed considerata natura negotii, non michi tantum, sed etiam aliis,[4] videtur parva (et) incerta, primo quia ccc^m lib. turonensium) pro tanto negotio nichil sunt, nec est declaratus locus unde recipiantur, nec tempus quando, et sic sunt incerta. Oblatio illius leve de obolo et denario est incerta, quia nescitur adhuc utrum populus acceptet, et, si acceptaverit, nescitur quantum poterit ascendere, et sic non poterit responderi certe in re incerta. Item videtur incerta et impossibilis ratione conditionum appositarum in clausula : premissa autem obtulit dum tamen dominus papa etc.[5]. Quid fiet ergo? Videtur quod dominus noster per suas litteras rescriberet domino regi, repetendo alias oblata bone memorie fratri suo, et ostenderet difficultates et impossibilitates ac inutilitates totius negotii tam primi passagii, quam secundi. Item videtur et bonum esset quod dominus noster mitteret duas solennes personas bene instructas et informatas per eum, que irent ad dominum regem ad sciendum declarationem oblatorum, et ad exponendum causam et inutilitatem primi passagii retardati, ac etiam sciendum si dominus rex intendit in persona propria transfretare ; et, si intenderet, offerantur ei alias oblata. Si non intenderet per se, sed per alium, habeant numerum declaratum militum et peditum, ac nomen capitanei transmittendi ; et videretur michi quod, ad minus, essent duo milia pedites, quinque milia stipendiati, ita quod in numero non comprehenderentur equites et pedites qui propriis personis et sumptibus transfretarent et, hoc scito, posset dominus noster clare respondere ad omnia supradicta, ante non, secundum me. Et videtur michi quod gens ista seu passagium istud deberet ordinari et firmari ad minus per quinquennium, quia aliter nichil valeret, quia lucrata in uno vel duobus annis, si recederet, omnia perderentur. Ite[m] videtur michi utile et expediens quod, tempore navigabili, essent ibi alique galee armate subtiles et ad vexandum Sarracenos in plagiis et portubus eorum, ac etiam impediendum mercationes eorum et aliorum infidelium christianorum qui portant eis prohibita contra Deum. Alias non videtur quod possit fieri quicquam boni nisi omnia predicta ordinentur, declarentur et fiant[6]. »

1. On ne trouve aucun cardinal de ce titre en 1323 dans la liste donnée par C. Eubel (*Hierarchia catholica Medii Ævi*, t. I, p. 50), *Lucas de Flisco* ayant été transféré en 1306 à l'église des saints Cosme et Damien.
2. Voyez n° 1694, note 2.
3. Pour le passage supprimé, se reporter au n° 1695.
4. Il y a ici des lacunes évidentes que le sens permet de rétablir.
5. Voyez ci-dessus n° 1695.
6. Pour la date voyez n° 1692, note.

1703 [*Avril* 1323.]

Consilium Jacobi, sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 225, c. 941.)

« *Consilium domini Jacobi, sancti Georgii ad Velum Aureum diaconi cardinalis.* Ad ea que dominus rex Francie offert super negotio Terre Sancte posset alicui occurrere in via collationis quod sequitur : videlicet quod non est expediens pro primo passagio per dictum regem ordinato, ut vigin[ti] galee, due naves et quatuor galiote pro presenti anno mittantur, ubi dictus rex tantum offert quantum constabit navigium, et collaterales et nonnulli prelati[1] obtulerunt pro ipso usque ad summam viginti milium florenorum[2], quia nimis sumptuosum, parva utilitas, presertim si sequentibus annis non continuaretur, et pecunia ad hoc modica per eum et illos offerretur. Non tantum esset inutile si decem galeas rex idem Francie, ante finem augusti, ad defensionem Cypri et Armenie regnorum et maris custodiam destinaret, assignando peccuniam unde dicte galee armarentur et destinarentur ad partes easdem, nam ad defensionem essent utiles, cum futuri nesciantur eventus, illis de regnis ipsis Armenie et Cypri defendendi sedaretur fiducia, animarentur ad subcidium (*sic*) Terre Sancte, nec putarent negotium ultramarinum per regem Francie esse desertum.

Ad id vero quod per eundem regem Francie offertur pro secundo passagio, videlicet ccc^m librarum turonensium etc[3]; item se ordinaturum cum effectu quod de omnibus que vendentur in qualibet parte regni sui etc., in via collationis occurrere posset quod

non est eidem regi, ultra alia oblata sibi alias vel fratri suo, clare memorie domino Philippo, aliquid per dominum papam et Romanam Ecclesiam offerendum, nec pure nec sub conditione, propter multas rationes que ad presens omittantur, presertim quia premissa obtulit idem rex : dum tamen idem dominus papa etc., quod obscurum est, insolitum et importabile, ut totum onus expensarum ultramarini passagii Ecclesie Romane incumbat, sicut alias sufficienter eidem domino regi per dominum nostrum suis litteris fuit plene responsum. Non ergo videtur aliquod novum regi Francie pro secundo passagio offerendum, sed commendandum oblationes ejusdem ac ostendendum per nuntios saltem discretos et providos viros, difficultates et obscuritates et dubia. Et quia idem rex dicebat quod super secundo passagio quod dilationem patiebatur, voluntatem domini pape scire volebat, destinandum esse nuntios ad eundem, ut regis intentionem agnoscant et refferant, ut de negotio possit salubrius cogitari. Ne tamen aliquod domino pape vel Ecclesie possit ascribi, cum rex pro passagiis multa videatur offerre, posset offerri regi, si personaliter transfretaret, quod alias fratri suo oblatum fuit, et, pro aliis passagiis particularibus, de duabus decimis etc., ut in eisdem litteris plenius continetur ; et significari quomodo indulgentie valde copiose dantur sub certa forma euntibus in subcidium (*sic*) Armenie et Cypri regnorum predictorum[4]. »

1. Reg. *prefati*.
2. Voyez n° 1694, note 2.
3. Pour ce passage et les autres passages supprimés ici, se reporter au numéro 1695.
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1704 [*Avril* 1323.]

Consilium Arnaldi, sanctæ Mariæ in Porticu diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 225 v°, c. 942.)

« *Consilium domini Arnaldi, sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis.* Super primo particulari passagio quod dominus rex Francie assumpsit fiendum in martio proximo preterito, pro quo obtulit se daturum quantum constabit navigium pro ipso passagio ordinatum, videlicet xx^ti galearum, duarum navium et quatuor galeatorum (*sic*), quod quidem navigium habet deconstare xxx^ta millia librarum turonensium[1], et nonnulli collaterales et prelati regni Francie etiam promiserunt usque ad summam xx^m florenorum[2], videtur dicendum quod hoc primum passagium particulare non est fiendum de presenti tempore, nam amodo de ista estate gentes esse non possent in regnis Cypri et Armenie bona hora quod possent multum proficere, sed differendum est usque in proximo futurum martium; et tunc, si interim ordinetur, quod fiat. Sed secundum particulare passagium magnum et nobile, prout inferius subjungetur, videtur esse fiendum, alias autem, nisi secundum ordinaretur interim magnum et nobile, non esset nisi perditio peccunie et irritatio inimicorum. Ubi vero secundum passagium fuerit ordinatum, videtur quod pro primo passagio deberent sufficere x galee in proximo futuro martio, si ad hoc, bono modo, posset dominus rex induci. Si autem induci non posset vel velle[t] modis omnibus, quod, sicut ipse jam ordinavit, ita fieret, pro eo quia istud est primum magnum negotium quod assumpsit postquam successit in regno, videretur, antequam rumperetur negotium, et ut ipse magis animaretur ad hujusmodi passagia facienda [et] prossequenda, quod in dicto futuro martio fieret passagium juxta ordinationem suam predictam.

Super secundo vero passagio, pro quo dominus rex obtulit ccc^m librarum turonensium, et ordinare cum effectu quod de omnibus que vendentur in qualibet parte regni sui, a decem solidis supra, emptor solvat, de decem solidis unam pictam, et venditor aliam, de viginti autem solidis quilibet unum denarium, de xxx^ta vero solidis tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascenderit ascendendo, videtur quod, si ipse predicta ccc^m libr. assignet in locis certis et sufficientibus et solvat terminis competentibus, et cum effectu ordinet seu procuret quod gabella predicta levetur prout obtulit, seque velit obligare quod teneat usque ad quinquennium in regnis predictis duo milia militum, et quinque milia balist[a]riorum, et ad ista fienda deputet unum bonum, nobilem et potentem capitaneum loco sui, offerenda sit sibi decima totius regni levanda per quinquennium, et [si] vellet in eisdem regnis tenere gentem predictam, videretur

quod sibi sit offerenda una decima pro unoquoque anno quo gentem ipsam teneret. Ubi autem nollet se ad tenendum balistariorum numerum obligare, sed solummodo ad tenendum predicta duo milia militum, videtur quod propter hoc non esset rumpendum negotium, quia devotio populi creditur esse tanta quod, ubi firmatum fuerit de tenendis predictis duobus milibus militum, tot equites et infiniti pedites transfretarent, qui non solum ad dictorum defensionem regnorum possent sufficere, immo etiam ad offensionem inimicorum jugiter habundare. Ubi dominus rex infra dictum quinquennium, vel post, in persona propria transfretaret, videretur quod ibi esset duplex decima offerenda ; ita tamen quod secunda decima hujus decime duplicis offerende levaretur cum transfretasset, et esset personaliter ultra mare ac quamdiu ibi moraretur in dicti prossecutione negotii, aliter non levetur. Item ultra omnia ista, cum firmatum fuerit quod teneri debeant ad minus duo milia militum usque ad quinquennium ut est tactum, offerenda videtur peccunia que fuit habita a vicecomite Leomanie pro hujusmodi militibus transmittendis. Videtur quod oblationes supradicte sufficere debeant pro honore domini nostri ac hujus sancte Romane Ecclesie ad prossecutionem negotii memorati[3]. »

1. Cette somme était attribuée non à la première, mais à la seconde expédition, comme on le voit dans la suite de la même lettre et dans les lettres précédentes (nos 1685, 1693, 1695, 1696, 1697, 1710).
2. Voyez no 1694, note 2.
3. Pour la date, voyez no 1692, note.

1705 [*Avril* 1323.]

Consilium Raymundi, sanctæ Mariæ Novæ diaconi cardinalis. (Reg. **111**, fol. 226, c. 943.)

« *Consilium domini Raymundi, Sancte Marie Nove diaconi cardinalis.* Sanctissime pater et domine, mi videtur simplicitati mee quod, de facto passagii ultramarini, sit respondendum illustri domino regi Francie quod illud quod obtulit Sanctitas Vestra inclite recordationis domino Philippo, germano suo, est parata eadem Sanctitas Vestra sibi concedere in casu ubi ipse in persona propria transfretaret, et, ultra hoc, videtur michi quod esset dicto domino regi offerenda beneficia vacantia quamdiu dictus dominus rex in persona propria esset ultra mare.

In casu vero ubi ipse in persona propria non reciperet passagium, sed per capitaneum alium vellet exequi dictum passagium, non videtur michi quod Sanctitas Vestra facere debeat certam oblationem, donec concordatum fuerit et declaratum inter Sanctitatem Vestram et dictum dominum regem de predicto capitaneo, et de numero militum et peditum, et de tempore vel mora ultra mare residendi. Et bene videtur michi advertendum et expediens quod capitaneus debeat esse talis qui diligat et timeat Sanctam Romanam Ecclesiam et Sanctitatem Vestram. Et, ipsis declaratis, consulo quod taliter se habeat Vestra Beatitudo in oblatione facienda, quod Deus et mundus cognoscant quod predictum passagium, quod est commune omnibus catholicis, vestra clementia habet cordi[1]. »

1. Pour la date, voyez no 1692, note.

1706 [*Avril* 1323.]

Consilium B[ertrandi], sanctæ Agathæ diaconi cardinalis. (Reg. **111**, fol. 226 vo, c. 944.)

« *Consilium domini B., sancte Agathe diaconi cardinalis.* Videtur michi quod passagium primum ordinatum per dominum regem non expediat modo fieri, quia perditum esset quicquid fieret circa illud, nisi sequeretur secundum passagium majus, quod non video adhuc ordinatum nec aliquid circa[1] illud certum utiliter, sed demum fiat, cum de majori inter dominum nostrum et dominum regem fuerit concordatum, si domino nostro et domino regi videbitur illo (*sic*) tunc expedire.

Super secundo passagio majori particulari respondendum videtur quod dominus noster summus pontifex debet mittere viros providos et discretos, in quibus plene confidat, plene informatos in istis negotiis de conscientia et voluntate domini nostri, ad dominum regem Francie, qui explicabunt eidem domino regi illa que necessaria, utilia ac etiam oportuna fuerint in negotio antedicto. Et, ante omnia, isti nuntii informari habent per dominum nostrum quod ostendant

domino regi difficultates que sunt in predicto passagio faciendo circa modos peccuniarum habendarum et vias quibus habeatur peccunia pro predictis. Secundo erunt informandi quod dicant pericula que consequerentur si fieret passagium et non continuaretur, quia christiani exponerentur exterminio et perditioni, nisi continuaretur passagium antedictum. Tertio informentur nuntii qui mittentur quod explicent domino [regi] quod, si in passagio mitterentur in pauco numero homines militares, equites et pedites, non esset nisi irritare Soldanum et alios Infideles, et exponerentur periculo mortis non solum ultramarini christiani, sed etiam transfretantes. Ex quibus sequitur quod, primo, isti nuntii debebunt tractare cum domino rege vias et modos certos unde habeatur peccunia, et certificari, antequam aliquid offeratur realiter per dominum nostrum papam, super impositione gabelle oblate per dominum regem, et super ccc^{m} libris (*sic*) oblatis etiam per eundem. Habebunt etiam potestatem tractandi cum domino rege de continuatione passagii particularis secundi, ut saltim continuetur usque ad quinque annos inclusive. Et videtur michi etiam quod dominus noster debeat declarare voluntatem suam domino regi per istos nuntios super numero equitum et peditum mittendorum in passagio sepefato. Numerus qui videtur michi necessarius est duorum milium equitum et quinque milium peditum ad minus, et si in tractatu possent concordare de majori numero, circa quem erit per nuntios efficaciter insistendum[2], esset multum utile. Et ne videantur isti nuntii ad audiendum tractatum tantu mmissi, et ut dominus rex admittat eos ad tractatum libentius, et quia timeo quod non admitterentur ad tractatum nisi dominus rex crederet eos offerendi et promittendi, nomine domini nostri, habere aliquam potestatem, videtur michi quod dominus noster debeat dare potestatem istis nuntiis offerendi in tractatu vicesimam, ita tamen quod, ubi concordatum et firmatum erit quod dominus rex imponat gabellam et populus regni sui consenserit, et dominus rex imposuerit, dominus noster habeat imponere vicesimam ; et non alie erunt etiam imponende conditiones in oblatione predicta [quam] quod dominus rex assignet ex quibus redditibus exigentur, et in quibus locis, illa ccc^{m} libr. per dominum regem oblata, et si concordia fuerit super numero equitum et peditum, et continuatione passagii memorati. Videtur etiam michi quod, antequam rumperetur negotium, offerende essent decime quinquennales pro quinque annis. Et, si concordaretur de majori tempore, quod offeratur decima annua pro tot annis quot durabit impositio gabelle memorate. Ultra autem vicesimam annuam offerendi nuntii non habeant potestatem. Sed si deveniatur per tractatum quod amplius quam vicesima annua habeat offerri, habebunt nuntii tractatum remittere ad dominum nostrum papam, ut per eum offeratur quicquid ultra vicesimam offerretur sub modis et conditionibus superius expressatis in predicta vicesima per nuntios offerenda. Super articulo qui incipit : premissa autem obtulit[3], respondendum quid obtulerunt aliis regibus summi pontifices, predecessores domini nostri, et concludendum quod [pro] particulari passagio Ecclesia non consuevit offerre, sed pro generali consuevit ad plus decimam predecessoribus regis offerre. Quare videtur quod dominus rex multum debeat contentari si offeratur vicesima per nuntios antedictos, que nunquam pro passagio particulari oblata fuit per aliquem Romanum Pontificem[4]. »

1. Reg. *certi*.
2. Ib. *insistendo*.
3. Pour ce passage, voyez n° 1695.
4. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1707 *Avril* 1323.]

Consilium Johannis, sancti Theodori diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 227, c. 945.)

« *Consilium domini Johannis, sancti Theodori diaconi cardinalis.* Circa primum passagium particulare pro quo dominus rex Francie offert quantum constabit navigium pro dicto passagio, videlicet viginti galearum, duarum navium et quatuor galiotorum, et prelati et barones ei assistentes obtulerunt xx^{m} librarum turonensium[1], cum tamen, secundum scripturam datam, sint necessaria cc^{m} librarum turonensium, videtur dicendum quod dictum passagium pro tempore de quo agitur [in] scriptura, sit omnino inutile, et quodam modo impossibile, tum ratione temporis quod videtur

jam elapsum quo illi, de quorum subventione agitur, indigent tali auxilio, tum ratione navigii quod non est paratum, et videtur omnino impossibile quod possit ita in instanti parari, tum r[ati]one peccunie que ad hoc requiritur, que nec tota extat, nec occurrit unde ita in expedito possit haberi.

Circa secundum passagium et sequentia, pro quibus idem dominus rex offert ccc^{m} librarum turonensium in certis locis et sufficientibus assignanda. Item offert se ordinaturum — compleantur[2].

Videtur quod oblatio premissa multipliciter sit dubia et incerta. Primo namque quoad ccc^{m} librarum de quibus agitur, non exprimitur utrum simul an per partes sint solvenda, inter que multum reffert, particularis namque solutio non minima habet incomoda; nec etiam exprimitur quo tempore sint solvenda.

Secundo, prefata oblatio, in quantum tangit impositionem gabelle de qua supra fit mentio, videtur adhuc incertior et magis dubia. Verendum namque verisimiliter est quod populus regni Francie, sine cujus consensu vel saltem tolerantia, premissa fieri non possent, hujusmodi impositioni et exactioni, tanquam rei eis omnino insolite et maxime onerose, nullatenus assensum, immo nec patientiam prebeant; et dato quod prefata gabella procedat, dubium est quantum ascendat. Videtur etiam totalis prefata oblatio dubia et incerta, quia conditionaliter facta, ut patet in verbis illis : premissa autem offert dumtaxat dominus papa etc., que verba in conditione illa posita, generalia sunt et dubia, et possent esse captiosa. Quare, premissis sic dubiis existentibus et incertis, non videtur quod posset fieri certa et clara responsio, nisi predicta certificentur et declarentur. Videtur etiam dubium ibi quia non exprimitur quot milites habebuntur in illo passagio, et quot pedites. Videtur igitur quod, super premissis sit mittendus nuntius vel nuntii, prout Sanctitati Vestre videbitur, ad dictum dominum regem, qui sint viri providi et circumspecti et plene instructi, qui exponant dicto domino regi, primo, circa primum particulare passagium de quo supra tactum est, et inutilitatem et impossibilitatem de qua dictum est, et quod, propter premissa, Sanctitas Vestra supersedet ad presens in illo. Super secundo passagio cum sequentibus, petant declarationem intentionis domini regis super dubiis de quibus tactum est supra, et refferant domino nostro. Exponant tamen domino regi quomodo Sanctitas Vestra habuit et habet valde gratam intentionem domini regis, et multum commendat eam, et hortatur eum ad continuandum sanctum propositum circa subcidium (*sic*) Terre Sancte; et quod, istis declarationibus factis, ubi possit negotium, et videatur quod verisimiliter debeat utiliter procedere, et premissa oblata habeant realem effectum, ipsa intendit, in quantum cum honore Dei et Ecclesie poterit, sic affluenter manus adjutrices porrigere, quod Deo primo erit gratum et dicto domino regi, et etiam toti Christianitati liquebit quod hujusmodi negotium, inter omnia alia negotia est, sicut esse debet, singulariter vobis cordi. Et si dominus rex velit, prout in scriptura data videtur peti, certificari per Sanctitatem Vestram de numero militum et aliis oportunis pro dicto passagio, quod sint instructi dicti nuntii ad informandum eum de premissis, et de expensis necessariis pro predictis; et tunc poterit videre dominus rex et clare aperire quid potest et vul[t] circa premissa facere et Sanctitas Vestra quod incumbat, et utrum ad hec vires Ecclesie se extendant, et hoc consulo ego Johannes, sancti Theodori etc.[4]. »

1. Voyez n° 1694, note 2.
2. Pour ce passage, se reporter au numéro 1695.
3. Reg. *sunt*.
4. Pour la date voyez n° 1692, note.

1708 [*Avril* 1323.]

Consilium Galhardi, sanctæ Luciæ diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 227 v°, c. 946.)

« *Consilium domini Galhardi, sancte Lucie diaconi cardinalis.* Infrascripta offert dominus rex Francie — galiotorum[1]. Item collaterales et nonnulli prelati obtulerunt usque ad summam xx^{m} florenorum[2]. Pro sequenti autem — compleantur.

Dico quod non est expediens nec utile quod supradictum primum passagium fiat pro tempore presenti, quousque de secundo et sequentibus majoribus passagiis particularibus fuerit plene et secure ordinatum, qualiter, quando et unde poterunt fieri; qualiter vide-

tur quod dominus noster non debeat subvenire in illo de presenti.

Super secundò dico quod dominus noster habet requirere dominum regem Francie quod taxet numerum militum et peditum mittendorum in secundo et sequentibus passagiis particularibus majoribus faciendis, deinde eum certificet super numero per ipsum regem taxato, et quem capitaneum dabit illis. Item quod rex declaret et assecuret dominum nostrum quando et unde predicta ccc^{m} librarum solventur; item qualiter dominus noster vult scire quando et quanto tempore predicta gabella imponetur et qualiter et quanto tempore consentiet populus regni Francie quod dicta gabella levetur, et quantum levari poterit in uno anno. Unde cum dominus noster super premissis responsionem certam et plenam habuerit a domino rege prefato, offerat se sic in illis subvenire quod dominus rex debebit contentari, et pro istis explicandis, essent mittendi ad dominum regem duo prudentes viri. Ista videntur facienda et ordinanda per dominum nostrum papa secundum parvitatem mei modici intellectus, et ita consulo[3]. »

1. Pour ce passage et le suivant, supprimés ici, se reporter au numéro 1695.
2. Voyez n° 1694, note 2.
3. Pour la date voyez n° 1692, note.

1709 [*Avril* 1323.]

Consilium Raymundi, sanctæ Mariæ in Cosmedin diaconi cardinalis. (Reg. 111, fol. 227 v°, c. 947.)

« *Consilium domini Raymundi, sancte Marie in Cosmedin diaconi cardinalis.* Ad ordinationem primi passagii videtur michi esse sic respondendum, premissa commendatione affectionis et boni propositi, quod non expedit quod dictum passagium modo fiat, sed quod differatur donec secundum sit ordinatum vel continuatio primi fuerit ordinata.

Ad ordinationem secundi passagii videtur michi quod nil certum sit per Sanctitatem Vestram offerendum, sed sub generalitate. Item, Pater Sanctissime, quod dubia et incertitudines dicte ordinationis per vestros solemnes nuntios domino regi intimentur, rogando eundem ut inchoata velit prossequi, et de predictis dubiis per dictos nuntios Sanctitatem Vestram certificare, ut plene Sanctitas Vestra deliberare valeat in predictis[1]. »

1. Pour la date, voyez n° 1692, note.

1710 [Mai 1323, le 25 au plus tard.]

Instructio tradita Guillelmo, Viennensi archiepiscopo, et Dominico, ordinis fratrum Prædicatorum, Romanæ curiæ lectori, nuntiis ad Carolum, regem Franciæ, super facto passagii ultramarini ab Apostolica Sede destinatis. (Reg. 111, fol. 228-231, c. 948.)

« *Instructio regis. Instructio tradita venerabili fratri Guillelmo, Viennensi archiepiscopo, et dilectis filiis* (sic) *Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, Romane curie lectori, nuntiis ad carissimum in christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, super facto passagii ultramarini per Sedem Apostolicam destinatis.* In primis siquidem eorum adventu benigne ex parte nostra salutabunt predictum regem. Deinde presentabunt eidem litteras apostolicas sibi missas. Postea, hora sibi ad referendum suam credentiam assignata, referent celsitudini regie quomodo venerabilis frater P., Vivariensis episcopus, et dilecti filii Ludovicus, comes Clarimontis, ac Bochardus de Monmaurensiaco, miles, nuntii regii[1], die xxii° mensis martii proxime preteriti, ad nostram presentiam venientes, nobis exhibuerunt quandam litteram clausam per quam rex ipse insinuabat nobis quod prefatos nuntios super facto passagii transmarini ad nostram presentiam transmittebat, rogans quod dictis aut eorum duobus super dicto negotio principaliter, et deinde super nonnullis aliis que pro parte regia prefati nuntii proponere ac supplicare debebant, vellemus eisdem fidem plenariam adhibere, ac ea facere et complere. Item quomodo prefati nuntii, exhibita dicta littera, quantum ad transmarinum negotium suam credentiam summatim exponere curaverunt, eamque nobis, die xxix^{a} mensis ejusdem, in scriptis explicite tradiderunt, quam benigne audivimus et perlegimus ac intelleximus diligenter. Et quia, super contentis in dicta scriptura multis collationibus cum fratribus nostris habitis et deliberatione plenaria sub-

secuta[2], visum est nobis et fratribus nostris quod dicta deliberatio brevi scriptura non poterat comprehendi, ne scriptura prolixior aures gravaret regias occupatas ad multa, per nuntios excellentie regie decrevimus respondendum, ad quod exequendum prefatos archiepiscopum et lectorem duximus eligendos.

Continebat autem scriptura per eos exhibita summarie que sequuntur.

In primis siquidem, premissis quibusdam prefationibus, recitabat quod regem ipsum dudum fuimus per nostras litteras exhortati eidemque, tam per litteras quam nuntios obtulimus preces nostras quod capitaneatum particularis passagii faciendi pro Terre Sancte subsidio reciperet per alium exercendum.

Secundo, quomodo super oportunis nonnullis circa receptionem capitaneatus hujusmodi intentionem nostram sibi petiit aperiri, non ut receptionem capitaneatus predicti rejiceret, sed ut recipiens, providentius ageret in receptis. Quibus etsi ex causis contentis in nostris litteris non duximus repondendum, nos tamen habere propositum subveniendi calamitatibus et discriminibus Christi fidelium illarum partium duximus declarandum.

Tertio, quomodo et quare nobis inconsultis, dictum capitane[at]um assumpsit.

Quarto, quomodo deliberavit cum multis super adhibendo remedio congruo in predictis, et quod in hoc illorum recedit (*sic*), deliberatio quod xx galee, due naves bone et sufficienter armate, et quatuor galioti, anno presenti, pro maris custodia, ad fines specialiter descriptas in scriptura predicta, celeriter mitterentur. Item quod, ultra dictam armatam maris, III^m^ servientum balistariorum ut in pluribus transmittantur, qui ponantur in fortalitiis regni Armenie circa frontarias hostibus convicinas, pro defendendis predictis fortaliciis, si per hostes fidei per terram regnum Armenie contingeret impugnari. Preterea recedit (*sic*) in hoc deliberatio premissorum quod ultra predictum passagium, anno venienti, circa augustum, magnus equitum et peditum numerus super quo, etiam super modo et ceteris oportunis, debet nostra deliberatio expectari, modis omnibus, mitteretur, qui per terram christianos illarum partium et terram quam in ipsis partibus tenent, habeant potenter defendere et Sarracenos viriliter impugnare. In hoc insuper dictorum sapientum deliberationem dicta scriptura recitat resedisse quod, annis sequentibus, tale gentium subcidium (*sic*) ordinetur quod, cum Dei misericordia, spes de dilatione Christianitatis verisimilis possit esse.

Quinto, recitatur in scriptura predicta quomodo providentia regia deliberaverat cum sapientibus supradictis quantum constarent omnia necessaria pro primo passagio, primo anno, et quantum, et si teneretur ulterius pro sussequentibus successive, quorum in hoc recitatur deliberatio recedisse (*sic*) quod, si premissa utiliter fierent et decenter, constarent CCC^m^ librarum parisiensium anno primo et tantundem sequentibus, deducto quod emptio navigii decostasset.

Sexto, recitat scriptura predicta quomodo, pro primo passagio, ordinavit capitaneum dilectum filium nobilem virum Amalricum de Narbona, vicecomitem Narbonensem. Item, quomodo dictus vicecomes Narbonensis recepit in se primum passagium faciendum, ut recitatur superius, pro CC^m^ librarum parisiensium, per integrum primum annum et ad continuandum pro annis sequentibus pro eodem pretio de quibus fuerit ordinatum, deducta tamen extimatione navigii supradicti.

Septimo, recitatur in eadem scriptura quid rex et quid ejus collaterales et nonnulli prelati qui aderant, obtulerant pro primo passagio faciendo, et quod nichilominus rex misit ad partes singulas regni sui exhortatorias quod ejus subditi ad opus istud manus adiciant adjutrices. Obtulisse autem regem ipsum scriptura recitat predicta quantum constabit navigium pro dicto primo passagio superius designatum; collaterales autem et nonnulli prelati usque ad summam XX^m^ librarum turonensium[3] obtulerunt. Item quod, pro sequentibus passagiis faciendis sub conditionibus infrascriptis, obtulit rex predictus CCC^m^ librarum turonensium in certis locis et sufficientibus assignanda. Item se ordinaturum cum effectu quod, [de] omnibus que vendentur in parte qualibet regni sui, a X solidis supra, emptor solvat unam pictam de decem solidis, et venditor aliam; de XX^ti^ solidis, quilibet unum denarium; de XXX^ta^ autem solidis, quilibet tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascenderit ascendendo. Premissa autem obtulit rex predictus, dum tamen

nos sicut habemus et nos decet et pro honore Dei et nostro ac totius universalis Ecclesie noscitur expedire, ac pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerimus subvenire quod dicta passagia ad honorem Dei et nostri ac sancte Romane Ecclesie ac ipsius regis compleantur.

Octavo subjunguntur cause quare nuntii prefati regis sunt ad nostram presentiam destinati. Et primo recitantur transmissi ad certificandum nos de piis, devotis, firmis, affectuosis et stabilibus propositis et desideriis quibus ducitur et est ductus in omnibus et singulis suprascriptis, et afficitur ad piissimum negotium Terre Sancte, ad complacentiam et honorem nostrum et sancte Romane Ecclesie, matris sue, in hiis et aliis quibuslibet exequendis. Secundo, ad supplicandum pro spiritualibus et temporalibus generaliter, et deinde specialiter pro certis subcidiis a Sede Apostolica super hiis impendendis. Quibus expositis, prefati nuntii curabunt exponere quante jocunditatis causam nobis et fratribus nostris attulit pium desiderium quod ad eripiendum Terram Sanctam de impiorum manibus, et grandis compassionis affectus quem ad subveniendum regno Armenie ab hostili rabie afflicto nimis inmaniter, ac regno Cypri quod ab eisdem hostibus affligi similiter formidatur, necnon ad complacentiam et honorem nostrum et sancte Romane Ecclesie, matris sue, in [hiis] et aliis quibuslibet exequendis, regalem animum gerere tam verbalis nuntiorum ipsorum relatio, quam scriptura exhibita nunciabit cujus desiderium et affectum multipliciter in Domino commendantes, ac eidem pro illo gratias uberes referentes quod ab illo illi inspiratum indubie credimus a quo bona cuncta procedunt, quique corda principum habens in sue potestatis arbitrio, eidem ad nutum sue voluntatis inclinat, pro quibus illi gratias referentes, eidem humiliter supplicamus ut, qui tam pium affectum in cor impressit regium, eidem, juxta divinum beneplacitum, ad Dei honorem et Ecclesie sue sancte ac exaltationem et dilatationem catholice fidei potestatem exequendi benignius tribuat et virtutem.

Post hoc autem proponere non ommittent quomodo nos super primo passagio ordinato, quod fieret circa mensem maii, cujus erat vicecomes Narbonensis capitaneus ordinatus, et in quo debeant esse xx^{ti} galee, due naves bone et sufficienter munite, et quatuor galioti, et, ultra dictam armatam maris, debeant mitti servientum balistariorum ut in pluribus, pro qua totali armata debeant dari, pro uno anno c^{m} librarum turonensium capitaneo supradicto, de quibus rex predictus navigium predictum se obtulerat soluturum, et nonnulli prelati, magnates et nobiles inibi existentes, dicebantur xx^{m} librarum turonensium obtulisse, deliberatione cum fratribus nostris ac nuntiis regum Armenie et Cypri prehabita diligenti, visum est nobis et illis quod, propter brevitatem temporis per quod possent moram trahere in illis partibus gentes passagii supradicti, dictum passagium regnis predictis modicum afferret commodum, et hostibus inferre posset modicum nocumentum. Cum enim per unum annum tantum certitudinaliter dictum passagium fuerit ordinatum, deducto eundi ac redeundi ac yemali tempore in quo tamen stolium nequiret tute ac utiliter navigare, vix tres menses utiles dicto passagio superessent; et si dicatur quod non uno anno tantum, sed pluribus dictum stolium in illis partibus remaneret, non ostenditur unde pecunia ad hoc necessaria haberetur.

Preterea prefatum passagium expediens non videtur, presertim cum inter Soldanum Babilonicum et Armenos pax sit reformata seu treugua inita temporis satis magni, sicut habet assertio litterarum plurium de illis partibus transmissarum. Quare, cum ad hoc feratur intentio regia ut per armatam predictam christicolis afferat commodum et hostibus nocumentum, non ut tanta pecunie quantitas inutiliter consumatur, supponimus et precamur quod moleste ferre non debeat si armata hujusmodi, quousque de passagio ordinatum fuerit alio, differatur. Interim tamen videretur quod, pro maris custodia, decem galee bene munite sufficerent, sicque residuum posset pro sequenti majori passagio reservari. Que quidem armata decem galearum sustineri posset de illis centum quinquaginta milibus florenorum quos a vicecomite Leomanie habuimus[4], et de pecunia que, cede (*sic*) vacante, collecta extitit in ecclesia Auxitana, quousque fuisset de efficaci passagio ad defendendum christicolas illarum partium et expugnandum hostes viriliter ordinatum.

Circa secundum autem passagium quod, anno venienti, circa augustum, est fieri ordinatum, in quo magnus equitum et peditum numerus debet esse ad defendendum christianos illarum partium et hostes fidei viriliter impugnandum, necnon et circa alia subsequentia in quibus debet tale gentium subcidium ordinari quod, cum Dei adjutorio, spes de dilatatione christianitatis verisimilis possit esse et pro quibus prefati nuntii cercitudinem (*sic*) regiam trecenta milia librarum turonensium sub certis conditionibus asserunt obtulisse, necnon et quod ordinabit cum effectu regia celcitudo (*sic*) quod de omnibus que vendentur in parte qualibet regni sui, a decem solidis supra, emptor solvat, de decem solidis, unam pictam, et de triginta solidis, tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascenderit ascendendo, consideravimus nos et fratres nostri predicti, sed prefati nuntii tot conditiones dubias impossibiles oblationi hujusmodi adjecerunt, quod ipsam nullam vide[n]tur reddere, sic quod, illis conditionibus stantibus, debeat pro non facta dicta oblatio reputari.

Dicuntur enim per prefatos nuntios oblata fuisse predicta per magnificentiam regiam sub conditionibus que secuntur : videlicet si nos, sicut habemus, et nos decet et pro honore Dei et nostro, et totius universalis Ecclesie noscitur expedire, et pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerimus subvenire, quod ad honorem Dei et nostrum, ac sacrosancte Romane Ecclesie et ipsius regis, dicta passagia compleantur. Quid enim habeamus offerre, et quod nos deceat, ac quid pro honore Dei et nostro, et totius universalis Ecclesie expediat ac pro retentione Christi fidelium illarum partium sit necesse, declarationem non memininus nos legisse, nec consuetudinem novimus talia declarantem, licet legamus predecessores nostros pro dicte terre negotio nunc minora, nunc majora decimalia prestitisse subcidia, et indulgentias concessisse. Conditionem autem illam : si nos in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerimus subvenire, quod ad honorem Dei ac nostrum et sacrosancte Romane Ecclesie et ipsius regis dicta passagia compleantur, attento statu presentis temporis, quoad nos possibilis non videtur, cum quasi in nullo aliorum regnorum pro premissis possemus imponere decimas preterquam in regnis Francie et Navarre. Regna quidem Ispaniarum tam contra inimicos fidei quam contra christicolas guerras habent ; Italia guerris et aliis oneribus multipliciter est gravata, a quibus regnis alia juvamina non existunt. De hiis autem decimalibus subcidiis consuevit Romana Ecclesia talibus necessitatibus subvenire, ad que utique predictorum regnorum decima a[n]norum etiam plurium sufficere non valeret. Super subcidiis vero legatorum et helemosinarum, cum sint incerta et (in)dubia, non possum[us] nos fundare. A[d]vertat igitur excellentia regia quid, ultra illud quod dudum clare memorie Philippo, regi Francie et Navarre, predecessori suo, sibique postea, deliberatione cum fratribus nostris et nuntiis dicti regis prehabita diligenti, per nostras obtulimus litteras quarum transcriptum serenitati regie alias meminimus transmisisse, qua nulla major, nec equalis esset, per aliquem nostrorum predecessorum, quod audiveramus, facta fuit, pretextu oblationis predicte, sic facte sub dubiis et conditionibus minus possibilibus, attento ecclesiarum gravamine, valeamus offerre.

Proponent insuper quod, dicto pendente negotio, supervenit venerabilis frater noster Petrus, Silvanetensis episcopus, qui, una cum dilecto filio nobili viro Bochardo de Monmaurenciaco, milite, nobis magnifici viri Caroli, regis Francie filii, comitis Valesii, litteras presentarunt[5], per quas petebat comes predictus prefatis nuntiis super nonnullis eidem comiti nuper expositis, personam suam ac negotium contingentibus transmarinum, fidem credulam adhiberi. Presentaverunt insuper quasdam litteras clausas carissimi in Christo filii nostri K., regis Francie et Navarre illustris[6], inter cetera continentes quod, licet generale passagium quod sue persone speciali, si suo tempore contingeret fieri, reservabat, nec dicto comiti, nec alii concederet quoquomodo. Desiderabat tamen admodum quod dictus comes pre cuntis aliis secundum reciperet passagium antedictum, ad quod eundem intense vellet juvare comitem, secundum posse suum, nos deprecans quod super illo vellemus intendere ac tantum facere quod ad Dei honorem, fidei exaltationem ac comitis ejusdem laudem, ipse utiliter suscipere[t] passagium antedictum.

Proponent quoque quomodo episcopus et miles prefati, tam verbo quam scripto prudenter suam nobis credentiam exponentes [insinuabant nobis,][7] quod dictus comes, sicut fidei zelo plenus in passagio faciendo pro subsidio Terre Sancte, conditori fidei, nobis ac toti Christianitati complacere desiderans, super quo dicti regis habuerat voluntatem, ad hoc exequendum efficaciter, nobis personam, filios ac bona sua et quicquid ultra, loco et tempore, exponere poterit, offerebat. Et cum, ut dicebant, intentionis esset ipsius comitis cum tot et tantis ac talibus personis dictum passagium facere quod, divino mediante juvamine, valeat christianos et eorum terram illarum partium defendere et inimicos fidei viriliter impugnare, cultumque christiane fidei dilatare, ad quod salubriter exequendum videbatur eidem comiti VIII^m equitum et XXX^m peditum stipendiariorum numerus, qui etiam indigerent navigiis, sufficere et decere, supplicabant nuntii memorati quatinus, considerato que, qualia et quanta bona ex persona dicti comitis dicto passagio poterant provenire, faceremus ei oportuna subcidia, cum comes ipse paratus esset, dum tantum hoc fieret, bonam et sufficientem securitatem facere de continuando et complendo passagium memoratum, et super hoc nuntiis ipsis aperiremus nostre beneplacita voluntatis. Subjungant etiam nostri nuntii quomodo, ad declarationem premissorum, episcopus et miles prefati per aliam cedulam nobis postmodum intentionem dicti comitis clarius explicarunt. Et primo quod, licet circa numerum stipendiariorum, equitum et peditum antedictum, intentionem dicti comitis declarasent, adhuc tamen tenebant firmiter et credebant, licet super hoc ab ipso mandatum non habuissent expressum, quod dominus comes se restringeret ad numerum pauciorum juxta nostri deliberationem salubrem. Item quod tempus ad hujusmodi passagium faciendum videbatur dicto comiti, consideratis omnibus, salva nostra deliberatione, circa finem sequentis biennii oportunum. Item quod ipsius comitis intentionis existit quod per quinquennium continuum ad minus in prosecutione dicti negotii in transmarinis partibus remaneret, et amplius si duxerimus ordinandum. Item quod paratus est juxta nostrum arbitrium, pro plena securitate prossequendi predicta et de hiis, que concedenda eidem pro premissis duxerimus, in illum usum et non alium converterdis, se et suos efficaciter obligare. Item quod credebant firmiter dicti comitis intentionis existere sub nomine dicti regis Francie, juxta nostram ordinationem, illum capitaneatum recipere passagii memorati, supplicantes de tali et tanto subcidio per nos eidem subveniri quod ad honorem Dei, nostrum, dicti regis et suum, et sancti negotii commodum, decenter suscipere posset et exequi capitaneatum prefatum.

Proponent quoque quod nos, oblationem hujusmodi plurimum comendantes, ipsam cum jocunditate animi sub modis et conditionibus et infrascriptis determinationibus acceptavimus non indigne, quam ab illo in cujus manu corda sunt principum, infuzam eidem divinitus credimus, illi a quo datur regnare principibus humiliter supplicantes ut ipsum, circa ejusdem Terre negotium prosequendum, corroboret et confirmet. Super quibus oblatione et declaratione, deliberatione prehabita diligenti, in consideratione deducto quod, intuitu persone dicti comitis, si dictum negotium personaliter prosequatur, favor maximus accrescet negotio, paratsumus, pro predicti passagii secundi negotio, cujus capitaneatum dictum comitem sub nomine regio recipiendum et prossequendum supponimus, ordinare subcidia (*sic*) que sequuntur.

In primis [imponere][8] duas decimas omnium proventuum ecclesiasticorum in regnis Francie et Navarre consistentium, beneficiis et locis ordinis Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani qui se contra hostes fidei exponunt continue dumtaxat exceptis, secundum consuetudinem et morem hactenus observatos, per duos annos, ut infra sequitur, per locorum ordinarios absque invocatione secularis brachii, nisi ordinaretur aliter per Sedem Apostolicam, pro eodem secundo pasagio quod dictus comes realiter et personaliter prossequendum duxerit, colligendas et in tuto loco cum diligentia reponendas, videlicet mediam decimam proximo anno, cum illo eodem restet una alia decima pro dicto rege ex concessione Sedis Apostolice colligenda; secundo vero anno dictorum duorum annorum quo tempus decimarum eidem regi concessarum transiverit, decimam et dimidiam residuas, ceteris ad hoc terminis (ad hoc) statuendis; quas quidem decimas regie celsitudini offerimus per eundem comitem in prosse-

cutione dicti negotii dispensandas, dum tamen idem comes in supradictum biennium negotium dicti passagii realiter et personaliter duxerit prossequendum seque, filios, terras et bona sua omnia corporali juramento et prestito pro premissis complendis duxerit obliganda, ac in premissorum certitudinem pleniorem, regias sigillo regio sub cera viridi, necnon et suas patentes et sufficientes litteras fieri fecerit Sedi Apostolice assignandas. Et ne de moneta in qua decime predicte solutio fiet et fieri debebit imposterum hesitetur, et vitentur gravamina que alias propter hoc viri ecclesiastici sunt perpessi[9], ordinarii predicti, in solutione dicte decime, quamlibet seu quaslibet monetas comuniter in terra in qua ejusdem monete solutio fuerit facienda currentes, in eo valore quem obtinebunt cum parvis turonensibus vel parisiensibus, secundum cursum[10] et extimationem comunem quo solutio fiet, recipere tenebuntur, ita quod, pretextu alterius cambii, debitores et solutores decime non graventur. De emolumentis vero dictarum decimarum, cum, Deo duce, pro dicto passagio apparatus fuerit inch[o]andus, persone industrie et fideles, precipuum zelum habentes ad subcidium memoratum, que per Sedem deputabuntur eandem, secundum quod qualitas et opus ejusdem apparatus exegerit et juxta processum et incrementum apparatus hujusmodi, expensas necessarias illis quos dictus comes deputaverit ministrabunt. Et si forte, quod absit, casu aliquo contingente, non fieret passagium memoratum, eundem comitem suosque filios, heredes et successores, virtute hujusmodi dispositionis[11] et juramenti prestiti, si forte ad dictam decimam manus extenderit dictus comes, teneri volumus ad restitutionem eorum que perceperit de decima supradicta, ita quod de ipsa quicquid in proprios usus vel alios converterit, restituere integraliter Romane Ecclesie teneatur. Et si forte in galeis vel aliis vasis navalibus pro dicte Terre subcidio expensas fecerint de decima supradicta, et ipsum, ut premittitur, non contingeret transfretare, galee et vasa et quecunque alia preparamenta facta fuerint de proventibus decime supradicte, assignentur Romane Ecclesie converterda in subcidium Terre Sancte, ut nichil omnino ex ipsius decime proventibus in usus alios quam in dicte Terre subcidium convertatur. Preter hoc deputabuntur per Sedem predictam certe persone in omnibus regnis et partibus ad exigendum, levandum, colligendum et in certo et tuto loco ponendum omnia legata relicta in testamentis seu ultimis voluntatibus occasione negotii transmarini. Concedemus insuper certas et determinatas indulgentias subvenientibus passagio memorato, ponenturque in singulis ecclesiis trunci concavi certis clavibus consignati, in quibus oblationes et elemosine fidelium pro subcidio hujusmodi reponentur quorum omnium emolumenta, secundum ordinationem nostram, ad arbitrium et subcidium predicti passagii convertentur. Ultra hujusmodi vero decimas et subcidia que de legatis et elemosinis provenient, ut prefertur, volumus quod Camera nostra in nullo remaneat obligata.

Offerimus etiam regie celcitudini memorate pro armata decem galearum interim ad maris custodiam, ne hinc illuc vehantur aliqua nec e contra deputanda, et, ut iter securius transfretantibus in predicto secundo passagio preparetur, nos paratos satisfacere de illis centum quinquaginta milibus florenorum quos dudum a vicecomite Leomanie duximus exigendos, et peccunia collecta de proventibus ecclesie Auxitane, ecclesia ipsa vacante, et si quod, ex quo dictus comes passagium prefatum prosequi ceperit, de predictis residuum fuerit, illud in utilitatem dicti negotii convertemus.

Offerrimus insuper nos ordinaturos quod postquam, Domino annuente, dictum comitem contigerit transfretasse, singulis annis quibus pro prefato negotio fuerit ultra mare, una decima proventuum predictorum de prefatis regnis, juxta dictum modum eisdem annis singulis colligenda, prefati comitis et gentis sue usibus et necessitatibus ministretur; sperantes et considerantes in Domino cujus negotium agitur quod, cum illis subsidiis que regalis providentia faciet a suis subditis fieri, procurabit predictum passagium felicem exitum, et christicolis illarum partium multipliciter fructuosum, auctore Domino, consequetur; et habebit rex ipse, postquam dictus comes capitaneatum hujusmodi, sicut supradictum est, realiter prossequetur remissionem plenariam peccatorum. Intentionis autem nostre et fratrum nostrorum existit quod comes prefatus quatuor milia equitum et peditum quindecim milia secum habeat, preter illos qui personaliter vel per alium seu alios

suis sumptibus transfretabunt. Nec ignoret regia celsitudo quod maritimarum civitatum versus Orientem rectores duximus requirendos, ut per dictarum incolas civitatum Sarracenis vehi prohibita non permittant, sed ab hoc ipsos curent compescere remediis oportunis, quod jam Januenses intrinseci et Veneti compleverunt, [et] adhuc ipsos et alios super hoc per nostras litteras intendimus commonere; nec miretur regia celsitudo si responsionem super ordinatis passagiis distulerimus adeo, quia negotium erat et est perplexum, propter quod sepius cum nostris fratribus, et interdum cum nuntiis regiis oportuit nos conferre, supervenerintque nuntii comitis memorati, super quorum ambassiata deliberare oportuit ac etiam respondere.

Non ferat etiam moleste regia sublimitas si formam indulgentiarum non misimus, quia, intellecto quod ipse susceperat negotium antedictum, cogitavimus quod oporteret nos in ipsis aliquam mutare; quare ipsas suspendimus mittere quousque habuissemus de modo receptionis certitudinem pleniorem[12]. »

1. Voyez n° 1684 et aussi n° 1687.
2. Les réponses des cardinaux à ce sujet se trouvent plus haut (n°s 1692-1709).
3. Voyez n° 1694, note 2.
4. Voyez n° 1534.
5. N° 1686.
6. N° 1687.
7. La correction est indiquée par le texte du n° 1711 qui reproduit, pour la plus grande partie, la présente lettre.
8. Id.
9. Reg. *professi.*
10. Reg. *cinsum.*
11. *Sponsionis* dans la lettre suivante (n° 1711).
12. Le 7 mai 1323, l'envoi des légats pontificaux mentionnés ici était déjà décidé, comme le prouve la lettre que nous donnons plus haut (n° 1667). Jean XXII faisait part de leur mission à Charles de Valois le 23, au roi de France le 25 du même mois (n°s 1679 et 1682). Le 26, ils n'étaient plus à la cour pontificale puisque le pape leur écrivit (n° 1715) pour compléter les instructions que nous publions ci-dessus et qui, par conséquent, sont antérieures à cette date.

1711 [Mai 1323, le 25 au plus tard.]

Instructio eisdem nuntiis pro comite Valesii tradita. (Reg. 111, fol. 231-232, c. 949.)

« *Instructio comitis Valesii. Instructio tradita venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo, ac dilecto filio Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, Romane curie lectori, nuntiis ad dilectum filium magnificum virum Carolum, regis Francie filium, comitem Valesii, super facto passagii transmarini per Sedem Apostolicam destinatis.* In proximo siquidem eorum adventu benigne ex parte nostra salutabunt predictum comitem, deinde presentabunt eidem litteras apostolicas sibi missas.

Postea, hora sibi ad referendum suam credentiam assignata, sue referent magnificentie quomodo venerabilis frater P., Silvanectensis episcopus, et dilectus filius nobilis vir Bocardus de Monmaurensiaco, miles, nobis dicti comitis litteras presentaverunt, per quas ipse comes petebat prefatis nuntiis super nonnullis personam suam ac negotium contingentibus transmarinum fidem credulam adhiberi.

Presentaverunt insuper quasdam litteras clausas carissimi in Christo fili nostri K., regis Francie et Navarre illustris[1], inter cetera continentes quod, licet generale passagium quod sue persone specialiter, si suo tempore contingeret fieri, reservabat, nec dicto comiti nec alii concederet, quomodo desiderabat tamen admodum quod dictus comes pre cunctis aliis secundum reciperet passagium antedictum, quem super hoc intense juvare volebat secundum posse suum[2] — exequi capitaneatum prefatum.

Proponent quoque quod nos, oblationem hujusmodi plurimum comendantes, ipsam laudavimus et sub modis, conditionibus et determinationibus infrascriptis cum jocunditate animi acceptavimus non indigne — parati sumus pro predicti passagii secundi negotio, cujus capitaneatum dictum comitem, sub nomine regio et de ipsius assensu, recipiendum et prosequendum supponimus, ordinare subcidia que sequuntur.

In primis imponere — remaneat obligata.

Offerimus ultra predicta pro armata decem galearum, interim ad maris custodiam deputanda, ut iter securius transfretantibus in predicto secundo passagio preparetur — Nec ignoret regia ce[l]situdo quod vicinarum[3] civitatum versus Orientem rectores duximus requirendos, ut per dictarum incolas civitatum Sarracenis vehi prohibita non permittant, sed ab hoc ipsos curent compescere remediis oportunis, quod jam Januenses intrinseci et Veneti compleverunt, et adhuc ipsos et alios super hoc per nostras litteras intendimus commoneri[4]. »

1. Voyez nos 1686-1689.
2. Les passages supprimés se retrouvent textuellement dans le document précédent (no 1710).
3. Nous avons trouvé plus haut, col. 329, ligne 2, *maritimarum* qui semble préférable.
4. La date est évidemment la même que celle du document précédent (no 1710, note 12).

1712 Avignon, 25 mai 1323.

Gastoni, comiti Fuxensi, ut ad pacem habendam, excessus contra senescallum Vasconiæ commissos revocet. (Reg. 111, fol. 200, c. 859; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 86, no 239.)

« *Nobili viro Gastoni, comiti Fuxensi, familiari nostro.* Nuper infesta relatione percepto quod dilectus filius nobilis vir.., senescallus Vasconie, quibusdam excessibus per tuos contra suos officiales et subditos commissis, ut asseritur, multipliciter provocatus, armatorum multitudine congregata viribusque conflatis, terram tuam ingressus fuerat, ibique multa da[m]pna dederat, ad graviora procedere comminando, prefatum senescallum per nostras litteras exhortamur[1] ut, hujusmodi viis bellicis et incursibus hostilibus pretermissis, ad vias juris aut pacis amicabilis super hiis totaliter se convertat. Quocirca nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, variis da[m]pnis et periculis ex premissis, nisi celeriter occurreretur, imminentibus in consideratione deductis, ea que per tuos officiales et subditos commissa fuerint super predictis illicite, sic studeas prudenter corrigere et rationabiliter emendare, quod prefatus senescallus ab inceptis desistere, teque terram et subditos tuos favorabiliter studeat pertractare, ad hoc dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Johannam, comitissam Fuxensem, genitricem tuam, cui etiam super hoc scribimus, inducturus. Dat. Avinione, viii kal. junii, anno VIIo. »

1. Voyez no 1717.

1713 Avignon, 25 mai 1323.

Episcopo Adurensi, ut litteras apostolicas prædicto senescallo Vasconiæ directas præsentet, eumque ad pacem cum eodem Gastone reformandam inducat. (Reg. 111, fol. 200, c. 860; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 87, no 240.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Adurensi.* Infestis nuper intellecto — Datum ut supra. »

1714 Avignon, 25 mai 1323.

Johannæ, comitissæ Fuxensi, ut, ad pacem procurandam, ea quæ per suos et Gastonis, comitis Fuxensis, domini Bearnii, officiales contra dictum senescallum Vasconiæ illicite commissa fuerint, emendare studeat. (Reg. 111, fol. 200, c. 861 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 88, no 241.)

« *Nobili mulieri Johanne, comitisse Fuxensi.* Displicenter audivimus, filia — Datum ut supra. »

1715 Avignon, 26 mai 1323.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico Romanæ curiæ lectori, nuntiis apostolicis, quædam adjungenda instructioni ipsis super negotio transmarino commissæ mittit. (Reg. 111, fol. 200 vo, c. 862.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ac dilecto filio Dominico, fratrum ordinis Predicatorum, sacre pagine professori, lectori Romane curie, apostolicis nuntiis.* Cum in instructione per nos vobis tradita super hiis que in negotio passagii transmarini per vos explicanda carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, imposuimus[1], omissa sint per oblivionem, que continet cedula interclusa presentibus, nostri signo anuli consignata, volumus et discretioni vestre mandamus quatinus, ea adjungentes in fine instructionis predicte, una cum aliis coram eodem rege illa proponere nullatenus ommittatis. Datum Avinione, vii kal. junii, anno septimo. »

1. Voyez no 1710.

1716 Avignon, 26 mai 1323.

Mariæ, reginæ Franciæ, de assumptione ad regalis dignitatis apicem gratulatur. (Reg. 111, fol. 200 vo, c. 863.)

« *Marie, regine Francie et Navarre illustri.* Exultavit cor nostrum in Domino, tuarum litterarum, caris-

sima filia, tenore percepto te ad regalis dignitatis apicem divine gratie munere pervenisse. Profecto, filia carissima, tanti muneris gratia in cordis tui tabulis indelebiliter debet esse conscripta, ipsamque sepius cogitans et recogitans, diligenter ipsius gratie largitori in humilitatis spiritu exhibere gratias, teque, ut illi placeas, indefessum studium adhibere[1]. Datum ut supra. »

1. La seconde partie de cette lettre est évidemment incomplète, bien que le texte du registre ne présente pas de lacune.

1717 Avignon, 27 mai 1323.

Fulconem Lestrange, senescallum Vasconiæ, ad pacem cum Gastone, comite Fuxensi, et Johanna comitissa, ejus matre, habendam hortatur. (Reg. 111, fol. 205 v°, c. 898; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 88, n° 242, extrait.)

« *Dilecto filio nobili viro Fulconi Lestrangę, militi, senescallo Vasconie.* Nuper infauste relationis assertione percepto quod, pretextu quorundam excessuum qui per quosdam officiales et subditos dilecti filii nobilis viri Gastonis, comitis Fuxensis, domini Bearni, familiaris nostri, dudum in tuos officiales asseruntur fore commissi, terram et homines suos, armatorum multitudine congregata et alias conflatis viribus, aggredi ac eis inferre cepisti da[m]pna plurima, durius procedere super hiis comminando, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, prudenter attendens quod dictorum officialium et subditorum excessus in ipsius comitis, adhuc infra annos impuberes constituti, prejudicium redu[n]dare non debent, aggressionibus hujusmodi bellicis ac offensionibus hostilibus omnino dimissis, ad vias juris vel pacis amicabilis, sicuti tuum statum condecet, totaliter te convertas, habiturus eundem comitem nostri consideratione, quantum cum tua poteris decentia, comendatum. Nos enim periculis ex predictis imminentibus occurrere, quantum cum Deo possumus, cupientes, dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Johannam, comitissam Fuxensem, matrem prefati comitis, ut ea que per suos officiales illicite commissa fuerint in hac parte competenter emendari faciat, aliis nostris litteris exhortamur[1], quod admitti per te pacifice et de tuis officialibus idem fieri quesumus adeo favorabiliter et prudenter quod, sublatis hinc inde periculis et odiorum fomitibus extirpatis, pacis et tranquillitatis amenitas nutriatur nosque proinde tuam debeamus providentiam cum gratiarum actionibus merito comendare. Dat. Avinione, VI kal. junii, anno VII°. »

1. N° 1714.

1718 Avignon, 27 mai 1323.

Redditus presbytero, ad officiandam capellam omnium Archangelorum et Angelorum in ecclesia Avinionensi dudum constitutam instituendo, assignat. (Reg. 74, cur. fol. 10 v°, c. 38; — Reg. Avin. XVIII, fol. 509, c. 41.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dum conditionem humani — Dudum in ecclesia Avinionensi, quam certis considerationibus prosequimur prerogativa favoris et amoris privilegio specialis complectimus in visceribus caritatis, ad hononem divini nominis ac precelse genitricis Dei Marie, domine nostre, et sanctorum omnium quandam capellam construi fecimus et fundari, ad quam, omnium Archangelorum et Angelorum vocabulo insignitam, officiandam decenter, unum presbyterum honestum et idoneum per episcopum Avinionensem, qui erit pro tempore, inibi instituendum esse perpetuo auctoritat apostolica volumus, statuimus ac etiam ordinamus, qui pro vivis et deffunctis in eadem capella missas celebrare et eidem Avinionensi ecclesie in horis diurnis pariter et nocturis servire, sicut comode poterit, perpetuis temporibus teneatur — Dat. Avinione, IV kal. junii, anno septimo. »

1719 Avignon, 27 mai 1323.

Similiter pro capella sancti Andreæ apostoli in ecclesia sancti Agricoli Avinionensis, in collegiata nuper erecta, constituta. (Reg. 74, cur. fol. 11, c. 39; — Reg. Avin. XVIII, fol. 509 v°, c. 43.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dum conditionem humani generis attendimus etc. ut supra in proxima superiori usque hostia salutaris, in ecclesia sancti Agri-

coli Avinionensis, quam dudum ad divini cultus augmentum in collegiatam, certo statuto ibidem canonicorum et servitorum numero, duximus erigendam ad honorem divini nominis ac precelse genitricis Dei Marie, domine nostre, ac beati Andree apostoli et omnium sanctorum quandam capellam construi fecimus et fundari, ad quam, ipsius beati Andree, gloriosissimi apostoli domini nostri Jesu Christi, vocabulo et nomine insignitam, officiandam decenter unum presbyterum honestum etc., usque missas celebrare[1], et eidem sancti Agricoli ecclesie in horis diurnis etc. — Dat. Avinione, VI kal. junii, anno septimo. »

1. Voyez ci-dessus, n° 1718.

1720 Avignon, 27 mai 1323.

Similiter pro tribus presbyteris ad officiandam capellam Omnium Sanctorum Avinionensem instituendis. (Reg. 74, cur. fol. 11, c. 40; — Reg. Avin. XVIII, fol. 510, c. 44.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dum conditionem humani generis etc., ut in supra superiori[1] usque facimus et fundari, ad quam, omnium Sanctorum vocabulo insignitam, officiandam decenter, tres presbyteros honestos et idoneos etc. mutato in plurali illud quod dicitur singulari in superiori — Datum Avinione, VI kal. junii, anno septimo. »

1. N° 1719.

1721 Avignon, 27 mai 1323.

Constitutionem capellæ in ecclesia Avinionensi a bonæ memoriæ Jacobo, tituli sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, factam confirmat. (Reg. 74, cur. fol. 11 v°, c. 41; — Reg. Avin., XVIII, fol. 511 v°, c. 45.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Inter cetera que — Dat. Avinione, VI kal. junii, anno septimo. »

1722 Avignon, 27 mai 1323.

Certis redditibus presbyteris in capella beatæ Mariæ in Castro Novarum instituendis assignatis, quædam oblationes et jura vicario perpetuo parrochialis ecclesiæ dicti loci reservat. (Reg. 74, cur. fol. 12, c. 42; — Reg. Avin. XVIII, fol. 511 v°, c. 46.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dudum, post expulsionem Judeorum de castro Novarum, Avinionensis diocesis, qui, licet sepius caritative et salubriter commoniti, converti ad fidem catholicam renuerunt, nos in loco ubi dicti Judei suam solebant facere sinagogam, ea diruta penitus, quandam capellam ad divini cultus augmentum et honorem precelse genitricis Dei Marie, domine nostre, constitui fecimus et fundari, ut, ibidem judaice superstitionis eliminata spurcitia, prefate genitricis Dei celebris memoria perpetuis temporibus habeatur, ad quam officiandam decenter duos[1] honestos et idoneos presbyteros, instituendos per episcopum Avinionensem qui erit pro tempore, esse perpetuo volumus, et per alias nostras litteras ordinamus — Dat. Avinione, VII idus julii, anno septimo. »

1. *Tres* dans la lettre suivante.

1723 Avignon, 27 mai 1323.

Redditus prædictis presbyteris assignat. (Reg. 74, cur. fol. 12, c. 43; — Reg. Avin., XVIII, fol. 513, c. 47.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Inter opera laudanda — Dudum siquidem, Judeis in castro Novarum Avinionensis diocesis tunc morantibus, qui, post plures caritativas monitiones et predicationes salubres eis factas, tamquam dure cervicis populus, in sue perfidie cecitate manentes, illustrari vere catholice fidei lumine renuerunt, ab eodem castro Novarum expulsis, nos ad honorem sancte et individue Trinitatis ac gloriose Dei genitricis Marie, domine nostre, et omnium sanctorum, in loco ubi prius sinagoga dictorum extitit Judeorum, ea omnino diruta, quandam capellam construi et fundari fecimus, nominis et honoris vocabulo ejusdem gloriose Virginis insignitum, ut, domo orationis effecta, et inde judaice superstitionis eliminata spurcitia, Salvatoris nostri domini Jesu Christi et ejusdem genitricis sue omniumque sanctorum ibidem memoria celebris habeatur, laudetur divina potentia et immoletur pro redemptione animarum fidelium hostia

salutaris. Ut autem cultus predictus in capella ipsa ad honorem Dei sueque genetricis et totius celestis curie perpetuo juxta nostra desideria peragatur, tres presbyteros idoneos, puritate vite ac morum honestate pollentes, per episcopum Avinionensem, qui pro tempore fuerit, instituendos, ad ipsius capelle decorem et regimen esse perhenniter auctoritate apostolica statuimus, volumus ac etiam ordinamus — Dat. Avinione, VI kal. junii, anno septimo. »

1724 Avignon, 27 mai 1323.

Redditus tribus presbyteris in capella beatæ Mariæ Carpentoratensis instituendis assignat. (Reg. 74, cur. fol. 12 v°, c. 44 ; — Reg. 82, cur. fol. 1 v°, c. 4 ; fol. 2, c. 4[1] ; — Reg. Avin. XVIII, fol. 513 v°, c. 48.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Inter opera laudanda virtutum etc. ut in proxima superiori usque : eo libentius intendamus et impendamus operam efficacem quo magis inde etc. usque : dudum siquidem, Judeis in civitate nostra Carpentoratensi tunc morantibus, qui prius plures etc. usque : renuerunt, a civitate eadem expulsis, nos ad honorem etc. usque : hostia salutaris. Ut autem cultus ipse divinus in capella ipsa ad honorem Dei sueque genitricis et totius celestis curie perpetuo juxta nostra desideria peragatur, tres presbyteros idoneos, puritate vite et morum honestate pollentes, per venerabilem fratrem nostrum.., episcopum Carpentoratensem, et successores suos etc. — Datum Avinione, VI kal. junii, anno septimo. »

1. Cette lettre, on le voit a été enregistrée plusieurs fois. Sous ce cap. elle est indiquée comme il suit : « *Ad perpetuam rei memoriam. Rubrica.* Inter opera laudanda virtutum que velut oculis divine majestatis accepta etc. ut in proxima superiori per totum usque in finem. Dat ut supra. »

1725 Avignon, 27 mai 1323.

Unum perpetuum vicarium in ecclesiis ruralibus sancti Illarii, cui parrochia propria ascribit, sancti Verani ac sancti Sulpicii prope castrum Novarum, Avinionensis diocesis, mensæ episcopali Avinionensi unitis, instituit eique redditus assignat. (Reg. 74, cur. fol. 13 v°, c. 49 ; — Reg. Avin. XVIII, fol. 515, c. 52.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Ad divini cultus — Verum ut populus qui prope dictam sancti Illarii ecclesiam ad inhabitandum in loco de Bastida ad eandem ecclesiam Avinionensem pertine ntise transtulit, regatur salubrius ac comodius audire divina officia valeat et ecclesiastica recipere sacramenta, dictisque ecclesiis deserviatur decentius in divinis, nos auctoritate apostolica statuimus, volumus et etiam ordinamus quod a modo dicta ecclesia sancti Illarii parochialis existat suamque per se parrochiam limitatam habeat et distinctam, quodque in ea idoneus et perpetuus vicarius per episcopum Avinionensem, qui pro tempore fuerit instituendus, qui tam eidem quam dictis de sancto Verano et sancto Sulpicio ecclesiis serviat in divinis et dicte sancti Illarii ecclesie curam gerat, perpetuis temporibus habeatur — Datum Avinione, VI kal. junii, anno septimo. »

1726 Avignon, 29 mai 1323.

Prioratum de Lamonzia prope Brageriacum, Sarlatensis diocesis, quem quondam Bego de Cavomonte, Sedis Apostolicæ capellanus, obtinebat, motu proprio mensæ monasterii beatæ Mariæ Xanctonensis annectit. (Reg. 111, fol. 202, c. 874.)

« *Abbatisse et conventui monasterii beate Marie Xanctonensis, ordinis sancti Benedicti.* Prudentes virgines que — Datum Avinione, IIII kal. junii, anno septimo. »

1727 Avignon, 1er juin 1323.

Bertrandum Rotini perpetuum vicarium ecclesiarum sancti Ilarii, sancti Verani ac sancti Sulpicii prope castrum Novarum, Avinionensis diocesis, instituit. (Reg. 111, fol. 394 v°, c. 1642.)

« *Dilecto filio Bertrando Rotini, perpetuo vicario ecclesiarum sancti Ilarii et sancti Verani ac sancti Sulpicii prope castrum Novariense, Avinionensis diocesis.* Illis libenter provisionis — Datum Avinione, kalendis junii, anno septimo. »

1728 Avignon, 1er juin 1323.

Gasberto, episcopo Massiliensi, et Ademaro Amelii, ut Gerardo Baudoni, archipresbytero Caramanni, To-

losanæ diocesis, sexcentas libras turonensium quas in solutione diversorum legatorum et in pios usus convertendas quondam Ayglina, Hugonis domini Castri novi, Caturcensis diocesis, conjux reliquerat, assignent. Reg. 111, fol. 408 v°, c. 1717.

« *Gasberto, episcopo Massiliensi, camerario, et Ademaro Amelii, thesaurario nostris.* Cum, sicut accepimus — Datum Avinione, kalendis junii, anno septimo. »

1729 Avignon, 2 juin 1323.

Agneti, ducissæ Burgundiæ, quid ad pacem inter Amedeum, comitem Sabaudiæ, et Guigonem, dalphinum Viennensem, reformandam, ipse fecit et facere intendit notificat. (Reg. 111, fol. 201, c. 867.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Agneti, nate beati Ludovici, ducisse Burgundie.* Nobilitatis tue litteras novissime nobis missas leta manu recepimus, et que continebantur in eis intelleximus diligenter, sincere devotionis et pietatis affectus quibus ad pacis concordiam reformandam inter dilectos filios nobiles viros Amedeum, comitem Sabaudie, ex parte una, et Guigonem, dalfinum Viennensem, ex altera, dissidentes invicem, ferventer aspirare dinosceris, aperte per easdem litteras cognoscentes, nec latent in abditis tui fructuosi labores, quos tempore patris dicti dalphini propterea prudenter et utiliter subiisti, sed potius fame tue claritatem magnificant, augmentum tibi divine gratie, sicut speramus, indubie producturi. Verum, filia, quia pacem ipsam inter predictos comitem et patrem ejusdem dalfini tunc, inspirante divina gratia tuisque solicitudinibus mediantibus, reformatam, quietis emulus non absque variis periculis perturbavit, apud nos, ut ad reintegrationem pacis et federis inter nobiles ipsos vellemus intendere, piis precibus ac humilibus et argumentosis intercessionibus institisti, nos pia tue sinceritatis in hac parte desideria, et solicita studia plurimum in Domino comendantes, tuam prudentiam volumus non latere quod nos qui, ut regis pacifici, cujus licet insufficientibus meritis locum tenemus in terris, commisse vici(i)s exequamur effectum, pacem zelamus omnium quos cultus christiane religionis includit, ad extirpandas inter nobiles ipsos quarumcunque dissensionum materias et pacis semina jacienda, tam treugas indicendo, quam litteras apostolicas diversas et varias destinando, ac solemnes mittendo nuntios ad eosdem[1], et demum, dicto comite apud Sedem Apostolicam existente, multis exhortationibus solicitis, et aliis viis et modis variis intensis duximus desideriis hactenus laborandum, quamvis, hostis antiqui prevalente malicia, nondum plene super hiis satisfactum fuerit votis nostris, sed adhuc labores vitare non intendimus, nec a prossecutione pacis hujusmodi, quam affectamus desiderabiliter, retrahere quomodolibet mentem nostram. Datum Avinione, IIII nonas junii, anno VII°. »

1. Voyez les lettres du 8 décembre 1320 (n° 1249), du 25 et du 27 mai, du 22 juillet et du 23 octobre 1321 (n°s 1257, 1258, 1260, 1281, 1318-1321), du 1er et du 30 juillet 1322 (n°s 1447-1455, 1483-1485), du 15 mars 1323 (n° 1608).

1730 Avignon, 3 juin 1323.

Priori et conventui de Berna, ut episcopo Vigintimiliensi ad ipsos destinato fidem adhibeant. (Reg. 111, fol. 388, c. 1617.)

« *Priori et conventui de Berna, Cartusiensis ordinis, Forojuliensis diocesis.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum Avinione, III nonas junii, anno VII°. »

1731 Avignon, 5 juin 1323.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis terminum ad tenenda ostagia personalia Carcassonæ, ratione cujusdam debiti, usque ad unum annum a festo beatæ Mariæ Magdalenæ prorogat. (Reg. 111, fol. 200 v°, c. 865.)

« *Nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus.* Dudum pro parte vestra proposito coram nobis quod, vigore contractus initi super quodam debito decem milium librarum turonensium, in quibus bone memorie Petro, Carcassonensi [episcopo], dum viveret, ex causa tenebamini mutui ac, virtute juramenti a vobis super hoc prestiti, eratis, sicut et adhuc esse noscimini, predicti debiti solutionis elapso termino, ad tenendum ostagia personalia Car-

cassone, donec de dicto debito, quod dictus episcopus in suo testamento legavit Terre Sancte passagio generali, satisfecissetis, astricti, nos, vestris supplicationibus inclinati, primo per dilectum filium Hugonem de Engolisma, sacristam Narbonensem, tunc archidiaconum de Biliomo in ecclesia Claromontensi, ad exigendum et conservandum bona mobilia dicti episcopi, nostro et Ecclesie Romane nomine deputatum a nobis, relaxationem super eisdem ostagiis, que tunc observabatis personaliter, usque ad festum Nativitatis dominice proximo preteritum, sub certis conditionibus, pactis, obligationibus, penis et juramentis, principali tamen obligatione semper in suo robore duratura, concedi fecimus[1], et nos subsequenter relaxationem aliam sub eisdem conditionibus, pactis, obligationibus, penis et juramento, a dicto festo Nativitatis Domini usque ad festum beate Marie Magdalene futurum proximo, vobis duximus de speciali gratia concedendam[2], sicut in litteris apostolicis ac instrumentis publicis confectis super hoc plenius continetur. Verum, cum juxta tenorem obligationum hujusmodi in prefato ultimo termino, nisi satisfactio dicti debiti precesserit vel nos aliud ordinaverimus, ad tenendum et observandum dicta ostagia Carcassonam debeatis, reverti, nos vestris petitionibus super hiis favorabiliter annuentes, ab eodem festo beate Marie Magdalene usque ad unum annum ex tunc continue sequturum, sub eisdem conditionibus, pactis, obligationibus, penis et juramentis, que, necnon contractum obligationis principalis in sui roboris firmitate manere volumus et decernimus, vobis reversionis terminum ad tenenda et observanda dicta ostagia de speciali gratia prorogamus. Datum Avinione, nonis junii, anno VII°. »

1. 24 juin 1322 (n° 1441).
2. 22 décembre 1322 (n° 1574).

1732 Avignon, 5 juin 1323.

Johannæ, reginæ Franciæ, de celebratione nuptiarum inter natam ejus Isabellam et Guigonem, dalphinum Viennensem, gratulatur. (Reg. 111, fol. 201, c. 866.)

« *Carisime in Christo plie Johanne, Francie et Navarre regine illustri.* Gaudeamus de nuntiatis nobis ad gaudium nuptiis inter dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalphinum Viennensem, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Isabellem, natam tuam, in Domino tam feliciter quam solemniter celebratis, regratiantes tibi in Christo, carissima filia, que filialiter nos fecisti hujusmodi letitie tue participes, cujus pro certo paternaliter esse voluissemus expertes[1], propter quod supplicationes nostras Altissimo, utinam sibi acceptas, effundimus, desideranter obtantes ut sic affluenter super novellos hos conjuges rorem sue benedictionis infundat, quod in lateribus domus sue, sicut habundans vitis, in liberorum propagatione fructificent et in consensu caritatis mutue usque post senilia tempora perseverent. Datum Avinione, nonis junii, anno (nono)[2] VII°. »

1. Reg. *ex partes.*
2. *Sic*, il y a une erreur évidente et le mot doit être supprimé. Voyez, au sujet de ce mariage, les n°s 1564, 1584 et 1680.

1733 Avignon, 5 juin 1323.

Henrico, electo Metensi, de missione alicujus vel aliquorum pro pace inter ipsum Guigonemque, dalphinum Viennensem, ex parte una, ac Matheum, comitem Sabaudiæ, ex altera pertractanda. (Reg. 111, fol 388 v°, c. 1618.)

« *Dilecto filio Henrico, electo Metensi.* Quamvis inter dilectum — Datum Avinione, nonis junii, anno septimo. »

1734 Avignon, 7 juin 1323.

Johannem, ducem Britanniæ, iterum rogat ut Bernardum, episcopum Corisopitensem, in Lombardia cum Bertrando, tituli sancti Marcelli presbytero cardinali germano suo, Ecclesiæ Romanæ obsequiis insistentem, excusatum, et ecclesiam ejus Corisopitensem commendatam habere velit. (Reg. 111, fol. 201 v°, c. 869.)

« *Nobili viro Johanni, duci Britannie.* Indubitanter, fili, de — Datum Avinione, VII idus junii, anno septimo. »

1735 Avignon, 8 juin 1323.

Omnibus qui ad reedificationem ecclesiæ sancti Bartholomæi Caturcensis subventionem dederint, unius anni indulgentiam concedit. (Reg. 111, fol. 201 v°, c. 868.)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* Vite perennius gloria — Datum Avinione, VI idus junii, anno VII°. »

1736 Avignon, 9 juin 1323.

Henrico, electo Metensi, ut per Guigonem, dalphinum Viennensem, nepotem suum, recognitionem, fidelitatem et homagium Raymundo, archiepiscopo Ebredunensi, pro nonnullis bonis et juribus debita, præstari faciat et conventiones observari. (Reg. 111, fol, 388 v°, c. 1619.)

« *Eidem Henrico.* Venerabilis fratris nostri — Datum Avinione, V idus junii, anno septimo. »

1737 Avignon, 14 juin 1323.

Johanni, episcopo Eliensi, Bernardum Jordani, dominum de Insula, in negotiis quæ coram Vasconiæ et Agennensis senescallis, ratione terræ et bonorum Jordani quondam de Insula, fratris ejus, expedire habet, commendat[1]. (Reg. 111, fol. 206, c. 899; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 89, n° 243.)

« *Johanni, episcopo Eliensi*[2], *ad partes Vasconie pro reformatione Provincie destinato.* Cum dilectus filius nobilis vir Bernardus Jordani, dominus de Insula, familiaris noster, coram dilectis filiis nobilibus viris Vasconie et Agennensis senescallis vel altero ipsorum et curiis eorundem, nonnulla sua negotia, ratione terre et bonorum Jordani quondam de Insula, fratris sui, ac alia habeat, ut accepimus, expedire, nobilem ipsum quem certa[3] consideratione favore speciali prossequimur, suaque negotia tue benivolentie commendantes, fraternitatem tuam rogandam duximus attentius et hortandam quatinus eum, nostrorum obtentu precaminum, super predictis et aliis prossequens favorabiliter et benigne, per eosdem senescallos et quemlibet eorundem in sua justitia confoveri faciatis (*sic*) et defendi, ita quod ipse de tue fraternitatis prompta benivolentia nobis grata referre valeat, nosque tibi proinde ad gratiarum actiones uberes teneamur. Datum Avinione, XVIII kal. julii, anno septimo. »

1. D'après l'index du registre, cette lettre aurait le même objet que la lettre transcrite sous le cap. 898 qui la précède (voyez n° 1717), ce qui n'est pas.

2. *Elnensi* dans l'index du registre, ce qui est une faute. L'évêque d'Ely, Jean, avait été envoyé en Gascogne; son arrivée fut annnoncée aux prélats et seigneurs par des lettres du 30 janvier 1323 (Rymer, *Fœdera*, t. II, pars. II, p. 59; — cf. L. Guérard, *op. cit.*, p. 89, note 2). A la même époque l'évêque d'Elne s'appelait *Berengarius* (C. Eubel, *Hierarchia catholica*, p. 284).

3. Reg. *circa*.

1738 Avignon, 14 juin 1323.

Fulconi Lestrange, senescallo Vasconiæ, eumdem Bernardum commendat. (Reg. 111, fol. 206, c. 900; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 90, n° 244, non publié.)

« *Fulconi Lestrange, senescallo Vasconie.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1739 Avignon, 14 juin 1323.

In e. m. Johanni de Feltona, militi, senescallo Agennensi. (Reg. 111, fol. 206, p. c. 900; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1740 Avignon, 15 juin 1323.

Constabulario Burdegalensi de eodem. (Reg. 111, fol. 201, c. 901; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 90, n° 245, non publié.)

« *Constabulario Burdegalensi.* Cum pro dilecto - Datum Avinione, XVII kal. julii, anno septimo. »

1741 Avignon, 28 juin 1323.

Johannæ, comitissæ Fuxensi, ut ea quæ in Fulconis Lestrange, ducatus Aquitaniæ senescalli, injuriam attemptata fuerint, revocari faciat, cum idem senescallus ad pacem se pronum præbeat. (Reg. 111, fol. 206, c. 902; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 91, n° 246.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Johanne, comitisse Fuxensi, Domine Bearni.* Scire te volumus, filia, quod dilectus filius nobilis vir Fulco Lestrange, dominus Albimonasterii, ducatus Aquitanie senescallus, preces nostras exhortatorias, quas super periculosa commotione dudum inter suos ac tuos et dilecti filii nobilis viri Gastonis, comitis Fuxensis, domini Bearni, nati tui, familiaris nostri, subditos, satore

procurante discordie, suscitata, per juris semitas aut vias pacificas, congressionibus bellicis cessantibus, terminanda direximus[1], devote suscipiens, convertit ad earum exauditionem favorabilem mentem suam, sicut per suas rescriptivas litteras nobis scripsit, licet tam ipse quam alie gentes carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, ducis Aquitanie, super multis enormibus excessibus commissis et, post certa pacta, super treuga seu suffrentia (*sic*) inter partes, sicut asseritur, habita, per tuos et dicti comitis subditos, graviter conquerantur. Quocirca nobilitatem tuam rogamus paternis affectibus et hortamur quatinus, diligenter consideratis periculis variis que consueverunt ex talibus commotionibus provenire, quodque illis est, ante tempus, prudenter et salubriter, antequam deteriora proveniant, obviandum, ea que per tuos et dicti comitis subditos circa predicta indebite fuerint atte[m]ptata, taliter corrigere et pro illis satisfactionem impendere studeas condecentem, quod predictus senescallus, qui tanquam vir providus vias querit pacificas, inde debeat merito contentari, sublatisque periculis et scandalis evitatis, inter utriusque gentes et subditos, pacis et unitatis concordia nutriatur[2]. »

1. 27 mai 1323 (n° 1717).
2. Pour la date, voyez la lettre suivante.

1712 Avignon, 28 juin 1323.

In e. m. Gastoni, comiti Fuxensi, prædictæ Johannæ nato : *Dat. Avinione*, IIII *kal. julii, anno septimo*. (Reg. 111, fol. 206, p. c. 902; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1713 Avignon, 28 juin 1323.

Fulconi Lestrange de grata responsione regratiatur eumque iterum hortatur ut ad discordiam inter suos et Gastonis, comitis Fuxensis, subditos sopiendam, studium adhibeat. (Reg. 111, fol. 206 v°, c. 903; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 92, n° 247.

« *Nobili viro Fuconi Lestrange, domino Albimonasterii, ducatus Aquitanie senescallo.* Gratam responsionem super — Datum ut supra. »

1714 Avignon, 28 juin 1323.

Johanni, episcopo Eliensi, de laudabili intentione quam habet discordiam inter gentes Eduardi, regis Angliæ, et Gastonem, comitem Fuxensem, per vias pacificas sopiendi, gratias agit. (Reg. 111, fol. 206 v°, c. 904; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 92, n° 248.)

« *Johanni, episcopo Elinensi* (sic)[1]. Laudabilem intentionem quam — Datum ut supra. »

1. *Elnensi* dans l'index. Voyez à ce sujet ce que nous disons plus haut, n° 1737, note 2.

1715 Avignon, 28 juin 1323.

Bernardo, Adurensi episcopo, de diligentia quam circa præsentationem litterarum apostolicarum Fulconi Lestrange, ducatus Aquitaniæ senescallo, Gastoni, comiti Fuxensi, ac Johannæ, comitissæ Fuxensi, matri dicti comitis, super sedando scandalo inter ipsos et eorum subditos directarum impendit, gratias agit eumque hortatur ut ad pacem inter prædictos procurandam studium adhibeat (Reg. 111, fol. 206 v°, c. 905; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 93, n° 249.)

« *Bernardo, episcopo Adurensi.* Diligentiam studiosam quam — Dat. ut supra. »

1716 Avignon, 30 juin 1323.

Beneficia ecclesiastica quondam Johannis de « Engochello »[1], canonici Aquensis, Apostolicæ Sedi reservat. (Reg. 111, fol. 393 v°, c. 1638; — Reg. 74, cur. fol. 63 v° c. 30; — Reg. Avin. XVIII., fol. 515, c. 54.)

« *Ad futuram rei memoriam.* Intendentes de beneficiis — Datum Avinione, II kal. julii, anno septimo. »

1. *Engoichello* dans le texte du registre d'Avignon et celui du registre 74; *Engolisma* dans l'index de ce dernier.

1717 Avignon, 1er juillet 1323.

Episcopo Valentino, ut Geraldum, dominum Montilii Ademarii, Valentine diocesis, qui gentibus Amedei, comitis Sabaudiæ, de curia recedentibus unum equum et duos « somerios » bonis pluribus oneratos abstulit, ad restitutionem inducat, alioquin contra eum excommunicationis et etiam interdicti sententias promulget. (Reg. 111, fol. 389, c. 1621.)

« .., *episcopo Valentino.* Cum nos dilectum — Dat. Avinione, kalendis julii, anno septimo. »

1748 Avignon, 1er juillet 1323.

Dicto Geraldo de eadem restitutione præfato comiti facienda (Reg. 111, fol. 389 v°, c. 1622.)

« *Geraldo, domino Montilii Ademarii.* Pro parte dilecti — Datum ut supra proxima. »

1749 Avignon 1er juillet 1323.

Guillelmum Chabaudi perpetuum capellanum in beatæ Mariæ Carpentoratensi capella instituit. (Reg. 82, cur. fol. 2, c. 5.)

« *Dilecto filio Guillelmo Chabaudi, perpetuo capellano capelle beate Marie Carpentoratensis.* Apostolice Sedis generosa — Dat. Avinione, kalendis julii, anno septimo. »

1750 Avignon, 1er juillet 1323.

Guillelmum Alberti perpetuum capellanum in eadem capella instituit. (Reg. 82, cur. fol. 2, c. 5.)

« *Dilecto filio Guillelmo Alberti, perpetuo capellano capelle beate Marie Carpentoratensis, salutem. Rubrica*[1]. Apostolice Sedes generosa — Dat. ut supra. »

1. Voyez à ce propos n° 26, note 2.

1751 Avignon, 1er juillet 1323.

Franciscum Cabrani perpetuum capellanum in eadem capella instituit. (Reg. 82, cur. fol. 2, c. 5.)

« *Dilecto filio Francisco Cabrani, perpetuo capellano capelle beate Marie Carpentoratensis.* Apostolice Sedis generosa — Dat. ut supra. »

1752 Avignon, 2 juillet 1323.

Bernardo, comiti Convenarum, ac Guidoni de Convenis et Petro Raymundi litteras apostolicas super prorogatione termini cujusdam debiti iterum transmittit eosque ad prudentiam hortatur. (Reg. 111, fol. 206 v°, c. 906; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 94, n° 250.)

« *Nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, ac Guidoni de Convenis et Petro Raymundi, militibus.* Nobilitatis vestre solita benignitate recepimus litteras nobis per dilectum filium priorem de Borrello novissime presentatas, et tam que continebant dicte littere quam que dictus prior sub verbo sibi per ipsas commisse credentie proponere voluit benigne perceptis, devotionem vestram super [hoc] nobis pro parte vestra oblatis plurimum comendantes, gratiarum inde vobis referimus actiones. Licet autem ante litterarum receptionem vestrarum, super p[r]orogatione termini illius debiti Carcassone litteras patentes apostolicas per senescallum dilecti filii nobilis viri Bernardi Jordani, domini de Insula, vobis duxerimus destinandas, adhuc tamen consimiles vobis destinare providimus per latorem presentium, ad cautelam[1]. Ad hec quam magne virtutis existit linguam ab[2] effuso sermone compescere, nobilitatem vestram rogamus et hortamur attente, vobis nichilominus sano consilio suadentes quatinus circumcisi labiis persistentes in omnibus, patientiam et modestiam protendatis, circumspicientes solicite quid, quomodo, quando, ubi, cui et de quo loqui vobis expediat aut tacere, familiares vestros ac subditos etiam ipsum observare, et ab injuriis et excessibus quibusvis abstinere cautius instruentes, ad nos habituri recursum, velud devoti filii, in vestris oportunitatibus confidenter. Datum Avinione, VI nonas julii, anno septimo. »

1. Voyez la lettre du 5 juin 1323 (n° 1731).
2. Reg. *ad.*

1753 Avignon, 9 juillet 1323.

Episcopo Vivariensi de infirmitate compatitur eumque hortatur ne cito properet ad negotiandum donec plenius convalescat. (Reg. 111, fol. 202 v°, c. 875.)

« *Episcopo Vivariensi.* Fraternitatis tue litteris leta manu receptis illarumque serie sedule intellecta, gravaminibus tuis compassi sumus ab intimis, licet percepta convalescentia nos reddiderit plurimum con-

solatos ; pro qua quidem illi gratias agimus cujus virga suos corripit ad medelam. Sane quia langoris recentis memoria(m) convalescentem circa proprium regimen cautum reddit, providentiam tuam solicitandam providimus quatinus, hec recensens assidue nec hujus temporis intemperiem instantis advertens, nulla te cura negotiorum adeo stimulet, quod donec vires perfecte resumpseris, indistincte laboribus te exponas. Quia vero diligentiam quam adhibere circa nobis accepta non desinis, de sincera devotione non ambigimus emanare, illam preconio multe laudis attolimus, tuam nichilominus providentiam exhortantes ut continuare non deseras quod in hac parte tam placide quam provide inchoasti. Datum Avinione, VII idus julii, anno VII°. »

1754 Avignon, 9 juillet 1323.

Mauritio, inquisitori provinciæ Turonensis, quod possit cognoscere de criminibus et officium suum extra suam provinciam exercere. (Reg. 111, fol. 202 v°, c. 876; fol. 203, c. 878[1].)

« *Mauricio, de ordine fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in provincia Turonensi.* Cum de criminibus — Datum ut supra proxime. »

1. Avec quelques variantes, et sans être mentionné à l'index.

1755 Avignon, 9 juillet 1323.

Reginæ Franciæ respondet se, ad ejus postulationem, patentes litteras præfato fratri Mauritio destinasse eidemque reginæ quomodo, ad moram ulterius vitandam, scribendum sit, significat. (Reg. 111, fol. 203, c. 879.)

« *Regine Francie.* Regalis excellentie litteras horribilia quedam per nobilem illum de quo in ipsis mentio habebatur, sicut asseritur, in fidei catholice derogationem commissa, recepimus inter cetera continentes, quarum tenore diligenter inspecto, super hiis que per eas regia providentia postulabat, dilecto filio Mauricio de ordine fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputato, prout, considerata qualitate negotii, Deo gratum existere, tue magnificentie nostreque decentie convenire vidimus, nostras patentes [litteras] destinamus ; nec super mora expeditionis hujusmodi miretur, sed nos potius excusatos habeat, quesumus, regia celsitudo, nam litteras predictas, scriptas in vulgari gallico, minus plene legere scivimus nec legendas alii libenter committere volebamus, que tradere facere et eas transferri de gallico in latinum oportuit ut earum valeremus percipere plenius intellectum. Quare velit amodo nobis regia serenitas scribere litteraliter, ut communicare secreta regia aliis, nisi videremus expediens, non sit opus, sed per nos litteris regiis et faciliter intellectis, possimus citius quod super illis expedire secundum Deum videbimus, respondere. Datum Avinione, VII idus julii, anno VII°. »

1756 Avignon, 9 juillet 1323.

Redditus duobus presbyteris in perpetuum celebrantibus in capella quam sub vocabulo beatæ Mariæ Virginis in castro Novarum construi fecit, assignat. (Reg. 74, cur. fol. 12, c. 42.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dudum post expulsionem — Dat. Avinione, VII idus julii, anno septimo. »

1757 Avignon, 15 juillet 1323.

Ramundum Raboti de certa pecuniæ summa de bonis quondam Guillelmi, episcopi Niciensis, dispositioni apostolicæ reservatis provenienti, quam, ut executor testamenti ejusdem episcopi Cameræ Apostolicæ assignaverat, quittat. (Reg. 111, fol. 408 v°, c. 1718.)

« *Dilecto filio Ramundo Raboti*[1], *canonico Ebredunensi.* Exhibita nobis tua — Datum Avinione, idibus julii, anno VII°. »

1. *Raymundo Rabeti*, dans l'index.

1758 Avignon, 25 juillet 1323.

Carolo, duci Calabriæ, quod cum Maria, Caroli comitis Valesii filia, ei in quarto respectu patrum et ter-

tio respectu matrum consanguinitatis gradibus conjuncta, matrimonium licite contrahere possit. (Reg. 111, fol. 262 v°, c. 1100.)

« *Eidem* [*Nobili viro Carolo, carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, primogenito, duci Calabrie*]. Domus regie precelsa devotio per quam se reddit, et hactenus jugiter reddidit Altissimo et Romane Ecclesie gratam et acceptam, non sine multe laudis sonoro preconio promeretur ut eandem Ecclesiam, velut matrem piissimam, in suis oportunitatibus quadam singulari prerogativa gratie propitiam reperiat et benignam, sic quod, dum ipsius domus nececitas (*sic*) exigit et utilitas id exposcit, in favorem ejusdem rigorem canonicum (*sic*) temperet vel relaxet. Attendentes igitur quod tui prosapiam generis adeo per diversas mundi partes propagavit Altissimus quod, juxta tui et domus regie status decentiam, mulierem tibi conjungendam matrimonialiter, que tibi in gradibus a jure prohibitis non attineat, reperire comode non valeres, ac cupientes domum ipsam, in qua di[le]cto genitori tuo existis unicus, felicibus numerose prolis successibus ex omni latere stabiliri, predicti genitoris tui supplicationibus inclinati, ut cum dilecta filia nobili muliere Maria, dilecti filii magnifici viri Caroli, filii regis Francie, comitis Valesii[nata], que tibi in quarto respectu patrum, et tertio respectu matrum, consanguinitatis gradibus jungitur, impedimentis hujusmodi, seu quibusvis aliis tam ex eisdem gradibus quam aliis remotioribus, sive ratione consanguinitatis respectu ejusdem seu diversorum stipitum aut ab ipso stipite equaliter vel inequaliter provenirent, aut ratione quarumcunque affinitatum, seu publice honestatis justitie aut spiritualis proximitatis seu proximitatum procederent, super quibus consuevit cum personis sublimibus Sedes Apostolica dispensare, nequaquam obstantibus, licite contrahere valeas, ac tu et ipsa Maria possitis matrimonialiter copulari, ex certa scientia et de potestatis plenitudine, tecum et cum ipsa de speciali gratia dispensamus, prolem ex vobis suscipiendam legitimam nuntiantes. Nulli ergo etc. Datum Avinione, VIII kalendas augusti, anno septimo. »

1759 Avignon, 27 juillet 1323.

Hugonem de Engolisma, sacristam Narbonensis ecclesiæ, cui, una cum Petro Riquarii, sacrista Avinionensis ecclesiæ, collectio decimæ sexennalis per Clementem V impositæ, in Arelatensi, Viennensi, Aquensi, Ebredunensi, Bisuntina, Tarantasiensi et Lugdunensi provinciis, pro illis partibus quæ de regno Franciæ non existunt, commissa fuerat, de certis ejusdem decimæ pecuniarum summis apostolicæ Cameræ assignatis quittat. (Reg. 111, fol. 392 v°, c. 1636.)

« *Eidem* [*Hugoni de Engolisma, sacriste Narbonensis ecclesie*]. Olim volentes quod — Datum Avinione, VI kal. augusti, anno septimo. »

1760 Avignon, 29 juillet 1323.

Regi Franciæ nuntiat se fratrem Thomam de Aquino, ordinis Prædicatorum, sanctorum cathalogo aggregasse, nonnulla Caroli, ducis Calabriæ, matrimonium tangentia ei notificat et de benigna nuntiorum apostolicorum receptione gratias agit. (Reg. 111, fol. 203 v°, c. 884.)

« ..., *regi Francie illustri*. Ad gaudium celsitudini regie nuntiamus nos virum sancte ac recolende memorie fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum, XV kalendas augusti, de fratrum nostrorum consilio, observata solemnitate debita, sanctorum cathalogo aggregasse. Ad hec magnificentiam regiam volumus non latere nos VIII kalendas predicti mensis, leta manu litteras regias super facto dilecti filii nobilis viri Caroli, ducis Calabrie, recepisse, ad quarum contenta breviter respondemus quod, die tunc proximo precedenti, cum carissimi in Christo filius et filia nostri, rex Sicilie et regina illustres, suorum nuntiorum super eodem facto litteras recepissent ipsarumque nobis serie reser(v)ata, indignum visum est nobis et ipsis, nuntiatis veris suppositis, deliberationem aliquam, que sibi locum vendicare in dubiis seu perplexis consuevit negotiis, adhibere, cum procul dubio, attentis que sunt in talibus attendenda, persona illa de qua in regiis habebatur mentio, preferenda. Unde illico dispensationem jussimus fieri presenti negotio oportunam, et ordinatum extitit quod rex et regina predicti que sunt pro premissis complendis oportuna facerent, juxta a dicto duce traditam sibi formam. Dux enim predictus

conditiones aliquas expresse in missis suis genitoribus clausis litteris, in persona sibi copulanda matrimonialiter requirebat, quas, juxta contenta in nuntiorum predictorum litteris, concurre[re] in illa de qua agitur et genitores ipsi et nos indubie supponimus; et optamus quod si forsan, quod absit, conditionum premissarum aliquam contingeret deficere, et ipsi et nos non leviter turbaremur, cum copulam ipsam Deo gratam, utrique conjungendorum convenientem et honorabilem, ac oportunam Terre Sancte negotio plurimum reputemus. Sane, si Dominus annuat quod, [per] factum hujusmodi, tuum et nostrum desiderium compleatur, expediret utique, prout experientia te plenius informavit, quod, sublato more dispendio, dicto duci divine et humane domus socia, sine qua non est salubriter (*sic*), mitteretur. Ceterum de grata receptione nuntiorum nostrorum ad regalem presentiam transmissorum ac benigna audientia eis prestita et expeditione celeri eorundem, regie benivolentie gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, III kal. augusti, anno VII°. »

1761 Avignon, 30 juillet 1323.

Carolo, comiti, Valesii similiter nuntiat se dictum fratrem Thomam sanctorum aggregasse catalogo eique de benigna nuntiorum apostolicorum receptione gratias agit. (Reg. 111, fol. 203, c. 880.)

« *Magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii.* Quia de hiis que cedunt ad Dei gloriam, exultationem triumphantis Ecclesie ac consolationem plurimam militantis, magnificentiam tuam non ambigimus exultare, ad gaudium et exultationem animi eidem nuntiamus, quod XV kalendas augusti proxime preterito, virum recolende memorie, fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum, ad Dei laudem et gloriam, exultationem triumphantis Ecclesie et consolationem plurimam militantis, de fratrum nostrorum consilio, et ad supplicationem prelatorum plurimorum ibi assistentium, duximus sanctorum cathalogo aggregandum. Ceterum de grata receptione nuntiorum nostrorum ad regalem presentiam transmissorum ac benigna audientia eis prestita et[1] expeditione celeri eorundem, regie benivolentie gra-[tia]rum refferimus uberes actiones. Datum Avinione, III kal. augusti, anno VII°. »

1. Reg. *ex.*

1762 Avignon, 30 juillet 1323.

In e. m. Mariæ, reginæ Franciæ et Navarræ. (Reg. 111, fol. 203, p. c. 880.)

1763 Avignon, 30 juillet 1323.

Clementiæ reginæ, de Caroli, ducis Calabriæ, matrimonio et de fratris Thomæ de Aquino canonisatione. (Reg. 111, fol. 203, c. 881.)

« *Clementie, regine Francie illustri.* Ad ea que tue nobis misse super facto dilecti filii nobilis viri Caroli, ducis Calabrie, littere continebant, regie magnificentie breviter respondemus quod, si contentis in eisdem litteris, sicut et tenemus indubie, veritas suffragetur, tuis in hac parte desideriis satisfiet. Hoc equidem utrique conjungendorum convenire credimus, scimus carissimis in Christo filiis nostris Roberto, regi, et Sancie, regine Sicilie illustribus, gratum esse, nosque desideranter ad ipsum appetere et reipublice expedire. Et ecce prefati rex et regina suos ad partes illas festine mittunt nuntios cum potestate plenaria, juxta potestatem a duce predicto sibi traditam, si veritas assistat nuntiatis sibi per suos nuntios, quod et credunt et desiderant, negotium, dante Domino, consumandi. Et quia dux predictus, sicut novit tua prudentia, multum indiget socia, circa missionem ejusdem, perfecto negotio, sublata cunctatione qualibet, procurare[1]. Ad hec ad gaudium regali prudentie nuntiamus quod, XV kal. augusti proxime preterito, virum recolende memorie, fratrem Thomam de Aquino, ordinis Predicatorum, ad Dei laudem et gloriam, exultationem triumphantis Ecclesie et consolationem plurimam militantis, de fratrum nostrorum consilio, et ad supplicationem prelatorum multorum ibi assistentium, duximus sanctorum [catalogo] aggregandum. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum. Datum ut supra[2]. »

1. Il manque évidemment ici un verbe tel que *studeas* (Cf. n° 1777).

2. Une lettre de Jean XXII à la reine Clémence, commençant par : *Ad gaudium* et correspondant, depuis ces mots,

à celle que nous donnons ici, a été publiée par I. Ripoll (*Bullarium Prædicatorum*, t. II, p. 164, n° XLI).

1761 Avignon, 31 juillet 1323.

Johanni, duci Lotharingiæ, ne aliquorum suasionibus qui eum ad partes Lombardiæ in Mediolanensium et aliorum rebellium subsidium trahere moliuntur, acquiescat. (Reg. 111, fol. 803 v°, c. 882.)

« *Johanni, duci Lothoringie.* Habet fide digna relatio — Datum Avinione, II kal. augusti, anno VII°. »

1765 Avignon, 1er août 1323.

Interdictum in civitate Gebennensi nonullisque ejusdem diocesis locis, ratione quorumdam dampnorum ab Eduardo et Aymone, comitis Sabaudiæ natis, illatorum, appositum suspendit mandatque archiepiscopo Viennensi ut in prædictis locis divina officia celebrari faciat. (Reg. 111, fol. 389, c. 1623.)

« ..., *archiepiscopo Viennensi.* Cum nos interdictum per venerabilem fratrem nostrum.., episcopum Gebennensem, suffraganeum tuum, in civitate Gebennensi, nec non de Saycello, Versoja, Aquiano, Sisterici, Thonons, aliqua Nova Villa juxta Montey, Codrea et Albona, ac quibusdam locis aliis Gebennensis diocesis appositum, occasione dampnorum per dilectos filios nobiles viros Eduardum et Aymonem, natos dilecti filii nobilis viri Amedei, comitis Sabaudie, et valitores eorum, in civitate et locis predictis, tempore quo turris Gebennensi obses[s]a fuit, prefato episcopo et ecclesie Gebennensibus, sicut asseritur, illatorum, quorum examinationem et decisionem per alias nostras litteras[1] tibi comittimus, usque ad festum Nativitatis Dominice proximo futurum ex certis causis probabilibus duxerimus tenore presentium suspendendum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus in dictis civitate et locis divine laudis organa resumi et celebrari divina officia facias usque ad dictum terminum, sicut prius. Datum Avinione, kalendis augusti, anno septimo. »

1. Voyez ci-après, n° 1766.

1766 Avignon, 1er août 1323.

Eidem archiepiscopo Viennensi, ut de dampnis in præfatis locis a dictis Eduardo et Aymone illatis, et de satisfactionibus quas exhibere se offerunt, vocatis vocandis, ordinet et decidat. (Reg. 111, fol. 389 v°, c. 1624.)

« *Eidem archiepiscopo.* Cum venerabilis frater — Datum ut supra. »

1767 Avignon, 6 août 1323.

Cum de persona Pontii Ferrolli in abbate monasterio Fuxensi, antequam supplicationes Gastonis, comitis Fuxensis, pro Raymundo Saqueti, canonico Appamiarum, receptæ sint, provisum esset, eidem comiti excusationem petit eique nuntiat se prædicto Raymundo prioratum beatæ Mariæ Burgi Veteris, Carcassonensis diocesis, contulisse. (Reg. 111, fol. 207, c. 907.)

« *Nobili viro Gastoni, comiti Fuxensi, familiari nostro.* Scire te volumus — Datum Avinione, VIII idus augusti, anno septimo. »

1768 Avignon, 11 août 1323.

Henrico, electo Metensi, ut treugas inter se et Guigonem, dalphinum Viennensem, nepotem suum, ex parte una, ac Amedeum, comitem Sabaudiæ, ex altera indictas, in præsentia duorum tabellionum ratificet. (Reg. 111, fol. 390, c. 1625.)

« *Henrico, electo Metensi, gubernatori Dalfinatus Viennensis.* Tuam non latet, fili, prudentiam qualiter nos, imminentibus periculis ex dissidio inter te et dilectum filium nobilem virum Guigonem, dalfinum Viennensem, nepotem tuum, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Amedeum, comitem Sabaudie, ex altera, ac utriusque partis valitores et subditos, dudum hostes antiqui procurante malicia suscitatis, occurrere paternis affectibus cupientes, non absque laboribus et solicitudinibus variis, vias et modos exquisivimus et exquirere non cessamus per quos, odiorum extirpatis fomitibus, inter vos pacis et unitatis concordia provenirent; et ut tractatus pacis hujusmodi, non modicum insidens nobis cordi, valeret liberius prosequi, et, pacis actoris suffragante gratia

malis cessantibus, utilius confirmari, treugas pacis representantes ymaginem inter vos duraturas usque ad certum tempus, que ratificari debuerunt a partibus hinc et inde, de ipsarum consensu, sub certa forma duximus indicendas[1]. Cumque procurator tuus et ejusdem dalfini, super exhibitionem instrumenti ratificationis hujusmodi requisitus, illud renuerit hactenus exhibere, discretionem tuam rogandam duximus attentius et hortandum quatinus, virum pacificum pacisque zelatorem et nostris conformem desideriis super hiis te ostendens, in presentia duorum tabellionum, unius, videlicet, tui et ejusdem dalfini, et alterius dicti comitis, treugas predictas et contenta in eis ratificares et ratificari facere per eundem dalfinum procurares, cum comes predictus paratum facere se offerat illud idem. Datum Avinione, III idus augusti, anno septimo. »

1. Voyez n° 1729, note.

1769 Avignon, 16 août 1323.

Alienordi de Monteforti ad pacem cum Petro Raymundi et Guidone de Convenis, nepotibus suis, reformandam hortatur, eique priorem Prædicatorum et gardianum fratrum Minorum Tholosæ cum litteris apostolicis mittit. (Reg. 111, fol. 204 v°, c. 889.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Alionordi* (sic) *de Monteforti, comittisse Vindocinensi.* Quia per litteras — Datum Avinione, XVII kal. septembris, anno VII°. »

1770 Avignon, 16 août 1323.

Dictis Petro et Guidoni super eodem. (Reg. 111, fol. 204 v°, c. 890.)

« *Dictis nobilibus.* Licet tam verbis — Datum ut supra. »

1771 Avignon, 16 août 1323.

Priori et gardiano fratrum Minorum Tolosæ ut prædictos ad pacem inducant. (Reg. 111, fol. 204 v°, c. 891; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.* t. V, p. 253, n° 508.)

« *Ei[s]dem priori et gardiano.* Dudum ad audientiam — Dat. ut supra. »

1772 Avignon, 18 août 1323.

Bertrandum de Narcesio de solutione bonorum Radulphi, decani monasterii de Gaya, Cluniacensis ordinis, Trecensis diocesis, prædecessoris sui, apostolicæ dispositioni reservatorum quittat. (Reg. 111, fol. 409, c. 1719.)

« *Dilecto filio Bertrando de Narcesio, decano monasterii de Gaya, Cluniacensis ordinis, Trocensis* (sic) *diocesis.* Cum sicut pro — Datum Avinione, XV kal. septembris, anno septimo. »

1773 Avignon, 19 août 1323,

Carolum, regem Franciæ, rogat ut summarie et de plano procedi faciat ratione comitatus Pictavensis quem ad se pertinere asserit dux Burgundiæ. (Reg. 111, fol. 204, c. 887.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Illa regali providentie fiducialiter suademus per que, servatis juribus regiis illibatis, se potest suis principibus, presertim sibi conjunctis sanguine, gratiosum et benivolum exhibere. Hinc est quod cum dilectus filius nobilis vir Odo, dux Burgundie, comitatum Pictavie ad se asserebat pertinere, curia regia contrarium asserente, benivolentiam regiam duximus deprecandam quatinus dicto duci dignetur concedere gratiose quod, in causa predicta, simpliciter et de plano procedi debeat, et absque strepitu judicii et figura, cum, hoc concesso, non minus produci jura partium et discuti valeant quam si strepitus judiciarius servaretur. Datum Avinione, XIIII kal. septembris, anno VII°. »

1774 Avignon, 20 août 1323.

Dicto duci litteras suas recepisse et Carolo, regi Franciæ, se scripsisse nuntiat. (Reg. 111, fol. 204. c. 888.)

« *Dicto duci.* Nobilitatis tue receptis novissime litteris, nobis per dilectum filium nobilem virum Johannem de Castellione, militem, presentatis[1], per quas

petebas eidem militi, super hiis que pro parte tua nobis exponeret, fidem credulam adhiberi, benigne ipsum audivimus, et que proposuit intelleximus diligenter. Et ecce carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie illustri, scribimus prout vidimus expedire, respondentes petitionibus aliis prout idem miles tue magnificentie poterit plenius explicare. Datum Avinione, XIII kal. septembris, anno VII°. »

1. Reg. *presentatus*.

1775 Avignon, 22 août 1323.

Johannæ, reginæ Franciæ, quæ de ipsius necnon genitricis filiæque suarum statu eum certiorem facere curaverat, gratias agit. (Reg. 111, fol. 205, c. 892.)

« *Johanne, regine Francie et Navarre illustri.* Letanter receptis regalis excellentie litteris, tuam, carissima filia, et dilecto (*sic*) filie nobilis mulieris Dalfine Viennensis, nate tue, infirmitatem preteritam et subsecutam convalescentiam nuntiantibus, tibi et sibi, super infirmitate hujusmodi que vos afflixit, paternis compatimur affectibus, sed de restituta sanitate plurimum in Domino congaudemus. Verum quia premissa, necnon et statum dilecte in Christo filie nobilis mulieris comitisse Attrabatensis, genitricis tue, prosperum nobis innotescere, de nostro certiorari ferventer desiderans, curavisti, referimus tibi grates, celsitudinem regiam volentes serie presentium non latere quod, licet homo noster interior multis agitetur anxietatibus, nunc audiens prospera, [nunc] adversa, homo tamen noster exterior, divina suffragante gratia, sospitate letatur, tuam serenitatem rogantes quatinus de tuo dictarumque tuarum genitricis et filie statu, quem felicem zelamus et prosperum, nos cures sepius reddere certiores, ad nos, quos in tuis oportunitatibus, quantum cum Deo poterimus, propitios et benignos reperies, habitura recursum, filia carissima, confidenter. Gratia Domini nostri Jhesu Christi sit tecum, que tuos actus in viam salutis dirigat et ab omni adversitate custodiat et defendat. Dat. Avinione, XI kal. septembris, anno VII°. »

1776 Avignon, 25 août 1323.

Hugoni, officiali Lingonensi, ut Guidonem Peregrini qui de ordine Prædicatorum exiens apostavit, capi faciat et ad curiam mitti. (Reg. 111, fol. 265, c. 893.)

« *Hugoni, legum doctori, officiali Lingonensi.* Abhominabiliter detestamus quod — Datum Avinione, VIII kal. septembris, anno VII°. »

1777 Avignon, 27 août 1323.

Clementiæ, reginæ Franciæ, super matrimonio ducis Calabriæ. (Reg. 111, fol. 205 v°, c. 898).

« *Clementie, regine Francie illustri.* Gaudemus in Domino de hiis que dilectus filius dux Calabrie in sibi copulanda dilecta in Christo filia nobili muliere Maria, nata dilecti filii magnifici viri Caroli, comitis Valesii, requisierat nil deesse, et quia contractum hujusmodi matrimonii supponimus celebratum, providentiam regiam iterum exhortamur ut, quantum socia dictus dux egeat in consideratione deducto, quodque hiemis vicinitas adventus ejus celeritatem exposcat, circa ejus adventum celerem studeas sedulam diligentiiam adhibere. Datum Avinione, VI kal. septembris, anno VII°. »

1. Voir plus haut une lettre du 30 juillet sur le même sujet n° 1763.

1778 Avignon, 1er septembre 1323.

Ber[nar]do, electo Tudensi, ut officium inquisitoriæ in partibus Tolosanis adhuc exerceat donec alius ipsi surrogetur. (Reg. 111, fol. 205 v°, c. 895.)

« *Ber[nar]do* [1], *electo Tudensi.* Licet de te — Datum Avinione, kalendis septembris, anno VII°. »

1. Bernard Gui.

1779 Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, ne pariagium cum consulibus villæ Petragoricensis in Archambaldi comitis præjudicium faciat. (Reg. 111, fol. 195 v°, c. 824.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Habet dilecti filii nobilis viri Arcambaldi, comitis Petragoricensis, familiaris nostri, relationis assertio quod, licet dilecti filii consules ville Petragorice jurisdictionem quam in eadem villa super certis casibus exercere dicuntur, ab eodem comite teneant in feudum et a suis predecessoribus tenuerunt ab antiquo, prefati tamen consules pariagium super jurisdictione ipsa cum tua excellentia moliuntur facere in ejusdem comitis prejudicium et jacturam. Cum autem magnificentia regia debeat abstinere ab hiis que ipsam dedecent, et subditis noscuntur inferre gravamen, celsitudinem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus pariagium hujusmodi, velut [de]decens dignitati regie et statutis regiis, ut asseritur, obvium, non admittas, sed habens potius eundem comitem pro nostra et Apostolice Sedis reverentia super suis juribus comendatum, ea sibi facias a tuis officialibus et gentibus inviolabiliter observari[1]. »

1. La lettre n'a pas de date, mais elle figure dans la partie du registre consacrée à la septième année du pontificat, et c'est à cette année que nous l'attribuons. Les autres lettres qui la suivent immédiatement dans le registre se rapportent aussi au Périgord et sont du 15 et du 16 mars 1323 (nos 1609-1615), mais ce simple rapprochement ne suffit point pour préciser la date de notre document.

1780 (Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.)

Electo Metensi, ut treugas inter Amedeum, comitem Sabaudiæ, et Guigonem, dalphinum Viennensem, indictas observet, et ab omni offensione se abstineat. (Reg. 111, fol. 203 v°, c. 883.)

« *Dicto electo Metensi.* Novit tua discretio quod nos, varia personarum et rerum discrimina, et animarum amarius deploranda pericula, que mota dudum inter dilectos filios nobiles viros Amedeum, comitem Sabaudie, ex parte una, et Guigonem, dalfinum Viennensem, nepotem tuum, ex altera, ac utriusque partis valitores, adjutores et eis quomodolibet adherentes, hactenus periculosa dissentio parturivit et imposterum comminatur, nisi occurreretur salubriter, attendentes, et eisdem periculis occurere paterne solicitudinis studiis cupientes, nunc per missionem nuntiorum solempnium, nunc per multiplicationem exhortationum salubrium factarum verbis et litteris sepius, ac etiam per indictionem treugarum que pacis habent ymaginem, exquirere diversa studuimus remedia per que pacis optate tranquillitas proveniret. Et licet novissime, circa reformationem pacis hujusmodi, intensis affectibus cogitantes, treugas de consensu partium usque ad certi temporis spatium, infra quod pacis ejusdem tractatui posset intendi liberius, indixerimus duraturas, tu tamen, sicut miranter et displicenter audivimus, quasi pacem abjuraveris, quasi fedus cum iniquitate pepigeris et volueris pacis ipsius semitis obviare, treugas ipsas infringere satagens, ad offensionem partis alterius et presertim venerabilis fratris nostri Petri, archiepiscopi Lugdunensis, nepotis dicti comitis, te preparas, hostiliter gentis armigere multitudinem propter hoc congregando. Quocirca discretionem tuam rogamus et hortamur attente, tibi nichilominus sano consilio suadentes, ac in virtute obedientie et [sub] penis in eisdem contentis treugis districtius injungentes quatinus, gravia scandala et pericula grandia que possunt ex commotione hujusmodi suboriri, et quod te et statum tuum deceat quidve expediat in hac parte cogitans et recogitans diligenter, ac attendens insuper quantum insideat cordis nostri desideriis reformatio dicte pacis, treugas predictas observare studeas et facias ab aliis et de parte tua et dicti dalfini inviolabiliter observari, ab offensionibus predictis et quibusvis congressionibus hostilibus penitus abstinendo, sic quod per hoc te pacis zelatorem exhibeas, et ostendas nostris voluntatibus et desideriis super hiis te conformasse, nobis clare quid super predictis intendis per tuas litteras harum continentes seriem quantocius rescripturus[1]. »

1. Jean XXII chercha à maintes reprises, soit par des trêves, soit par l'envoi des légats, à ramener la paix entre le comte de Savoie et le Dauphin de Viennois (voyez ci-dessus les lettres du 8 décembre 1320, nos 1249-1250; du 25 mai, du 30 juillet et du 23 octobre 1321, nos 1258, 1281, 1318-1321; du 1er et du 30 juillet 1322, nos 1447-1455, 1483-1485; du 15 mars et du 11 août 1323, nos 1608-1768). Nous ne savons à laquelle de ces trêves il fait ici allusion, nous attribuons cette lettre comme la précédente à la septième année du pontificat, puisqu'elle est transcrite dans la partie du registre consacrée à cette année.

1781 [Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.]

Petro de Via, quod possit habere altare portatile. (Reg. 111, fol. 204, c. 885.)

« *Nobili viro Petro de Via, domino Villemuri.* Devotionis tue precibus — Nulli ergo etc.[1]. »

1. Pour la date, même remarque que ci-dessus : nous donnons celle de la septième année du pontificat que portent les autres lettres transcrites dans cette partie du registre. Pierre de Vie et d'autres parents du pape reçurent diverses faveurs analogues le 18 mai 1323 (nos 1669-1677). La lettre présente est-elle du même moment? On ne peut l'affirmer.

1782 [Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.]

Eidem, quod possit eligere confessorem. (Reg. 111, fol. 204, c. 886.)

« *Eidem.* Ut per confessionis — Nulli ergo etc.[1]. »

1. Pour la date, voyez le numéro précédent.

1783 [Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.]

Guigoni, dalphino Viennensi, de convalescentia congaudet eumque ad bonum regimen assumendum hortatur. (Reg. 111, fol. 390, c. 1626.)

« *Dicto Dalfino* [*Viennensi*]. Tua infirmitate preterita — incolumis longitudo[1]. »

1. Pour la date, voyez n° 1781, note.

1784 [Avignon, 5 septembre 1322 — 4 septembre 1323.

Henrico, electo Metensi, super eodem. (Reg. 111, fol. 390, c. 1627.)

« *Dicto electo* [*Metensi*]. Infirmitate preterita dilecti — ut supra competenter mutatis[1]. »

1. Pour la date, voyez n° 1781, note.

TOURS
IMPRIMERIE DESLIS FRÈRES
6, RUE GAMBETTA, 6

ANNUS OCTAVUS

1785 Avignon, 5 septembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, transmittit Johannes papa XXII ea quæ in causa appellationis Johannis de Pertiniaco, ratione quorumdam gravaminum dicto nobili a Mauritio de Sancto Paulo, inquisitore in provincia Turonensi, illatorum, ordinata sunt. (Reg. 112, p. ii, fol. 1 v°, c. 493; — J.-M. Vidal, *Le sire de Parthenay et l'Inquisition*, dans le Bulletin historique et philologique du comité des travaux historiques et scientifiques, 1903, p. 424, n° iii.)

« *Eidem regi* [*Francie*]. Excellentiam regiam volumus non latere quod cum nonnulli, hiis diebus preteritis, ad Sedem Apostolicam pervenissent asserentes pro parte nobilis viri Johannis de Pertiniaco ac ejus consortis et nonnullorum sibi sanguine conjunctorum, propter plura gravamina que dicto nobili per dilectum filium Mauritium de Sancto Paulo, inquisitorem heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputatum, dicebantur illata, ad Sedem fuisse appellatum eandem, que nostro volebant apostolatui intimare; tandem intellectis que volebant proponere plenius, ac super ipsis cum fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti, que Deo grata, nostro et tuo honori convenientia ac oportuna justitie vidimus, de fratrum ipsorum consilio, duximus ordinanda, que utique scriptura interclusa presentibus circumspectioni tue poterit seriosius reserare. Datum Avinione nonis septembris, anno octavo. »

1786 Avignon, 5 septembre 1323.

Præfato Mauritio de Sancto Paulo mandat ut in negotio ejusdem Johannis de Pertiniaco contra quem severius solito exarsisse dicitur, eum capi faciendo et Parisius carceri mancipari, juste, mature et provide procedat. (Reg. 112, p. ii, fol. 1, c. 494; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 424, n° iv.)

« *Fratri Mauritio de Sancto Paulo, inquisitori heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputato.* Ad nostram fratrumque nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium audientiam, pro parte viri nobilis Johannis Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, militis, ejusque consortis ac nonnullorum, conjunctorum eidem nobili linea parentele, insinuatio hiis diebus flebilis et clamosa perduxit quod tu, ex odii fomite contra eundem nobilem, sicut antea verbis satis expresseras, provocatus, quedam imponens eidem pro libito voluntatis que sapere pravitatem hereticam asserebas, ipsum capi et adduci Parisius et diro mancipari carceri procurasti, ad cujus presentiam consortem ejus predictam seu aliquem de ejusdem nobilis genere prelatum, etiam et adhuc consiliarium aliquem, cum [quo] posset deliberare super hiis que sibi imposueras seu imponere intendebas, licet velut juris ignarus seu inscius et in simplicitate militari nutritus, dirigi super premissis sano peritorum consilio plurimum indigeret, introire, licet instanter et humiliter requisitus super hiis sepius, non sinisti; propter quod et multa alia habentes te suspectum merito, tam pro parte procuratoris ejusdem nobilis, quam ejus consortis et nonnullorum aliorum de ipsius nobilis genere, te velut suspectum dicto nobili ex premissis et aliis causis suspicionis pluribus legitime recusarunt. Cumque tu causas hujusmodi indebite admittere recusasses ex hoc, necnon et quia notariis publicis requisitis quod de propositis et petitis publica conficerent instrumenta, expresse, sub pena excommunicationis quam in ipsos, si contra facerent, promulgasti, ne ipsa conficerent precipere presumpsisti, sentientes dictum nobilem, ac se multipliciter indebite pregravari, pro parte dicti nobilis, consortis et aliorum nobilium predictorum fuit canonice in scriptis ad Sedem Apostolicam appellatum; cui seu quibus appellationibus tu deferre indebite renuens, in dicti nobilis et aliorum premissorum prejudicium et Apostolice Se-

dis contemptum, severius solito contra dictum nobilem procedere exarsisti. Quocirca pro parte dicti nobilis et aliorum premissorum nobis fuit instanter et humiliter supplicatum ut dicto nobili ac premissis aliis curaremus super premissis de oportuno remedio providere. Nos autem, cum fratribus nostris predictis super premissis deliberatione prehabita diligenti, multis hinc inde in examen recte considerationis adductis, cupientes ne splendorem negotii fidei contingat per inordinationem aliquam offuscari, nec prefatum nobilem indebite pregravari, tibi, de fratrum nostrorum premissorum consilio, sub virtute obedientie precipimus et mandamus quatinus sic juste, sic mature, sic provide cures in premissis procedere, quod ipsi nobili seu aliis supradictis justa de te materia conquerendi (de te) non subsit nec nos oporteat super hiis aliud remedium adhibere, tibi nichilominus de eorundem fratrum nostrorum consilio districtius inhibentes ne ad sententiam contra prefatum nobilem, nisi vocato diocesano, ad quem eorundem criminum propositorum seu proponendorum contra dictum nobilem spectat cognitio, seu, ipso diocesano nolente vel non valente premissis intendere, cui procedendi in dicto negotio extra suam diocesim auctoritatem et licentiam absque alicujus ordinarii prejudicio impertimur, vocatis venerabilibus fratribus P., Attrebatensi et P., Vivariensi episcopis, quos unius loco haberi volumus, et eorum quemlibet, ubi ambo nequirent interesse vel nollent, in ipsius diocesani locum in casu predicto quoad premissa omnia subrogamus, quibusque et eorum singulis, juxta ordinationem predictam, communicare processum contra prefatum militem habitum et habendum tenearis ex integro, aliquatenus non procedas, attentius provisurus quod, si forsan inter te et diocesanum predictum seu subrogatos eidem, circa processum seu proferendam sententiam dubietatem vel contrarietatem contingeret suboriri, nequaquam, nobis inconsultis, ad sententiam procedere presumatur, decernentes irritum et inane si secus a te vel ipsis contingeret attemptari. Diocesanum autem dicti nobilis certum exprimere nequivimus, quia quis ille sit, propter diversa domicilia et delicta que habere et commisisse dicitur, ignoramus. Datum Avinione, nonis septembris, anno octavo. »

1787 Avignon, 5 septembre 1323.

Atrebatensi et Vivariensi episcopis, ut in prædicto negotio, absente diocesano, ipsi vel alter eorum cum inquisitore præfatum negotium exsequantur (Reg. 112, p. II, fol. 2, c. 495 ; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 426, n° v.)

« .., *Atrabatensi* et .., *Vivariensi episcopis*. Pro parte viri — Datum ut supra. »

1788 Avignon, 12 septembre 1323.

Duci Calabriæ dispensationem super matrimonio inter ipsum et Mariam, filiam Caroli, comitis Valesii, contrahendo se concessisse nuntiat. (Reg, 112, p. II, fol. 76 v°, c. 913.)

« *Duci Calabrie*. Magnificentie tue ad gaudium nuntiamus quod, sicut habuit tuorum nuntiorum hiis diebus relatio litterarum, in dilecta in Christo filia nobili puella Maria, dilecti filii magnifici viri Caroli, comitis Valesii filia, concurrunt omnes conditiones, prout humana nosse sinit fragilitas, que sunt in sponsa regii filii requirende. Quo audito, dispensationem prefato negotio oportunam, quod cum illa contrahere valeas, duximus e vestigio faciendam, quam carissimi in Christo filii nostri illustris.., rex Sicilie et.., regina, Parisius tuis nuntiis per suos certos duxerunt[1] nuntios destinandam. Dat. Avinione, II idus septembris, anno octavo. »

1. Reg. *duxerimus*.

1789 Avignon, 13 septembre 1323.

Petrum ecclesiæ Carcassonensi per translationem Guillelmi, episcopi, ad Auxitanam ecclesiam nuper vacanti, præficit. (Reg. 112, p. I, fol. 102 v°, c. 455.

« *Petro, electo Carcassonensi*. Carcassonensi ecclesia nuper — Datum Avinione, idibus septembris, anno octavo. »

1790 Avignon, 13 septembre 1323.

Guillelmum, Carcassonensem episcopum, ad Auxitanam ecclesiam per obitum proprii pastoris vacantem,

cum postulationem capituli ejusdem Auxitanæ ecclesiæ pro Rogerio, episcopo Vaurensi, non duxerit admittendam[1], transfert. (Reg. 112, p. I, fol. 102 v°, c. 456; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 98, n° 252.)

« *Guillelmo, electo Auxitano.* Dudum ecclesia Auxitana — Dat. Avinione, idibus septembris, anno octavo. »

1. Voyez ci-dessus, n° 1510.

1791 Avignon, 13 septembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, qui Albertum de Roya ad Turonensem ecclesiam promoveri petierat, respondet preces regias super hoc exaudiri non posse, dicto autem Alberto, cum se oportunitas exhibebit, convenienter providere intendit. (Reg. 112, p. II, fol. 1, c. 491.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre.* Dudum regie celsitudinis litteras nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum Raymundi de Rapistagno, militem, senescallum Pictavensem, presentatas solita benignitate recepimus, et que continebantur in eis intelleximus diligenter. Sane quia per easdem litteras dilectum filium Albertum de Roya per nos petebat regia sublimitas ad Turronenssem ecclesiam promoveri, et in ecclesia ipsa fuerat taliter electio celebrata quod non poteramus decenter, absque prejudicio juris alterius, preces regias, sicut vellemus, super hoc exaudire, nos prestolantes quod facultas se nobis offerret unde votis condescendere regiis comode valeremus, prefatum militem duximus diutius in curia retinendum. Tandem vero vacatione ecclesie Dolensis, cujus provisionem dispositioni nostre duxeramus reservandam hac vice, per regias litteras intellecta, nos, tam consideratione rogantis quam ejusdem Alberti meritorum obtentu, credentes etiam ipsius ecclesie oportunitatibus in spiritualibus et temporalibus utiliter providere, de persona ipsius Alberti dicte Dolensi ecclesie de fratrum nostrorum consilio duximus providendum, eum illi preficientes in episcopum et pastorem. Quocirca regalem excellentiam attentius deprecamur quatinus prefatum militem, quem de diligenti prosequtione (*sic*) eorum que sibi commissa fuerant commendamus, super mora, quam usque modo contraxit in curia, velit habere celsitudo regia benigne et probabiliter excusatum. Porro, post confectionem presentiarum, ad nostrum pervenit auditum quod cum adhuc Dolensis episcopus viveret, dicta Dolensis ecclesia non vacabat, quibus siquidem si veritas suffragetur, dicto Alberto alias convienienter providere intendimus cum se oportunitas exhibebit. Datum Avinione, idibus septembris, anno VIII°. »

1792 Avignon, 13 septembre 1323.

Johanni de Arpadella, decano Xanctonensi, ut litteras apostolicas super negotio Johannis, dicti Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, Petro, Atrebatensi, et Petro, Vivariensi episcopis necnon Mauritio de Sancto Paulo directas, eisdem præsentare procuret. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 496; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 427, n° VI.)

« *Johanni de Arpadella, decano Xantonensi.* Cum super negotio nobilis viri Johannis, dicti Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, quod coram dilecto filio Mauritio de Sancto Paulo, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitore heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputato, vertitur, tam venerabilibus fratribus nostris Petro, Atrabatensi, et Petro, Vivariensi episcopis, quam eidem inquisitori certas litteras apostolicas destinemus[1], nos volentes eis et ipsorum cuilibet, sicut sibi diriguntur, litteras hujusmodi fideliter presentari, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus dictas litteras eisdem episcopis, singulas, quas duplicatas mittimus, singulis videlicet et inquisitori ex parte nostra presentare procures. Datum Avinione, idibus septembris, anno VIII°. »

1. Voyez n° 1787.

1793 Avignon, 13 septembre 1323.

Eidem Johanni de Arpadella, ut de dictarum præsentatione litterarum publicum instrumentum fieri faciat. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 497; — J.-M. Vidal, *op. et loc. cit.* extrait).

« *Eidem.* Cum certas litteras apostolicas quas super negotio nobilis viri Johannis Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, quod coram dilecto filio Mauri-

cio de Sancto Paulo, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitore heretice pravitatis in provincia Turonensi vertitur, venerabilibus fratribus nostris Petro, Atrabatensi, et Petro, Vivariensi episcopis, singulas videlicet quas duplicatas mittimus singulis ac eidem inquisitori per te aliis nostris litteris patentibus presentari mandemus, volumus, et discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus circa presentationem litterarum hujusmodi diligentiam adhibeas oportunam et de illa fieri facias curialiter et prudenter publicum instrumentum, quod nobis destinare quantocius non ommittas. Datum Avinione ut supra. »

1794 Avignon, 13 septembre 1323.

Ludovico, comiti Claromontensi, de venatione transmissa et de quibusdam a Jacobo de Perusiis, nuntio ejus, expositis gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 498.)

« *Ludovico, comiti Claromontis.* De venatione tua quam nobis tua nobilitas per dilectum filium Jacobum de Perusiis, familiarem nostrum tuumque nuntium, copiose transmisit, quamque grato recepimus animo, tibi gratiarum referimus actiones. Ceterum quedam que dictus nuntius super tuis negotiis et aliis tangentibus negotium transmarinum, ad quod tua devotio ferventer aspirat, nobis exposuit, grata fuerunt nobis admodum et accepta. Datum Avinione, idibus septembris, anno octavo. ».

1795 Avignon, 13 septembre 1323.

Episcopo Eliensi, ne, pro unius castrunculi restitione Gastoni, comiti Fuxensi, facienda, concordiam inter se et gentes alias regis Angliæ ac dictum comitem pertractatam impediat, quin eumdem comitem ejusque negotia commendatos habeat. (Reg. 112, p. II, fol. 35 v°, c. 702; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 99, n° 253.)

« *Episcopo Eliensi.* Si tue fraternitatis providencia diligenter attendat que dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxi, fecerit, ut posset carissimo in Christo filio nostro E., regi Anglie illustri, promptius complacere, quantumque sit ejus obedientia et devotio in partibus illis negotiis regiis opportuna, profecto, pro unius castrunculi restitutione prefato comiti facienda, non impedires seu differres concordiam inter te et gentes alias regias et prefatum comitem pertractatam. Quocirca fraternitatem tuam attente rogamus quatenus, premissis in considerationem deductis, ad perficiendum tractatum predictum cures procedere, ipsumque comitem et ejus negotia, que utique prosperari cupimus, habere propentius (*sic*) commendata. Datum Avinione, idibus septembris, anno octavo. »

1796 Avignon, 13 septembre 1323.

In e. m. Fulconi Lestrange, ducatus Aquitaniæ senescallo. (Reg. 112, p. II, fol. 36, p. c. 702; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1797 Avignon, 13 septembre 1323.

Gastoni, comiti Fuxensi, ut ad concordiam inter se et præfatos episcopum et senescallum aliasque gentes regias amplexandam se coaptet. (Reg. 112, p. II, fol. 36, c. 703; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 100, n° 254.)

« *Gastoni, comiti Fuxensi.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum ut supra. »

1798 Avignon, 13 septembre 1323.

Bernardo Jordani nuntiat se præfatis scripsisse eumque hortatur ut ad dictam concordiam habendam diligentiam adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 36, c. 704; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 100, n° 255, analyse.)

« *Bernardo Jordani, domino de Insula.* Benigne receptis tue — Datum ut supra. »

1799 Avignon, 13 septembre 1323

Regi Angliæ, ut ad concordiam cum Roberto, rege Siciliæ, procurandam, claram informationem super facto portionis comitatus Provinciæ quam ad se pertinere dicit, mittat. (Reg. 112, p. II, fol. 40, c. 731; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, p. II, p. 84.)

« *Eidem* [*regi Anglie*]. Quia certam informationem super facto illius portionis comitatus Provincie

quam ad te pertinere misse nobis dudum littere regie continebant, nobis tua serenitas non transmisit, nec nobis extitit etiam per aliquem ministrata, conferre cum carissimo in Christo filio Roberto, rege Sicilie illustri, super hoc co[m]mode nequivimus, nec etiam ipsum inducere, sicut instantia regia postulabat. Sed si nos velit ad premissa regia providentia processuros, claram informationem nobis destinare procuret; nos enim parati sumus et erimus pro utriusque tranquillitate et concordia, quas intensis zelamus desideriis, vigilanter interponere, prout ministrabit Altissimus, apostolice solicitudinis partes nostras. Datum ut supra [Avinione, idibus septembris, anno octavo]. »

1800 Avignon, 14 septembre 1323.

Bernardo, episcopo Adurensi, ut ad pacem inter officiales et gentes E[duardi], regis Angliæ, et Gastonem, comitem Fuxensem, procurandam, partes suas apud episcopum Eliensem, senescallum Aquitaniæ et gentes alias regias interponat. (Reg. 112, p. ii, fol. 36, c. 705; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 101, n° 256.)

« *Bernardo, episcopo Adurensi.* Novit tua prudentia quantis solicitudinibus hactenus laborasti[1] ut inter officiales et gentes carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum Gastonem, comitem Fuxi, familiarem nostrum, ex altera, dissidentes invicem, pacis et unitatis concordia proveniret. Sane si predicti officiales et gentes diligenter attenderent qualia et quanta, te suadente, predictus comes egerit ut eidem regi complacere valeret, quantumque sit negotiis regiis ipsius comitis obedientia in illis partibus oportuna, profecto concordiam hujusmodi pertractatam, totque bona ex ea proventura differre, pro restitutione unius castrunculi vel alias pro modico, non deberent. Cum autem nos, tam venerabili fratri nostro Johanni, episcopo Eliensi, quam dilecto filio nobili viro Fulconi Lestrange, ducatus Aquitanie senescallo, quam eidem comiti dirigamus super premissis exhortatoria scripta nostra[2], fraternitatem tuam rogandam duximus attentius et hortandam quatinus apud eosdem episcopum et senescallum ac gentes alias regias, sic prudenter et sedule super premissis cures interponere solicitudinis partes tuas, quod dictus comes, ex tuis inductionibus, non possit super hiis reputare pro tempore merito se deceptum, sed potius ex tuis laboribus desiderati fructus ipsius pacis, gratia suffragante divina, proveniant nosque tuam debeamus prudentiam super hiis commendare. Datum Avinione, xviii kal. octobris, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait plutôt *laboravimus*, ou bien : *Novit nostra prudentia.*
2. Voyez ci-dessus n°s 1795-1797.

1801 Avignon, 16 septembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, responsionem Roberti, regis Siciliæ, super quibusdam matrimonium inter ducem Calabriæ, ejusdem regis filium, et natam dicti comitis contrahendum tangentibus, significat. (Reg. 112, p. ii, fol. 3 v°, c. 501.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Letanter, fili, tue magnificentie recepimus litteras et intelleximus in ipsis contenta. Sane tuam prudentiam volumus non latere quod nos, ad procurandum ea que carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, ac tue (in) domorum unionem respiciunt, reputamus adeo nos astrictos quod si vos contingat circa hoc interdum aliquid agere, nos extimamus debitum potius solvere quam liberalitatem aliquam exercere, nec in hoc gratiarum, nisi pro soluto debito, opus est actio. Ad hoc super illis duobus articulis contentis in dictis litteris, videlicet de doario in comitatu Provincie assignando et dote non postulanda, locuti fuimus cum Sicilie rege predicto qui ad primum, videlicet de douario in Provincia assignando, respondit quod istud absque grandi suo dispendio facere non valebat, causas pretendens quas, sicut tenemus indubie, tua prudentia sufficientes ac probabiles, cum ipsas audiet, reputabit[1]. Ad secundum vero respondit quod tue circumspectioni jam per litteras responderat taliter quod ipsam contentasse credebat, videlicet quod dotis constitutio in tuo et ipsius arbitrio resideret, adjunctis, si tue placeret prudentie, regina Sicilie et comitissa Valesii, consortibus vestris, nec circa hoc intendebat aliud immutare. Nos igitur comoda que ex predicto speramus matrimonio proventura considerantes attente, dignum arbitra-

mur et congruum quod propterea dictum non debeat impediri matrimonium nec etiam retardari; sic enim, super dote per terminos exolvenda et alias, poterit provideri quod onus illud equanimiter poterit supportari. Profecto, fili, si quantum dilectus filius vir nobilis dux Calabrie egeat socia, quantoque ipsam desiderio prestoletur, si vicinitas yemis cujus tute navigare non sinet malitia, diligentius attendatur, sponse accelerabitur missio, mora dispendiosa sublata. Datum Avinione, XVI kal. octobris, anno octavo. ».

1. Reg. *reputamus.*

1802 Avignon, 18 septembre 1323.

Archiepiscopo Tolosano, ut in eis quæ significavit, ipse faciat quid viderit expedire. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 499.)

« *Archiepiscopo Tholosano.* Super contentis in tue fraternitatis litteris, quas nobis hiis diebus preteritis transmisisti, cum tu de facti in ipsis contenti circumstantiis, et quid liceat quidve expediat possis plenius informari, ad presens tue prudentie nil duximus rescribendum; sed tua curet super hiis prudentia exequi provide quod, premissis in consideratione deductis, videris expedire. Datum Avinione, XIII kal. octobris, anno octavo. »

1803 Avignon, 21 septembre 1323.

Sancio, regi Majoricarum, de provisione jam facta de certa persona abbatiæ beati Hilarii, ordinis sancti Benedicti, Carcassonensis diocesis, quam, cedente abbate, petierat reservari, respondet. (Reg. 112, p. II, fol. 59, c. 820.)

« *Eidem regi* [*Sancio, regi Majoricarum*]. Regalis excellentie litteras — Datum Avinione, XI kal. octobris, anno octavo. »

1804 Avignon, 24 septembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, ut ad concordiam inter Gastonem, comitem Fuxensem, et dominum de Navaliis procurandam consensum adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 1 v°, c. 492; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 102, n° 257.)

« *Eidem regi* [*Carolo, regi Francie*] Excellentiam decet, fili carissime, regiam benigne votis subditorum annuere volentium a discordiis et dissensionibus resilire, presertim ex quibus strages corporum, lapsus rerum et animarum provenisse noscuntur pericula varia, et proventura formidantur imposterum, nisi occuratur ocius, graviora. Cum igitur dilecti filii nobiles viri Guasto, comes Fuxi, et dominus de Novaliis inter cujus predecessorem comitis et nobilem antedictum hostis humani generis jecit zizaniarum semina[1], que dispendia et pericula produxere predicta, queque imposterum comminentur producere acriora, intendant per vias pacificas dictis dissensionibus, dummodo consensus accedat regius, finem dare, providentiam regiam deprecamur ut consensum dignetur hujusmodi rei tam honeste quam pie favorabiliter adhibere, sic quod pacis actoris te in hac parte imitatorem exhibeas ejusque dici filius merito merearis. Datum Avinione, VIII kal. octobris, anno octavo. »

1. Voyez ci-dessus n°s 742, 744, 745, 883.

1805 [Avignon, 26 septembre 1323?]

Eidem regi, ut terminum Gastoni, comiti Fuxensi, pro terra ejus homagium præstituro præfixum, proroget. (Reg. 112, p. II, fol. 3, c. 500; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 102, n° 258.)

« *Eidem regi.* Cum subditorum utilitas regiis commodis applicetur, profecto, fili carissime, sicut ipsorum devitas incomoda, sic subsequenter et tua promoves incrementa. Sane dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxi, cum carissimis in Christo filiis nostris Eduardo, Anglie, et Jacobo, Aragonie regibus illustribus, arduas causas habens, illarum telis implicitus et impeditus, plures quam expediens sibi noscat, nequit, sine magno ejus dispendio, in prefixo sibi termino tuam adire presentiam, debitum pro terra ejus homagium prestiturus, propter quod excellentiam regiam rogamus attente quatinus, respiciens statum prosperum comitis antedicti et conditionem suam pie relevans in hac parte, sibi predictum terminum pro-

roges, infra quem oportune tibi prestare valeat homagium memoratum. Datum[1]. »

1. Cette lettre n'est pas datée, celle qui la précède immédiatement dans le registre (c. 499) est du 18 septembre 1323 (voyez n° 1802), celle qui la suit (c. 501) est du 16 septembre 1323 (n° 1801), mais nous croyons devoir la rapprocher de la lettre enregistrée sous le c. 502, qui vient ci-après et qui en fait mention formelle.

1806 Avignon, 26 septembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, ut præfatum regem Franciæ ad dictum terminum prorogandum inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 3 v°, c. 502; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 103, n° 259, extrait.)

« *Eidem comiti* [*Valesii*]. Cum dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxensis, et.., dominus de Novalhiis jam ab ortis invicem questionibus atque litigiis desistentes, ad bonum concordie ac amice pactionis aspirent, preterea quia idem comes cum carissimis in Christo filiis nostris Eduardo, Anglie, et Jacobo, Aragonum regibus illustribus, arduas causas habens, illarum telis implicitus et impeditus, nequeat sine ejus dispendio in prefixo sibi termino carissimi in Christo filii nostri Caroli, Francie et Navarre regis illustris, adire presentiam eidem homagium prestiturus, magnificentiam tuam rogamus attente quatinus apud eundem Francie et Navarre regem, cui super hiis dirigimus alias litteras speciales[1], quod ipse super dicta concordia celebranda prefatis nobilibus licentiam prebeat oportunam, quodque predicto comiti proroget terminum infra quem oportune prestare sibi valeat homagium memoratum, interponere placeat efficaciter partes tuas. Datum Avinione, VI kal. octobris, anno octavo. »

1. N° 1805.

1807 Avignon, 8 octobre 1323.

Regi Franciæ ea quæ in consistorio publico, contra nonnullorum ausus præsumptuosos ordinata sunt, in cedula interclusa mittit. (Reg. 112, p. II, fol. 4 v°, c. 504; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 167, n° 333, analyse.)

« *Regi Francie*. Ut de hiis que die date presentium in consistorio publi[c]o, de fratrum nostrorum consilio, contra nonnullorum ausus presumptuosos et stolidos multisque utique, nisi occureretur ocius, parantes viam scandali ordinandum providimus, celsitudo regia certitudinem habeat pleniorem, ecce interclusa presentibus cedula formam processus per nos habiti super hiis continens serenitati regie latius declarabit. Dat. Avinione, VIII idus octobris anno octavo ».

1808 Avignon, 9 octobre 1323.

Universis personis ecclesiasticis, ut Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico, sacræ theologiæ professori et lectori in Romana curia, Apostolicæ Sedis nuntiis pro certis Ecclesiæ Romanæ negotiis ad partes Franciæ destinatis, de evectionibus usque ad sex menses provideant[1]. (Reg. 112, p. I, fol. 76 v°, c. 355.)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, conventibus quoque, capitulis, ceterisque personis ecclesiasticis religiosis et secularibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini, et aliorum ordinum ad quos presentes littere pervenerint*. Cum nos venerabilem — Datum Avinione, VII idus octobris, anno octavo. »

1. On lit à la suite de cette lettre, dans le registre, la mention : *Duplicata fuit*.

1809 Avignon, 10 octobre 1323.

Præposito Avinionensis, præcentori Autissiodorensis ecclesiarum, et Bernardo de Sancta Speria, canonico Urgellensi, ut Franciscum de Lutra, ordinis fratrum Minorum, apud Apostolicam Sedem constitutum, in monachum monasterii sancti Andreæ, ordinis sancto Benedicti, Avinionensis diocesis, recipiant. (Reg. 112, p. I, fol. 74 v°, c. 347; — C. Eubel, *Bullarium francisc.*, t. V, p. 255, n° 514.)

« *Dilectis filiis.., preposito Avinionensis et.., precentori Autisiodorensis ecclesiarum, ac Bernardo de*

Sancta Speria, canonico Urgellensi. Intenta salutis operibus — Datum Avinione, VI idus octobris, anno octavo. »

1810 Avignon, 10 octobre 1323.

In e. m. cantori et sacristæ Majoris ac camerario sancti Pauli Lugdunensis ecclesiarum, pro « Bonnucio »[1] de Florentia, ejusdem ordinis fratrum Minorum, ut recipiant eum in monasterio Insulæ Barbaræ prope Lugdunum, ordinis sancti Benedicti. (Reg. 112, p. I, fol. 75, p. c. 347; — C. Eubel, *op. cit.*, p. 254, n° 513.)

1. *Boruntio* suivant Eubel (*op. et loc. cit.*); *Bormitio* selon G. Mollat, *Jean XXII, Lettres communes*, t. V, p. 18, n° 18366, d'après les registres de lettres communes.

1811 Avignon, 12 octobre 1323.

Eduardo, regi Angliæ ut Bernardo Jordani, domino de Insula, qui per officiales et gentes regios ducatus Aquitaniæ in quorumdam castrorum possessione multipliciter molestatur, summarie et de plano justitiam exhiberi faciat. (Reg. 112, p. II, fol. 40 v°, c. 734; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, p. II, p. 86; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 103, n° 260.)

« *Eidem regi* [*Anglie*]. Hanc de regali — Sane dilecti filii nobilis viri Bernardi Jordani, domini de Insula, militis, familiaris nostri, habet assertio quod, licet castra de Casaubone, de Monte Galhardo et de Duplo, cum eorum pertinentiis, ac tota terra quam tenebat in solidum vel pro parte quondam Jordanus de Insula, germanus suus, certis causis et justis titulis ad eundem militem pertinere noscantur, tamen per gentes et officiales regios ducatus tui Aquitanie in dictorum castrorum et terre juribus et possessione, quibus fuisse et esse dicitur pacifice, molestatione dictorum officialium et gentium dumtaxat excepta, multipliciter molestatur. Cum autem officiales et gentes predicti nolint, sicut dictus nobilis asserit, quamvis pluries cum instantia requisiti, a molestatione desistere supradicta, serenitatem regiam rogamus attentius et hortamur quatinus prefatum nobilem de benignitate regia confidentem, cujus negotia, ejus exigentibus meritis, non leviter insident nobis cordi, habens super predictis pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatum, officialibus et gentibus predictis quod, visis litteris, instrumentis et monumentis et juribus ejusdem nobilis, summarie et de plano sibi, super predictis, celeris exhibeant justitie complementum et a dicta molestatione penitus abstineant, ipsumque alias favorabiliter prosequantur, velit regia providentia districtius injungere et mandare, ita quod idem nobilis, ex interventione nostrarum precum, speratum fructum se percepisse letetur, et regalis excellentia culminis inde valeat dignis in Domino [laudibus][1] commendari. Datum Avinione, IV idus octobris, anno VIII° ».

1. Le mot qui manque dans le registre, est donné par le texte de Rymer.

1812 Avignon, 12 octobre 1323.

Archiepiscopo Cantuariensi, ut eumdem regem ad præfata inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 40 v°, c. 735; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 105, n° 261, analyse.)

« .., *archiepiscopo Ca*[*n*]*tuariensi.* Super eo quod — Dat. ut supra. »

1813 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. episcopo Conventrensi et Lichefeldensi. (Reg. 112, p. II, fol. 40 v°, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)[1].

1. Cet acte et les suivants donnés *in eumdem modum* ne figurent pas à l'index.

1814 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. archiepiscopo Eboracensi. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1815 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. episcopo Londonensi. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1816 Avignon, 12 octobre 1312.

In e. m. episcopo Herefordensi. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1817 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti de Pembrochia, mutatis mutandis. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1818 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti de Arundellis. (Reg. 112, p. II. fol. 41, p, c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1819 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti Wintoniensi. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L, Guérard, *loc. cit.*)

1820 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti Canciæ. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1821 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. Hugoni le Despensier juniori. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1822 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. Guillelmo de Ayremine, clerico regis. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1823 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti Richemundiæ. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1824 Avignon, 12 octobre 1323.

In e. m. comiti Warennæ. (Reg. 112, p. II, fol. 41, p. c. 735; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1825 Avignon 15 octobre 1323.

Henricum, electum Metensem, hortatur ut certas personas in terris Guigonis, dalphini Viennensis, nepotis ejus, deprehensas G., ordinis fratrum Minorum, inquisitori, remittat. (Reg. 112, p. II, fol. 84, c. 957.)

« *Henrico, electo Methensi, gubernatori dalfinatus Viennensis.* Auditui nostri apostolatus — Datum Avinione, idibus octobris anno octavo. »

1826 Avignon, 16 octobre 1323.

Petrum Ricani et Guillelmum de Concocio de undecim millibus sexcentis octoginta quinque florenis auri de pecunia decimarum in Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi, Viennensi, Lugdunensi, Tarantasiensi et Bisuntina civitatibus impositarum provenientibus, quittat. (Reg. 111, p. I, fol. 92, c. 362.)

« *Dilecto filio Petro Ricani, sacriste Avinionensis et Guillelmo de Concocio, canonico Autisiodorensis, ecclesiarum, salutem et apostolicam benedictionem.* Cum de pecunia — Datum Avinione, XII kal. novembris, anno octavo. »

1827 Avignon, 16 octobre 1323.

Carolo, comiti Valesii, ut, intuitu quorumdam periculorum quæ ex adventu Caroli, ducis Calabriæ, provenire possent, dictum ducem excusatum habere velit eique sponsam suam, filiam videlicet ipsius comitis, destinare non differat. (Reg. 112, p. II, fol. 3 v°, c. 503.)

« *Eidem comiti* [*Carolo, comiti Valesii*]. Innotuere nobis gemine tue, fili, magnitudinis littere novissime presentate inter dilectam filiam nobilem virginem Mariam, natam tuam, et.., procuratores dilecti filii nobilis viri Caroli, duci [s], Calabrie, fuisse per verba de presenti matrimonium ejusdem ducis nomine celebratum, quod utique exultationis materiam nobis attulit non indigne; ipsos quidem, videlicet ducem et Mariam, mutuo sibi in hoc convenire conspicimus, ac inter domos illas, Francie videlicet et Sicilie, benedictas, consanguinitatis vinculum, quod antiquatum aliqualiter fuerat, per prolis inde proventure beneficium renovari in Domino prestolamur, nichilominus expectantes ex ipso plurima rei publice commoda proventura. Ad nostram quoque prefate littere notitiam deduxere quanto tu, fili, et dilecta filia Matildis, comitissa Valesii, consors tua, adventum prefati ducis Avinionem desideretis affectu, quantoque desiderio affectetis, spe satis indubia, si hoc fieret obtinentes in presentia carissimorum filiorum Caroli, Francie, et Roberti, Sicilie regum illustrium, tua quoque et comitisse predicte, ac aliorum principum prefate domus Francie solennizari matrimonium in(h)ibi, et solennes nub-

tias (*sic*) celebrari; in quorum principum presentia multa quidem disponi possent Deo grata, utilia rei publice, et ipsis principibus oportuna.

Profecto, fili, nostrum cum vestro desiderium propter premissa et nonnulla alia concurreret, nisi subesset aliud quod obstaret; sed, dum hostis prefate domus Sicilie consideramus astutias, ejusque insidias ad memoriam revocamus, procul dubio verisimiliter formidamus quod regno utriusque, videlicet regis et ducis, carente presentia, hostis ipse, qui velut draco occulte ipsis insidiari non desinit, ac palam invadere sicut leo, si sibi adesset potentia, non cessaret, regnum aggredi non differret. Scimus quidem tuamque prudentiam credimus non latere quod, Henrici imperatoris tempore, quamquam pax per te tractata ac partium juramento vallata et roborata auctoritate Sedis Apostolice inter ipsos vigeret, ambobus in regno existentibus, videlicet rege et duce, cum armatorum multitudine copiosa, hostis ipse aggredi non erubuit hostiliter regnum ipsum, castra multa occupando per violentiam da[m]pnaque alia regno varia inferendo. Si igitur hec, ipsis presentibus, attemptare presumpsit, quid presumi debeat quod attemptaret[1], ipsis absentibus, hostis ipse, presertim cum adventus ducis nobilium dicti regni necessario secum traheret partem magnam, tua prudentia judicet et di[s]cernat.

Speramus autem in Domino quod in brevi, super vista ducis predicti, tuis et comitisse predicte desideriis satisfiet; rex enim Sicilie antedictus ad regnum redire disponit in proximo, Domino concedente, ex quo autem illuc fuerit, scimus ducem, ante contractum hujusmodi matrimonium, fuisse voluntarium ad nostram presentiam veniendi, cum nobis super hoc sepius cum instantia duxerit supplicandum, que voluntas utique ex ipso matrimonio nec immerito suscipiet incrementum, tuamque et comitisse predicte paternam et maternam absque periculo poterit, annuente Domino, visitare[2]. Noli ergo fili, quesumus, sic ad dicti ducis presentiam affici quod, propter ejus adventum, exponi valeat, ut de ipsius ducis taceamus, periculo dictum regnum.

Quod autem dux ipse procuratores suos revocaverit ad contrahendum matrimonium constitutos, verisimile non videtur, nichilominus tamen super hoc suasimus dicto regi ut dicto duci curet e vestigio scribere quod illud, quod factum est circa contractum prefati matrimonii, per suas patentes litteras ratificare et a[p]probare debeat et etiam confirmare. Que autem sunt circa dotem et dotalicium ordinata, rex ipse poterit efficaciter confirmare. Ideoque circumspectionem tuam, fili, affectu quo possumus deprecamur quatinus, prefata pericula et alia que ex ejus adventu possent subsequi, quantumque dux ipse egeat sponsa sua, necnon et quantum mora circa hoc esset sibi displicibilis et exosa cogitans et recogitans diligenter, sponsam ipsam sibi non differas destinare, sciturus quod in nullo alio sibi potest presentialiter tua prudentia amplius complacere.

Si autem adeo sicut tu, fili, profecissemus in arte scriptorie loquique sciremus gallice, profecto premissa tue magnificentie manu propria citius scripsissemus, sed intendebamus loqui cum rege super hiis, quod tamen quedam ipsius discrasia superveniens impedivit; propterea ipsi regi scripto desiderium vestrum exposuimus, et quod ad ducem pro ratificatione dicti matrimonii e vestigio nuntios destinaret, quod et fecit, significans nobis quod jam super hiis intentionem suam scripserat comitisse predicte, ipsamque tue magnificentie plenius presentialiter per suas litteras nuntiabat. Quia vero benivolentie tue placuit ad matrimonium prefatum, propter hoc quod nobis illud reputabas acceptum, promptius inclinari, gratiarum magnificentie tue referimus uberes actiones, et revera ex quo sufficientiam persone audivimus, illud desideravimus pre cunctis aliis adimpleri et de ipso gaudemus admodum, illique a quo bona cuncta procedunt cernui supplicamus ut ipsos consenescere faciat proleque ad Dei servicium, reipublice regimen habundare, ipsisque gratiam suam in presenti tribuat, et gloriam in futuro. Amen. Datum Avinione, XVII kal. novembris, anno octavo. »

1. Reg. *acceptaret*.
2. Il manque évidemment à la fin de cette phrase un substantif.

1828 Avignon, 16 octobre 1323.

Dicto Carolo, duci Calabriæ, de matrimonio suo præfato necnon de matrimonio inter Henricum, ducem Ca-

rinthiæ, et Blancam, Philippi, principis Tarentini natam proposito. (Reg. 112, p. II, fol. 77, c. 916.)

« *Eidem duci* [*Calabrie*] Consueta benignitate recepimus litteras quas dilectus filius nobilis vir Philippus, clare memorie Caroli, regis Sicilie, filius, princeps Tarentinus, patruus tuus, super petita per dilectum filium nobilem virum Henricum, ducem Carinthie qui, sicut idem princeps scripsit, se Boemie et Polonie regem intitulat, dilecta filia nobili muliere Blanca, nata sua, sibi matrimonio collocanda, nobis noviter destinavit. Sane quia super hoc fiducialiter nos princeps ipse consuluit, licet certum super incerto sanumque dare consilium non possumus personalem utique non habentes viri noticiam, ac rerum ejus conditiones et statum certitudinaliter, prout exigit negotii qualitas, ignorantes, tamen, juxta nobilium communes essentias audivimus de ipso duce dotes persone laudabiles et fecundas substantie facultates, audivimus etiam, prout similiter dicti principis tenor insinuat litterarum, quod idem dux, contemplatione ipsius matrimonii, ampla pollicens ei pacta, terram suam habet partibus Lombardie conterminam, ex cujus favore magna possent ejusdem principis et domus regie devotis in assumptis ibi negotiis commoda provenire. Finaliter cum premissa, sicut audivimus, prefatus princeps fide digna investigatione transmiserit exploranda, ut in hac parte consulens ei, patris affectio tibi plenius innotescat, memorato principi per speciales scribimus litteras quod, si rebus et factis dicta conveniant ipseque dux erga ipsius principis et dicte domus regie devotos hujusmodi utatur debita bonitate, quatenus de istis presentialiter verum potest assumi judicium, verisimiliter credimus dictum matrimonium, actore Domino, esse bonum.

Ad hoc, fili, noveris quod, sicut per procuratores tuos ad partes Francie destinatos nobis innotuit et ad te credimus pervenisse, jam inter te ac dilectam filiam nobilem mulierem Mariam, natam dilecti filii nobilis viri Caroli, clare memorie regis Francie filii, comitis Valesii, jam per verba de presenti est matrimonium confirmatum in qua, sicut tibi alias scripsimus, nichil deest quod in sponsa regis filii requiratur. Dat. Avinione, XVII kal. novembris, anno octavo. »

1829 Avignon, 18 octobre 1323.

Littera de securo conductu pro ducentibus corpus quondam Amedæi, comitis Sabaudiæ. (Reg. 112, p. I, fol. 75, c. 349.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis, ac carissimis in Christo filiis regibus universis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Camaldulensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, ac domorum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, sancte Marie Theotonicorum, Calatravensis et Humiliatorum magistris et preceptoribus ac prepositis, necnon nobilibus viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justitiariis, potestatibus, capitaneis, rectoribus, baulis* (sic), *officialibus ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque et comunitatibus civitatum, terrarum, castrorum et aliorum quorumcumque locorum, et aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum quondam Amedeus, comes Sabaudie, qui nostris et Apostolice Sedis beneplacitis, tanquam filius obedientie, dum in humanis ageret se coaptans, pro certis negotiis ipsum et quosdam alios magnates tangentibus, sub nostra et predicte Sedis speciali protectione cum magna commitiva dudum ad Sedem memoratam accessit, ibique prudenter per aliqua tempora moram traxit, nunc, sicut Domino placuit, ibidem fuerit viam universe carnis ingressus, corpusque ipsius, prout ipse disposuerat, per amicos et familiares et servitores suos alibi transferatur, universitatem vestram rogamus et hortamur attentius, vobisque nichilominus archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus et aliis clericis, et personis ecclesiasticis, capitulis et conventibus, per apostolica scripta mandamus quatinus predictos amicos, familiares et servitores per terras et loca, districtus et portus vestros, cum funere predicti comitis ac equitaturis, saumeriis et aliis rebus, et bonis suis et quondam ipsius comitis, tran-

situm facientes, abire et transire libere permittentes, nullam eisdem amicis, familiaribus et servitoribus, cum eodem funere proficiscentibus, in personis, bonis, vel rebus suis molestiam inferatis, vel ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, quin potius eis de securo conductu, cum super hoc requisiti fueritis, adeo velitis pro nostra et Apostolice Sedis reverentia liberaliter providere, quod nos devotionem vestram inde possimus merito commendare. Nos enim (in) omnes et singulos, tam clericos quam laycos, cujuscumque status, ordinis vel dignitatis existant, etiam si pontificali vel quavis alia premineant dignitate, qui per se vel per alios, publice vel occulte, predictis amicis, familiaribus et servitoribus cum eodem funere proficiscentibus, impedimentum prestabunt, aut in personis, bonis vel rebus eorum molestiam vel violentiam aut injuriam inferre presument, excommunicationis, que in eos qui ad Sedem predictam venientes et ab ea recedentes impediunt per Sedem ipsam proferri certis solemnitatibus consuevit, declaramus sententiam incursuros. Datum Avinione, xv kal. novembris, anno octavo. »

1830 Avignon, 19 octobre 1323.

Universis personis ecclesiasticis et laicis. ut Geraldo de Lautrico, præposito ecclesiæ Avinionensis, capellano apostolico ad partes Sabaudiæ pro certis negotiis destinato, de securo conductu provideant. (Reg. 112, p. i, fol. 75 v°, c. 350.)

« *Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, ectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, conventibus quoque, capitulis cet terisque personis ecclesiasticis secularibus et religiosis, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, necnon nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, justitiariis, potestatibus, capitaneis, ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque et comunitatibus civitatum, castrorum, villarum et aliorum quorumcumque locorum, et aliis universis et singulis ad quos presentes littere pervenerint.* Cum nos dilectum — Datum Avinione, xiiii kal. novembris, anno octavo. »

1831 Avignon, 19 octobre 1323.

Eduardum, comitem Sabaudiæ, de obitu Amedei, comitis Sabaudiæ, genitoris ejus, consolatur eique ad pacem cum R[oberto], rege Siciliæ, perficiendam, operam suam offert. (Reg. 112, p. ii, fol. 84, c. 958.)

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Flebilem obitum Amadei, Sabaudie comitis, genitoris tui, cui cursum humane vite natura non statuit longiorem, jam ad te verisimiliter credimus pervenisse, de quo, etsi percussa caro dolenter ultra debitum filii lacrimas exigat defluentes, inter cetera tamen illud potissimum apud homines exemplo laudabile et meritorium apud Deum, tanquam infuso consolationis unguento, dolorem illati vulneris auferat nec desinat occulos lacrimosos quod idem tuus genitor, diebus pluribus eger jacens, et agente secum Altissimi, pietate previdens sibi mortis articulum imminere, de salute anime, velut catholicus, mature disposuit, et reverenter ac devote receptis sacramentis Ecclesie, reddidit Domino spiritum, corpus terre, nichilominus dies suos quos[1] in hoc seculo tam longa quam famosa successuum prosperitate produxerat sub colende pacis laudando proposito, sibi divina inspirante gratia, sicut pie supponimus, feliciter consummando. Ad[2] hoc quamvis concordie tractatus inter carissimum in Christo filium nostrum R., regem Sicilie illustrem, et dictum genitorem tuum perfectus totaliter nondum esset, quia tamen in perficiendo (*sic*) erat continuatis actibus de propinquo, si ad nos pro parte tua volueris mittere aliquam personam yoneam super hujusmodi tractatus conditionibus informatam, parati sumus pro perfectione tractatus paternis studiis laborare; denique, velut de sincera patris affectione non dubius, non ommittens ad nos recurrere pro tuis necessitatibus confidenter. Datum Avinione, xiiii kal. novembris, anno octavo. »

1. Reg. *quod*.
2. Reg. *ac*.

1832 Avignon, 19 octobre 1323.

Henrico, electo Metensi, de oblatis Lucæ, tituli sanctæ Mariæ in Via Lata diacono cardinali, circa liberum transitum per terram dalphinatus Viennensis corporis quondam Amedei, comitis Sabaudiæ, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 84 v°, c. 959.)

« *Henrico, electo Metensi, dalfinatus Viennensis gubernatori.* Referente nobis dilecto — Datum ut supra proxima. »

1833 Avignon, 20 octobre 1323.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, ut magistrum Geraldum de Lautrico, præpositum ecclesiæ Avinionensis, benigne recipiat eique fidem adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 84 v°, c. 960).

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Cum nos dilectum filium magistrum Geraldum de Lautrico, prepositum ecclesie Avinionensis, capellanum nostrum, ad tuam presentiam destinemus, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, eundem capellanum nostrum benigne recipiens et habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatum, super hiis que tibi ex parte nostra vive vocis oraculo duxerit explicanda, sibi credere velis indubie ac prebere filialis promptitudinis intellectum, ad nos recursum confidenter super tuis oportunitatibus nichilominus habiturus. Datum Avinione, XIII kal. novembris, anno octavo. »

1834 Avignon, 21 octobre 1323.

Terminum ad postulandum pallium Guillelmo, de ecclesia Carcassonensi ad ecclesiam Auxitanam translato legitimisque causis impedito, usque ad festum dominicæ Resurrectionis proxime venturum prorogat. (Reg. 112, p. I, fol. 77, c. 356; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 105, n° 262.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, episcopo olim Carcassonensi, in archiepiscopum Auxitanum electo.* Merita tue devotionis — Datum Avinione, XII kal. novembris, anno octavo. »

1835 Avignon, 23 octobre 1323.

Regi Franciæ, quod antequam litteræ regiæ præsentatæ fuissent, de archidiaconatu Pardiaci in ecclesia Auxitana jam dispositum erat. (Reg. 112, p. II, fol. 4 v°, c. 505.)

« *Eidem regi* [*Francie*]. Serenitatem regiam volumus non latere quod, antequam littere regie per quas dilecto filio Arnaldo de Berbesano, clerico, de archidiaconatu Pardiaci in ecclesia Auxitana, regia petebat instantia p[ro]videri, nuper fuissent nostro apostolatui presentate, nos pro persona alia de illo duxeramus aliter disponendum. Quare nos super hiis habeat regalis providentia, quesumus, excusatos. Datum Avinione, X kal. novembris, anno octavo. »

1836 Avignon, 28 octobre 1323.

Johanni, archiepiscopo Tolosano, ut Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, germanos ejus, ad pacem cum Alienordi, comitissa Vindocinensi, habendam et ad monitis prioris Prædicatorum et gardiani Minorum fratrum Tolosæ obtemperandum inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 36. c. 706; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 106, n° 263, analyse.)

« *Johanni, archiepiscopo Tholosano.* Audita dudum infeste turbationis discordia quam inter dilectos filios nobiles viros Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, germanos tuos, ex parte una, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Alionordim, comitissam Vindocinensem, dominam Montisfortis, ex altera, pacis hostis, humani generis inimicus suscitavit, consideratisque variis periculis que predicta dissentio (*sic*), nisi occurratur otius, comminatur, paterne solicitudinis diligentiam adhibere curavimus, sicut nosti, qualiter, odiorum fomitibus extirpatis, et predictis vitatis periculis, optate pacis inter eos concordia proveniret. Demum vero quod, litigiosis amfractibus et congressibus omnino dimissis hostilibus, vias amplectantur pacificas, unam vel duas communiter eligendo personas, que hujusmodi pacis et concordie zelatrices dissidentium corda consilient (*sic*), voluntatesque discordantes uniant, eisdem partibus dirigimus scripta nostra; dilectis filiis.., priori Predicatorum et.., gardiano Minorum ordinum fratrum

Tholose, ut hujusmodi litteras nostras presentare memoratis partibus, easque solerter et efficaciter ad premissa studeant inducere, dantes nichilominus per alias nostras litteras in mandatis. Cum autem hujusmodi concordie reformatio, precipue presentis temporis conditione et qualitate pensatis, esse noscatur, sicut tua non ignorat prudentia, sepedictis partibus plurimum oportuna, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatinus, premissis in examine recte considerationis deductis, apud eosdem germanos tuos quod exhortationibus nostris in hac parte salubribus, dictorumque prioris et gardiani monitis et caritativis inductionibus, promptis obtemperent affectibus et operosis studiis se coaptent, sic non solum consilio, sed ministerio cooperationis efficacis assistas quod, vepribus dissensionum precisis et predictis omnino sublatis periculis, ex temporis qualitate, sicut premittitur, ingruentibus, inter easdem partes tanta sanguinis connexitate conjunctas, actoris pacis suffragante gratia, lesa reformetur caritas, ac pacis et concordie unitas nutriatur, nosque tuam debeamus providentiam super hoc multipliciter in Domino commendare. Datum Avinione, v kal. novembris, anno octavo. »

1837 Avignon, 28 octobre 1323.

In e. m. comiti Convenarum. (Reg. 112, p. ii. fol. 36 v°, p. c. 706; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1838 Avignon, 28 octobre 1323

In e. m. Bernardo Jordani, domino de Insula, mutatis mutandis usque *oportuna*. (Reg. 112, p. ii, fol. 36 v°, c. 707; — L. Guérard, *loc. cit.*)

« Nobilitatem tuam rogamus — Datum ut supra. »

1839 Avignon, 4 novembre 1323.

Decano et capitulo ecclesiæ beati Martini Turonensis nuntiat se, occasione translationis capitis beati Martini de « cassa » argentea, in qua una cum corpore custoditur, in vase aureo a Carolo, rege Franciæ, faciendæ, quasdam indulgentias omnibus ad prædictam ecclesiam die hujus translationis et in anniversario ejusdem accedentibus, concessisse. (Reg. 112, p. i, fol. 76, c. 352.)

« *Dilectis filiis decano et capitulo ecclesie beati Martini Turonensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis.* Laudabilis conscientie votum et piam flammam cordis in hiis que sint accepta divinis beneplacitis estuantis, in carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, erga divine majestatis obsequia et sanctorum ejus honorificentiam, devote pietatis studio mens intenta efficacia prosecutionis insinuat et piorum operum devotis actionibus manifestat. Ipse siquidem rex, sicut nuper per regios apices nostro apostolatui reseravit, ad insignem et gloriosissimum confessorem beatum Martinum, meritis inclitum et virtutibus corruscantem, cujus corpus venerabile in vestra ecclesia requiescit, precipue gerens devotionis affectum, reverendum capud (*sic*) ipsius de teca seu cassa argentea, in qua una cum dicto corpore custoditur, vocato et congregato cetu prelatorum cum cleri et populi pr[o]cessione solemni, celebri solemnitate transferre et in vase aureo, varietate gemmarum decenter ornato in eadem ecclesia venerabiliter conservando, quod idem rex ad id fecit preclaro opere cum sumptuum onere non modico preparari, devota honorificentia collocare proponit, ut ad laudem et gloriam divini nominis, et ut erga eundem confessorem precelsum devotio fidelium augeatur, capud ipsum in predicto vase aureo, bis in anno, clero et populo ad dictam ecclesiam confluentibus publice ostendatur, et majori veneratione colatur; quoniam pium et laudabile desiderium in hac parte favoris apostolici plenitudine prosequentes, vobis per alias nostras litteras dedimus in mandatis[1], ut ipsius regis devotioni et beneplacito in premissis vestros cum debita reverentia conformantes [affectus][2], translationem ejusdem capitis, modo premisso, absque cujuslibet difficultatis obstaculo, fieri permittatis. Volentes itaque, ad exaltationem et gloriam summi regis, ut universi fideles ad diem translationis hujusmodi, quam perpetuis temporibus celebrandam fore decernimus, confluentes, et qui, revolutis annorum[3] circulis, predicta die ob devotionem confessoris ejusdem ad ecclesiam confluent memoratam, spiritualium munerum efficientur participes et consortes, de omnipotentis [Dei] misericordia, et beatorum Petri et Pauli[4], apostolorum ejus, auctoritate confisi, omni-

bus vere penitentibus et confessis qui ad ejusdem sancti confessoris capud, die quo translationem hujusmodi contigerit, ut premittitur, celebrari, causa devotionis accesserint, tres annos et tres quadragenas, accedentibus vero illuc, singulis annis, in anniversario translationis ejusdem, unum annum et quadraginta dies de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Dat. Avinione, II nonas novembris, anno octavo. »

1. N° 1840.
2. Ce mot, qui manque dans le registre, est donné par le texte de la lettre suivante (n° 1840) qui reproduit en grande partie celle que nous publions ici.
3. Reg. *armorum*.
4. Ces mots, depuis *misericordia*, sont, par erreur, répétés dans le texte du registre.

1840 Avignon, 4 novembre 1323.

Eisdem decano et capitulo, ut dictam translationem fieri permittant. (Reg. 112, p. I, fol. 76, c. 353.)

« *Dilectis filiis decano et capitulo ecclesie beati Martini Turonensis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis.* Laudabilis conscientie votum[1] — et majori veneratione colatur; nos igitur, pium et commendabile ejusdem regis desiderium in hac parte favore apostolico prosequentes, ejusque[2] in hac parte piis supplicationibus annuere cupientes, discretioni vestre in virtute obedientie per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus, ejusdem regis devotioni et beneplacitis in premissis vestros cum debita reverentia conformantes affectus, translationem hujusmodi, absque cujuslibet difficultatis objectu, taliter fieri permittatis, non obstantibus quibuscumque statutis ejusdem ecclesie contrariis, juramento, confirmatione apostolica et alia quacumque firmitate vallatis, seu quibuslibet privilegiis vel indulgentiis apostolicis per que, seu occasione ipsorum, nullum impedimentum afferri vel obstaculum voluimus interponi quominus presens mandatum executioni debite efficaciter demandetur; proviso ne dictum venerabile capud extra dictam ecclesiam deportetur. Datum ut supra. »

1. Pour le passage supprimé ici, voir la lettre précédente (n° 1839). L'index du registre mentionne ces deux actes dans une seule analyse.
2. Reg. *cujusque*.

1841 Avignon, 5 novembre 1323.

Petro Atrebatensi, Petro Vivariensi episcopis et Mauritio de Sancto Paulo, inquisitori, ut in negotio Johannis, domini de Pertiniaco, ne dictus nobilis longa carceris detentione pregravetur, mature, irrequisito ejus diocesano, nisi jam requisitus erit, procedant. (Reg. 112, p. II, fol. 4 v°, c. 507; — J.-M. Vidal, *Le sire de Parthenay et l'Inquisition*, dans *op. cit.*, p. 428, n° VIII; extrait.)

« *Venerabilibus fratribus Petro, Atrabatensi, et Petro, Vivariensi episcopis, et dilecto filio Mauritio de Sancto Paulo, inquisitori heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputato.* Pridem pro parte viri nobilis Johannis, dicti Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, ejusque consortis ac nonnullorum linea parentele dicto nobili conjunctorum, ad nostram et fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium audientiam extitit insinuatione clamosa perlatum quod tu, fili inquisitor, ex odii fomite contra dictum nobilem provocatus, quedam imponens eidem que sapere pravitatem hereticam asserebas, ipsum capi Parisiusque adduci, et diro mancipari carceri procurasti, eidem sic capto varia gravamina multipliciter inferendo; ex quibus idem nobilis ejusque consors et nonnulli de ipsius nobilis genere te suspectum merito reputantes, et coram[1] te causas suspicionis varias allegantes ac etiam exprimentes, te legi[time] recusarunt. Et quia causas suspicionis hujusmodi admittere recu[sa]sti, nonnullis aliis gravaminibus accumulatis eisdem, ex parte ipsorum in scriptis extitit ad Sedem Apostolicam appellatum, cui seu quibus appellationibus irreverenter deferre renuens, contra dictum nobilem severius solito, non absque contemptu Sedis ejusdem multaque temeritate, procedere, sicut asseritur, presumpsisti. Nostre igitur provisionis remedio, pro parte nobilis et aliorum predictorum humiliter super hiis implorato, nos, cum eisdem fratribus deliberatione prehabita diligenti, ac multis hinc inde in examen recte considerationis adductis, cupientes ne splendorem negotii fidei contingeret per inordinationem aliquam obfuscari nec prefatum nobilem contra justitiam pregravari, per nostras certi tenoris litteras tibi dedimus in mandatis[2], ut sic juste et mature curares in premissis procedere, quod

dicto nobili et aliis supradictis de te conquerendi materia merito non subesset, nec nos oporteret aliud super hoc remedium adhibere, tibi, de eorundem fratrum consilio nichilominus inhibendo ne ad sententiam contra prefatum nobilem, nisi vocato diocesano, ad quem eorundem criminum propositorum et proponendorum contra ipsum cognitio pertinet, seu, ipso diocesano nolente vel non valente premissis intendere, cui procedendi in eodem negotio extra suam diocesim absque alicujus ordinarii prejudicio licentiam et auctoritatem per easdem tribuimus, vobis, fratres episcopi, vocatis, quos unius loco haberi volumus, et quos et vestrum quemlibet, ubi ambo nequiretis vel nolletis interesse, in ipsius diocesani locum, in casu predicto, quoad premissa omnia subrogavimus, vobisque duobus et vestrum singulis juxta ordinationem predictam, tu, inquisitor prefate, processum contra prefatum nobilem habitum et habendum communicares ex integro[3], procedere quomodolibet attemptares; attentius provisurus quod, si forsan inter te et diocesanum predictum seu vos, episcopos predictos subrogatos eidem, circa processum vel proferendam sententiam dubietas vel contrarietas quomodolibet oriretur, nequaquam, nobis inconsultis, procedere presumeres ad sententiam proferendam. Decernimus quoque irritum et inane si secus, per vos, episcopos et inquisitorem predictos vel eundem diocesanum, contingeret attemptari; vobisque, predictis episcopis, dedimus in mandatis ut, in eo casu quo diosanus ejusdem nobilis non posset vel forsan nollet tecum, inquisitore predicto, super premissorum executione personaliter interesse, vos vel alter vestrum loco diocesani predicti, etiam extra vestras civitates et dioceses, illa tecum, inquisitore prefato, procuraretis exequi, quacunque constitutione contraria non obstante, prout in diversis litteris nostris vobis directis super hoc plenius continetur. Cum autem, propter diversa domicilia que dictus nobilis in diversis locis habere dicitur, quis ejus sit diocesanus hesitari probabiliter et negotium posset hujusmodi, non absque periculis, retardari, nos super hiis, et ne dictus nobilis longa detentione carceris contra justitiam pregravetur diutius, providere salubriter cupientes, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos, dicti episcopi, vel alter vestrum una tecum, inquisitore predicto, prefati nobilis, irrequisito diocesano, nisi ante presentationem presentium vobis faciendam extitisset super hiis, cui in tali casu prejudicare non intendimus, forcitan requisitus, mature procedere super eodem negotio studeatis, aliarum litterarum nostrarum tenoribus plene super omnibus aliis observatis. Datum Avinione, nonis novembris, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait plutôt *contra*.
2. 5 septembre 1323 (n° 1785); voyez aussi n°s 1787 et 1792.
3. Le sens de cette phrase, d'ailleurs peu correcte, est plus clairement exprimé dans le passage analogue de la lettre publiée ci-dessus, n° 1786.

1842 Avignon, [5 novembre] 1323.

Regi Franciæ prædictarum litterarum transcriptum mittit. (Reg. 112, p. ii, fol. 4 v°, c. 506; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 428, n° vii.)

« *Ipsi regi* [*Francie*]. Serenitatis regie litteris super negotio domini de Pertiniaco per nos licet tarde receptis, verentes quod inquisitor ante provisionem a nobis super hoc faciendam requisivisset ordinarium nobilis antedicti, idcirco eidem inquisitori et ejus in hac parte collegis sub certa forma per nostras patentes litteras scribendum providimus in forma quam continet cedula presentibus interclusa. Datum Avinione, novembris[1], anno octavo. »

1. *Sic*, la date est donc incomplète, mais cette lettre n'est évidemment pas antérieure au document dont elle fait mention, que nous publions ci-dessus, n° 1841 et qui est du 5 novembre. On peut croire que le mot *nonis* a pu être omis ici. Dans tous les cas la date ne peut être postérieure au 13, jour des ides, le 14, suivant le calendrier grégorien, correspondant au 18 des calendes de décembre.

1843 Avignon, 5 novembre 1323.

Scoto, episcopo Convenarum, ut pro quærendo et adhibendo remedio super infirmitate gravi qua affligitur, extra suas civitatem et diocesim usque ud unum annum immorari valeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 36 v°, c. 708; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 106, n° 264, extrait.)

« *Venerabili fratri Scoto, episcopo Convenarum.* Sincere devotionis affectus — Datum Avinione, nonis novembris, anno octavo. »

1844 Avignon, 7 novembre 1323.

Duorum annorum et duarum quadragenarum in festo, ac centum dierum pro singulis diebus octabarum translationis corporis sancti Ludovici, episcopi, in ecclesia fratrum Minorum Massiliensium, die martis proxime celebrandæ, indulgentias omnibus fidelibus prædictam ecclesiam visitantibus concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 76 v°, c. 354; — C. Eubel, *Bullarium Francisc.*, t. V, p. 255, n° 517[1].)

« *Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis.* Ante tronum divine — Datum Avinione, VII dus novembris, anno octavo. »

1. Avec la date du 8 novembre, qui est une erreur.

1845 Avignon, 7 novembre 1323.

Mathildi, comitissæ Valesii, ut Mariæ, natæ suæ, Caroli, ducis Calabriæ, sponsæ, celerem apud eumdem Carolum procuret adventum. (Reg. 112, p. II, fol. 5, c. 508.)

« *Nobili mulieri Matildi, comitisse Valesii.* Affectu benigno recepimus tue magnificentie litteras quibus inter dilectum filium nobilem virum Carolum, carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, primogenitum, ducem Calabrie, per suos videlicet nuntios ad hec specialiter destinatos, ex parte una, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Mariam, dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii comitis Valesii, viri tui et tuam natam, ex altera, nuper contractum fuisse matrimonium, cum immensitate letitie descripsisti, super affectione speciali quam habuimus circa perfectionem hujusmodi negotii nichilominus gratiarum referens actiones. Sane scire te volumus, filia, antequam nos, attendentes rei publice, ac Francie et Sicilie domorum inclitarum, ad quas privilegio singularis amoris afficimur, utilitatem et honorem, actore Deo, ex hujusmodis copula proventuros, ad hec magis ex debito quam ex gratia reputamus et reputavimus nos astrictos; verum quia nichil placibilius extimamus pro nunc accedere dicto duci quam si sibi sponsa sua prefata celeriter mitteretur, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attentius quatenus super acceleratione missionis hujusmodi operosam adhibere diligentiam tua prudentia non postponat. Datum Avinione, VII idus novembris, anno VIII°. »

1846 Avignon, 7 novembre 1323.

Regi Franciæ respondet quod de negotiis Lombardiæ nil aliud rescribendum videtur. (Reg. 112, p. II, fol. 5, c. 509.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Cum super contentis in quibusdam litteris regiis de Lombardie negotiis facientibus mentionem, nuper nobis per dilectum filium nobilem virum R., comitem Bol[onie][1] presentatis, serenitati regie per nostras litteras postmodum duxerimus respondendum, non videmus, cum non occurrat aliud quam tunc scripseramus, regie magnificentie super hoc presentialiter rescribendum. Datum Avinione, VII idus novembris, anno octavo. »

1. Le registre porte simplement *Bol.* Il s'agit sans doute de Robert, comte de Boulogne; voyez ci-après n° 1848.

1847 Avignon, 7 novembre 1323.

Comiti Valesii, quod petitiones ejus, a Petro de Cunheriis præsentatæ, una excepta, exauditæ fuerunt. (Reg. 112, p. II, fol. 6, c. 516.)

« *Comiti Valesii.* Veniens nuper ad nostram presentiam dilectus filius nobilis vir Petrus de Cunheriis (*sic*), miles, tue magnificentie litteras de credentia nostro apostolatui presentavit, petitiones nonnullas sub dicta credentia pro parte tue nobilitatis in scriptis nichilominus offerendo, de quibus illas, quas, secundum Deum potuimus, ad exauditionis effectum favorabiliter duximus admittendas. Verum quia super una de dictis petitionibus cum nostra decentia ad presens concedere non possumus votis tuis, si[cut] dicto militi plenius expressimus et ipse tue excellentie poterit etiam reserare, nos habeat super hoc tua providentia, quesumus, excusatos. Datum Avinione, VII idus novembris, anno octavo. »

1848 Avignon, 7 novembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, super quibusdam passagium transmarinum tangentibus respondet eique G[uillelmum]

Viennensem archiepiscopum, et Dominicum, professorem, legatos mittit[1]. (Reg. 112, p. ii, fol. 9, c. 537-538; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1323, § xi, extrait[2].)

« *Carolo, regi Francie et Navarre.* Serenitatis regie litteras nobis hiis diebus per dilectos filios nobiles viros Robertum, comitem Bononie, et Matheum de Varenis, ac Petrum de Cunheriis, milites, regalis excellentie nuntios presentatas, solita benignitate recepimus per quas, inter cetera, regia circumspectio postulabat ut ipsis, super hiis que pro parte regia nobis exponerent super negotio Terre Sancte, vellemus fidem plenariam adhibere; post que nuntii antedicti imposita sibi prudenter nobis verbo plene curaverunt exponere, et in scriptis postmodum assignare. Scripture autem nobis per ipsos oblate translate de gallico in latinum talis noscitur esse tenor :

Hoc est quod nuntii regis Francie dixerunt nostro Sancto Patri postquam viderat et inspexerat quasdam litteras credentie quas ipsi dederant et presentaverant eidem ex parte regis (*in rubro*)[3].

« Primo, nuntii regis recitaverunt breviter nostro Sancto Patri qualiter dominus et archiepiscopus Viennensis et magister lector sacri palatii presentaverant, ex parte nostri Sancti Patris, bullam ipsius domino regi Francie quam rex ipse, sicut verus filius, multum devote receperat, et post hoc dixerat dictus archiepiscopus, ex parte ejusdem nostri Sancti Patris, regi prefato quomodo idem noster Sanctus Pater, motus ex magna pietate et ex magna devotione, habebat et habet magnam affectionem et voluntatem quod viagium fieret pro recuperatione Terre Sancte, et una cum hoc dixerat idem archiepiscopus plura verba gratiosa que dicti nuntii nostro Sancto Patri recitaverunt summatim, et ideo non est necesse de eis facere amplius mentionem in scriptis.

Item, cum dicti nuntii regis recitassent nostro Sancto Patri ea que ex parte ipsius dominus archiepiscopus Viennensis dixerat domino regi, dixerunt dicto nostro Sancto Pratri qualiter dominus rex et dominus de Valesio, ejus patruus, erant leti et gaudentes de optima voluntate et magna affectione quam noster Sanctus Pater habet ad sanctum viagium, quia credunt firmiter quod per consilium et deliberationem nostri Sancti Patris, et per auxilium quod faciet sancto viagio, ponendo suam bonam voluntatem in opere, negotium veniet ad talem fructum qui erit acceptabilis Deo, utilis et honorabilis toti populo christiano.

Item dixerunt dicti nuntii nostro Sancto Patri quod rex et dominus de Valesio habent tantam voluntatem et tantam affectionem quod viagium fiat pro recuperatione Terre Sancte quod, de aliqua re que posset eis contingere, non haberent tantum gaudium quantum haberent si, eorum tempore et procuratione(m) et labore(m) eorum, Terra Sancta recuperari posset, ita quod ibi Deo serviretur et fides christiana exaltaretur. Et mostrando bonam voluntatem eorum, offerunt se ad assumendum viagium et ad faciendum capitaneum a domino rege in propria persona, vel de domino de Valesio, ejus patruo, dum tamen videatur quomodo sumptus poterunt fieri.

Item dixerunt dicti nuntii regis quod rex, mostrando suam bonam voluntatem quam habet ad recuperationem Terre Sancte, vult implere quicquid alias per nuntios suos obtulerat nostro Sancto Patri causa dicti viagii, et si videatur nostro Sancto Patri quod rex debeat et possit plus facere, rex vult id adimplere juxta consilium nostri Sancti Patris, retento statu suo et regni sui.

Item, quia nuntii nostri Sancti Patris dixerant regi quod intentio nostri Sancti Patris erat quod dominus de Valesio, si assumeret viagium, duceret secum iiii^{m} equitum armatorum et xv^{m} peditum, cum mille equitibus armatis quos facerent gentes Hospitalis, et cum gentibus que irent illuc ex devotione, et dixerunt iidem nuntii nostri Sancti Patris quod intentio nostri Sancti Patris erat quod dominus de Valesio et illi qui cum eo irent in sancto viagio per quinque annos continue[4], dominus rex habuit consilium si, cum illa quantitate gentium posset, per se vel per dominum de Valesio, patruum suum, assumere sanctum viagium, et fuit sibi consultum per plures valentes viros, quorum aliqui fuerant in Terra Sancta, quod regi Francie vel filio regis Francie, sicut est dominus de Valesio, non competebat ire in Terram Sanctam nisi duceret tot gentes secum quod posset tenere campos contra inimicos fidei, et dicebant quod non vide-

batur eis quod rex vel dominus de Valesio posset tenere campos in Terra Sancta contra gentes Soldani cum paucioribus gentibus quam x^{m} equitum armatorum, quia Soldanus, sicut dicebant, bene potest ducere secum LX^{m} equitum armatorum, et ideo non consulebant quod rex vel dominus de Valesio assumeret viagium cum IIII^{m} equitum armatorum. Verumtamen quia dominus rex, et dominus de Valesio, qui habent firmam spem quod omnis[5] victoria venit a Deo plus quam a multitudine gentium, et quia nimis grave est eorum cordibus quod Terra Sancta maneat in manibus inimicorum fidei, sunt ex toto[6] desiderantes assumere viagium in confidentia et in adjutorio Dei cum illa quantitate gentium quam noster Sanctus Pater significavit regi per nuntios suos, et ad id, offerunt corpora sua et gentes suas in quantitate predicta, dummodo provideatur primo quomodo satisfactio potest fieri IIII^{m} equitum armatorum et xv^{m} peditum; et fecit rex deliberari per consilium suum sumptus necessarios ad hoc viagium. Et videtur consilio regis quod, tam pro preparamento navigii quam pro sumptibus et expensis que fient in passagio, magnas oportebit fieri expensas que tamen bene poterunt solvi de duabus decimis quas noster Sanctus Pater ordinavit, et residuum, si quod fuerit, poterit converti in projectum sancti passagii.

Item, pro solvendis stipendiis IIII^{m} equitum et xv^{m} peditum, pro tenendo navigio in statu, pro sumptibus marinariorum, pro preparamento gentium armorum, pro restauratione equorum, pro statu capitanei tenendo, pro donis necessariis in explorationibus et aliis gentibus, bene necessarie essent sexdecies c^{m} librarum turonensium annuatim, et hoc potest monstrari nostro Sancto Patri per partes quandocumque sibi placuerit.

Et dixerunt nuntii regis nostro Sancto Patri, quod durum esset quod omnes sumptus, qui sunt tam grandes sicut apparere potest per ea que supradicta sunt, sumerentur in regno Francie, cum illud negotium tangat omnes principes Christianitatis, sicut nostrum Sanctum Patrem, cardinales, archiepiscopos, episcopos, abbates et omnes personas ecclesiasticas, regem Francie et omnes alios reges christianos, duces, comites, barones et totum populum christianum; et propterea pertinet ad quemcumque sustinere suum fascem et suum onus de tanto quantum eum contingit, et non esset rationabile quod super rege Francie et super regno suo dumtaxat sumerentur omnia constamenta viagii. Et credit rex firmiter quod noster Sanctus Pater bene habet tantum de amicitia ad ipsum et ad regnum suum quod nollet ut super regno suo sumerentur tam grandia constamenta.

Et sit totus certus noster Sanctus Pater quod decime quas obtulit pro sancto viagio non sunt tanti valoris, sicut datur sibi intelligi.

Item valor et extimatio legatorum factorum Terre Sancte est incertus; similiter est valor et estimatio truncorum indulgentiarum, et forte erunt minoris valoris quam credat noster Sanctus Pater, maxime propter devotionem populi que est valde parva temporibus modernis. Et quia res iste sunt incerte, non videtur domino regi nec consilio suo quod super ipsis homo possit assumere tam grandem rem sicut est sanctum passagium, nisi aliter essent certificate. Et videtur quod, pro illis certificandis, quod ipse res incerte inciperentur levari per spatium unius anni, ut melius sciri posset earum extimatio. Provideat super hoc discretio nostri Sancti Patris quomodo constamenta istius viagii posunt inveniri, tam super principes terrenos et super totum populum Christianitatis, clericos et laycos, sine expediendo aliquo, quia negotium ita tangit unum sicut alium. Et rex Francie, propter magnam devotionem et m[a]gnam voluntatem quam habet ad recuperationem Terre Sancte, sustinebit et concordabit quicquid nostro Sancto Patri placuerit ordinare, retento statu suo et regni sui; velit itaque super hiis tales portiones ponere quod Terra Sancta possit recuperari et fides christiana exaltari et Christiani, qui coherent terris Soldani, propter defectum auxilii non arceantur ad malam fidem, et ad dimittendum fidem christianam. »

[C. 538]. Nos itaque plenius intellectis tam que littere regie quam que scriptura predicte nobis per nuntios prefatos exhibite continebant, intensum desiderium quod tu, fili, ac comes predictus ad eripiendam Terram Sanctam de impiorum manibus geritis percepimus evidenter, pro quo vobis gratiarum actiones uberes exolventes, illi cui subesse posse, cum voluerit, noscitur, a quo illud non ambigimus processisse, humi-

liter supplicamus ut vos in illo corroberet et confirmet viamque opportunam aperiat per quam ad ejus laudem, exaltationem fidei ac vestrarum animarum salutem, ipso cooperante, possitis exequi et complere. Volumus autem celsitudinem regiam non latere quod nuntii antedicti, requisiti quod oblata alia per magnificientiam regiam in subsidium antedicti negotii, de qua oblatione habetur mentio in scriptura predicta, specifice vellent exprimere, hoc facere recusarunt, quodque, cum prefatis exposuissemus nuntiis quod predicta subsidia regia que sunt : videlicet ccc^{m} librarum turonensium, necnon et quod ordinaret cum effectu quod, de omnibus que vendentur in parte qualibet regni sui a x solidis supra, emptor solvat, de decem solidis, unam pictam, et venditor aliam, et, de viginti solidis, quilibet unum denarium, et de triginta, tres obolos, et sic secundum quod quantitas ascenderit ascendendo, oblata fuerant per nuntios regios, multis adjectis conditionibus impossibilibus et incertis, videlicet : si nos, sicut habemus et nos decet, et pro honore Dei et nostro et totius universalis Ecclesie noscitur expedire et pro retentione Christi fidelium illarum partium est necesse, in tali promptitudine et plenitudine largitatis voluerimus subvenire, quod ad honorem Dei et nostrum ac sacrosancte Romane Ecclesie et ipsius regis dicta passagia compleantur; ipsosque requireremus utrum excellentia regia num illa offerret pure subsidia, an sub conditionibus memoratis, ad hoc etiam respondere minime voluerunt.

De hoc autem quod dicta scriptura videtur supponere, videlicet quod nostri nuntii obtulerant quod Hospitalarii mille equites debeant cum prefatis IIII^{m} destinare, fuimus, nec immerito, admirati, cum hoc nunquam per nos fuerit eis impositum dicere, nec hoc habet credentia ipsis data, ipseque archiepiscopus Viennensis coram prefatis nuntiis regiis dixit et constanter asseruit quod illud sibi nequaquam commissum fuerat, nec per ipsum de hoc mentio aliqua facta fuit. Tenemus tamen indubie quod, si fiat passagium, ipsi Hospitalarii equitum subsidium, quod valebunt, curabunt mittere ; nosque ut hoc faciant sollicitudinem, dante Domino, adhibebimus oportunam.

Postquam autem, pluribus collationibus habitis super contentis in scriptura predicta cum nuntiis antedictis, ac tandem deliberatione cum fratribus nostris sancte Romane Ecclesie cardinalibus prehabita diligenti, visum est nobis et ipsis fratribus quod, cum regi[s] assertione veridica, procul dubio est tenendum quod ereptio Terre Sancte de impiorum manibus omnes principes, tam ecclesiasticos quam mundanos, tangere noscitur, necnon et omnes religionis catholice professores, justumque foret quemlibet conferre debere ad prefatum exequendum negotium ac unumquemque circa hoc onus proprium supportare; quod utinam, fili carissime, omnes viri catholici mente perciperent, profit[er]entur ore et opere adimplerent! Sic onus cujuslibet leve existeret ac suave! Sic utique prompte posset et faciliter eripi Terra predicta, quantum humana nosse sinit fragilitas, de manibus impiorum. Quis enim nesciat quod contra Redemptorem nostrum committitur, in omnium injuriam redundare ? Quis rursus ignorat Christicolarum omnium interesse Terram illam Sanctam, ortus redemptionis ejusdem gratia illustratam, conversationis decoratam presentia, passionis beneficio et sui preciosi aspersione sanguinis consecratam, que violenter per Agarenos detinetur immundissimos occupata, queque eorum immunda contr[ecta]tione polluitur, de ipsorum manibus eripi, et ad Christicolarum manum ad ejusdem Redemptoris nostri laudem et gloriam, ac consolationem ingentem fidelium revocare? Profecto hec non debent ignota fore fidelibus utentibus ratione.

Sane, fili carissime, circa premissa difficultas quedam nobis et dictis fratribus in uno se obtulit, et in alio impossibilitas se ingessit. Numquid non difficile taxare cuilibet onus quod pro dicto negotio ad ipsum debeat pertinere, summamque predictam sexdecies c^{m} librarum turonensium dividere inter omnes? Utique videtur difficile nimis nobis. Numquid non, et si hoc posset fieri, exequi impossibile videretur? Procul dubio nobis, et predictis nostris fratribus sic videtur. Ad id autem quod dicitur quod probetur per unum annum quantum emolumenta ex indulgentiis concedendis possent ascendere, respondemus quod veremur, nos et fratres nostri predicti, plurimum quod plus hec probatio negotio officeret quam prodesset. Si enim indulgentie concedantur antequam negotium per aliquem principem assumatur et tempus ad inchoandum pas-

sagium preligatur, devotio populi, que satis hiis temporibus tepuit, tepescet amplius, et quasi in grave dicti negotii prejudicium ad nichilum redigetur. Preterea, ex collectione horum annali, nulla pro annis sequentibus posset haberi certitudo. Non enim sequitur quod, qui hoc anno obtulit, in sequenti similiter offerat, immo contrarium est potius concludendum. Item talis probatio universitates posset retrahere ne ad subsidium faciendum per eas aliquis consentiret; poterunt etenim singuli dicere : nos jam obtulimus quod offerre volebamus assecutique indulgentias, nolumus ad amplius nos ligare; sicque quod aliquorum conjectura ad id prodesse ex[is]timat, offuturum experientia demonstraret.

Circa legata autem relicta pro Terre Sancte subsidio presentialiter exigenda, istud occurrit dubium quod, si illa exigantur antequam aliquis princeps prefatum assumat negotium, qui debent hoc reputent perditum, viasque et cautelas varias, ne illa solvant, adhibeant, et ad non relinquendum imposterum in dicti negotii grande dispendium occasio tribuatur. Ad id autem quod scriptura continet supradicta : quod benivolentia regia voluntatem quam gerit ad Terre Sancte recuperationem indicans, complere vult quicquid alias nobis per suos nuntios causa dicti viagii obtulit, et, si nobis videtur quod amplius debet et potest agere, id etiam, retento suo et regni sui statu, juxta nostrum consilium paratus est adimplere; gratias eidem offerentes multimodas, respondemus quod circumspectio regia, que vires sui patrimonii novit plenius et onera non ignorat, hec potest disponere melius quam nos qui prorsus talia ignoramus.

Hec sunt, fili carissime, dubia et pericula que circa contenta in scriptura predicta ipsorumque executionem nobis et predictis nostris fratribus occurrerunt. Verum, si providentie regie ac circumspectioni comitis antedicti expediens videatur quod nos, premissis non obstantibus, principibus christicolis, ecclesiasticis et mundanis, necnon et clero ac populo fidei cultoribus christiane debeamus pium, quod tu et comes ipse ad dictum negotium desiderium geritis, et propositum quod ad illud assumendum habetis laudabile nuntiare, ipsosque exhortationibus inducere ac precibus eorum animos inclinare ut in expensas contribuere debeant antedictas, ac indulgentias concedere subvenientibus memorato negotio ipsasque facere publicari, ac helemosinas convertendas in dicto negotio facere colligi juxta morem per Ecclesiam in talibus hactenus observatum, necnon et legata relicta pro Terre Sancte negotio antedicto, licet vereamur admodum nos et fratres nostri predicti quod, ex inductionibus et exhortationibus antedictis, nulla vel modica utilitas subsequatur, parati tamen sumus hoc prompte exequi et cedule (*sic*) adimplere. Postremo, fili carissime, circumspectionem regiam volumus indubie hoc tenere quod oblationem quam sibi, personaliter prosequenti dictum negotium, alias fecimus, qua nulla major per aliquem de premissis[7] nostris facta cuiquam extitit nec equalis, aut illa[m] quam fecimus, si dictum comitem sub tuo capitaneatu contingeret proficisci, parati sumus juxta formam et modum in ea contentos realiter exequi et complere, non revocantes in dubium, si premissa per nos et regiam celsitudinem oblata super hiis realiter levare[n]tur, quin suficerent ad prosequendum dictum negotium, cum numero equitum et peditum predictorum; teneatur et indubie quod, ultra predictum numerum, multi tam de regnis tuis predictis quam aliis, in expensis aliis confluerent, et ultra forcitan quam negotio expediret. Ad hoc autem menti regie vive vocis mi[nis]terio efficacius imprimenda, venerabilem fratrem G., Viennensem archiepiscopum, et dilectum filium Dominicum, ordinis beati Dominici et professorem, viros utique religione conspicuos et meritorum suorum consideratione nobis et fratribus nostris acceptos, et eorum quemlibet ad regalem presentiam duximus destinandos, quibus et eorum cuilibet rogamus providentiam regiam super premissis fidem plenariam adhibere. Datum Avinione, VII° idus novembris, anno octavo. »

1. Au sujet de ce projet de croisade, voyez ci-dessus les n°s 1562, 1571-1573, 1682-1711.
2. Avec la date *VII idus septembris* qui n'est pas conforme au texte du registre.
3. Ces deux mots indiquent que le titre précédent devait être en rubrique.
4. *Sic*, la phrase est inachevée, il manque au moins un verbe tel que *morarentur*.
5. Reg. *onus*.
6. Il semble qu'il manque ici un mot tel que *corde*.
7. *Sic*, pour *predecessoribus*.

1849 [Avignon, 7 novembre 1323.]

Instructio prædictis nuntiis ad regem Franciæ destinatis data. (Reg. 112, p. ii, fol. 11, c. 539.)

« *Instructio data nuntiis missis regi pro negotio Terre Sancte.* Hec est instructio data venerabili fratri nostro G., archiepiscopo Viennensi, et dilecto filio Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professori et lectori in Romana curia super hiis super quibus per nos in Franciam... [1].

Primo, carissimum in Christo filium nostrum C., regem Francie et Navarre illustrem, ex parte nostra in Domino salutabunt, affectionem sinceram quam ad ipsum regnaque sua et domum regiam specialiter gerimus recensentes. Deinde proponetur per ipsos quomodo nuper dilectos filios nobiles viros Robertum, comitem Bononie, et Matheum de Varenis, ac Petrum de Cuncheriis (*sic*), milites et nuntios regios ad nostram presentiam cum litteris regiis de credentia destinatos, benigne recepimus, et eorum credentiam quam primo verbo coram nobis proposuerunt et subsequenter in scriptis dederunt, audivimus et intelleximus diligenter, que quidem credentia de gallico in latinum translata noscitur esse talis.

Hoc est quod nuntii regis Francie dixerunt nostro Sancto Patri, etc. ut supra proxima [2]. Item proponent quod nos, visis et diligenter inspectis que littere regie nobis presentate ac scriptura continebant predicte, perceptoque intenso desiderio quod dicti rex et comes habent ad heripiendam (*sic*) Terram Sanctam de manibus impiorum, inde sibi gratiarum exolvimus actiones apud Deum qui eis hujusmodi sanctum propositum inspiravit, precibus et supplicationibus devotis instantes ut illud exequendi et complendi vias aperiat et tribuat facultatem.

Item proponent quomodo nuntii predicti regii, requisiti quod oblata alias per dictum regem in subsidium dicti negotii, de qua oblatione in eadem scriptura mentio specialis habetur, curarent exprimere specifice, hoc facere recusarunt.

Item quod, cum exposuissemus eisdem nuntiis quod dicta subsidia regia, que sunt videlicet iii^m librarum turonensium, necnon et quod ordinaret cum effectu rex prefatus quod, de omnibus que venderentur in parte qualibet regni sui, a decem solidis supra, emptor, de x solidis solveret unam pictam, et venditor aliam, et sic de quolibet decennario, prout quantitas ascenderit, emptor et venditor solvere tenerentur, oblata fuerant [h]actenus per nuntios regios, multis adjectis conditionibus impossibilibus et incertis [3] — exequi et complere.

Item quod non revocamus in dubium, si premissa per nos et eundem regem oblata super hiis realiter levarentur, quin sufficerent ad prosequendum dictum negotium cum numero equitum et peditum predictorum.

Item proponent quod nos tenemus indubie quod, ultra dictum numerum, multi tam de regnis predictis quam aliis, in expensis aliis confluerent, et ultra forcitan (*sic*) quam negotio expediret [4]. »

1. Lacune ; il manque un terme tel que *destinantur*.
2. Voyez ci-dessus, n° 1848 (c. 537).
3. La suite de ces instructions n'est que la répétition, en des termes à peu près analogues, de ce que le pape écrit au roi de France dans la lettre précédente n° 1848 (c. 538).
4. La date est donnée par le document précédent n° 1848, qui annonce l'envoi des légats.

1850 Avignon, 7 novembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, de dictorum nuntiorum missione, de pace inter Armenos et Soldanum, sub tributo annuo more solito persolvendo, reformata, et de regis Lithuaniæ et Ruthenorum Romanæ Ecclesiæ unitati subjacendi intentione. (Reg. 112, p. ii, fol. 12, c. 540; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1323, § x, extrait).

« *Carolo, regi Francie.* Ad nostram nuper presentiam venientes dilecti filii nobiles viri Robertus, comes Bononie, et Matheus de Varennis, ac Petrus de Cuncheriis (*sic*), milites, regalis excellentie nuntii [1], litteras regias de credentia nostro apostolatui presentarunt, qui per nos affectu benigno recepti, sanctum et laudabile propositum, utique plurimum nobis gratum, quod circa liberationem Terre Sancte de manibus Infidelium cordi regio divinitus, sicut indubie credimus, Altissimus inspiravit, in nostra et nonnullorum fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium recensentes presentia, ea que super negotio passagii transmarini juxta commissam [2] sibi per easdem litteras credentiam proponere voluerunt, primo prudenter et discrete ver-

botenus explicarunt, et subsequenter sub certis capitulis tradiderunt in scriptis, super quibus nos, cum eisdem nuntiis multis collationibus, et cum dictis fratribus nostris profundis et maturis deliberationibus habitis, ecce quod, ad responsionem ac intentionem nostram providentie regie plenius super hiis explicandam, venerabilem fratrem nostrum G., archiepiscopum Viennensem, ac dilectum filium Dominicum, fratrem Predicatorum, sacre theologie professorem, et in curia Romana lectorem, de quorum circumspectione provida et fidelitate probata plene confidimus, destinandos [3]. Quocirca serenitatem regiam rogamus, attentius et hortamur quatinus nuntios ipsos benigne recipere sibique super predictis velit celsitudo regia fidem indubiam adhibere, predictosque nuntios ad nos et Sedem eandem remittere celeriter et fideliter expeditos.

Ceterum ad gaudium celsitudini regie nuntiamus fide dignis relatibus noviter accepisse quod, sub tributo annuo quinquaginta millium florenorum Soldano per Armenos more solito persolvendo, pax est inter eos pro annis XV reformata et in eis partibus publicata jamque Armeni, propter guerram profugi, ad propria sunt reversi; que quidem pax ab Armenis acceptabilis reputatur.

Rursus Gedennensis, qui se regem Lethonie [4] et Ruthenorum intitulat, nobis nudius per suas litteras nuntiavit se desiderare intense cum suis regnicolis sacrosancte Romane Ecclesie subjacere unitati, supplicans a nobis legatos sibi, qui eum ad fidem ortodoxam admittant et in ea salubriter instruant, destinari, super quibus per nuntios nostros plenius informari poterit regia celsitudo. Datum Avinione, VII idus novembris, anno octavo. »

1. Reg. *nuntiis*,
2. Reg. *commissum*.
3. *Sic*, il faudrait *destinamus*, ou ajouter le mot *duximus* comme on le lit dans la lettre n° 1847, vers la fin : *duximus destinandos*.
4. *Sic*, il faudrait plutôt *Gediminus* et *Lithuanie*.

1851 Avignon, 7 novembre 1323.

Eidem, ut nuntiorum regiorum moram excusatam habere velit. (Reg. 112, p. II, fol. 12 v°, c. 541.)

« *Eidem regi.* Super hiis que dilecti filii nobiles viri Robertus, comes Bononie et Matheus de Varenis ac Petrus de Cuncheriis (*sic*), milites, excellentie regie nuntii nuper ad nostram destinati presentiam, primo verbotenus, juxta commissam sibi per litteras regias credentiam, prudenter et discrete super negotio passagii transmarini proponere curaverunt, et subsequenter tradiderunt in scriptis, sanctum et laudabile propositum, utique nobis gratum, ad ereptionem Terre Sancte de manibus Infidelium cordi regio divinitus, sicut indubie credimus, inspiratum, nichilominus rescencendo (*sic*), cum eisdem nuntiis collationibus pluribus cum fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus profundis et maturis deliberationibus habitis, ecce quod per venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et dilectum filium Dominicum, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professorem et in curia Romana lectorem, de quorum circumspectione provida et fidelitate probata confidimus, quos ad regalem destinamus presentiam, responsionem et intentionem nostram super hiis providimus plenius explicandam, prefatos nuntios regios, quos de diligenti et circumspecta prosecutione dicti negotii coram nobis et eisdem fratribus plurimum commendamus, ad ipsam regalem presentiam remittentes. Ad hoc, quoniam arduitas et perplexitas negotii maturam et exactam indaginem exigens, discrasiaque quasi universalis reumatis in hiis eo tunc partibus ingruentis, qua nos, licet modicum, et magna pars fratrum nostrorum predictorum per aliqua tempora gravati extitimus, nuntiorum regiorum expeditionem celeriorem, ultra quam forte speraret providentia regia, protelavit, quesumus ut moram nuntiorum ipsorum excusatam habeat regia celsitudo. Datum ut supra. »

1852 Avignon, 7 novembre 1323.

Mariæ, reginæ Franciæ, Guillelmum archiepiscopum Viennensem, et Dominicum, sacræ theologiæ professorem, nuntios apostolicos commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 12 v°, c. 542.)

« *Marie, regine Francie.* Accedit nobis ad gaudium, filia carissima, multaque letitia consolamur in Domino, dum de statu tuo prospero nobis frequenter

rumores placidi nuntiantur, quem votivum continuis successibus et felicem nobis intimare frequentius regalis excellentia, quesumus, non ommittat. Ceterum cum super hiis pro quibus carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, vir tuus, super negotio passagii transmarini suos nuntios et litteras hiis diebus duxit ad nostri apostolatus presentiam transmittendos, et ad intentionem nostram sibi super hoc plenius explicandam, venerabilem fratrem nostrum G., archiepiscopum Viennensem, et dilectum filium Dominicum, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professorem et lectorem in Romana curia, Apostolice Sedis nuntios, ad ejusdem regis presentiam specialiter destinemus, excellentiam regiam rogamus attentius et hortamur quatinus ipsos nuntios habens tua clementia pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius com[m]endatos, ut feliciter expediti ad nos et eandem Sedem celeriter redeant, partes operose solicitudinis regalis benignitas interponat. Datum ut supra. »

1853 Avignon, 7 novembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, super eodem. (Reg. 112, p. ii, fol. 13, c. 543.)

« *Carolo comiti Valesii.* Nuper ad nostram — Datum ut supra. »

1854 Avignon, 7 novembre 1323.

Ludovico, comiti Clarimontis, super eodem. (Reg. 112, p. ii, fol. 13, c. 544.)

« *Ludovico, comiti Clarimontis*[1]. Venerabilem fratrem nostrum — Datum Avinione ut supra. »

1. La rubrique qui avait été oubliée, est écrite à l'encre noire. On lit aussi, dans la marge inférieure : *Ludovico, comiti Claromontis.*

1855 Avignon, 7 novembre 1323.

In e. m. Petro, electo Carcassonensi. (Reg. 112, p. ii, fol. 13, p. c. 544.)

1856 Avignon, 7 novembre 1323.

In e. m. Alphonso de Hispania, archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi. (Reg. 112, p. ii, fol. 13, p. c. 544.)

1857 Avignon, 7 novembre 1323.

In e. m. Johanni Cerchemont, decano Pictavensi. (Reg. 112, p. ii, fol. 13, p. c. 544.)

1858 Avignon, 7 novembre 1323.

In e. m. Petro, episcopo Vivariensi. (Reg. 112, p. ii, fol. 13, p. c. 544.)

1859 Avignon, 8 novembre, 1323.

Episcopo Ilerdensi et inquisitori regni Aragonum, ut quosdam hereticos Appamiarum diocesis, quos carceratos detinent, inquisitori Carcassonensi sub fida custodia remittant. (Reg. 112, p. ii, fol. 59, c. 822; — Reg. 76, cur. fol. 2, c. 4[1].)

« *Venerabili fratri.., episcopo Ilerdensi et dilecto filio inquisitori heretice pravitatis in partibus regni Aragonum auctoritate apostolica deputato.* Significavit nobis dilectus filius Johannes de Belna, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitor heretice pravitatis in partibus Carcassone auctoritate apostolica deputatus, quod, cum legitime constitisset eidem Petrum et Johannem Maurini de Monte Alionis, laicos, ac Espertam et Matheam, ipsius Esperte filiam, de Tarascone[2] diocesis Appamiarum, detestabile crimen heresis infra terminos inquisitionis dicte pravitatis partium predictarum Carcassone horribiliter commisisse, predictus inquisitor prefatos hereticos fugitivos et partibus regni Aragonum latitantes capi per certum suum ad hoc deputatum nuntium, non absque multis periculis et expensis variis, procuravit, dictusque nuntius dictos(que) Johannem Maurini et Espertam ac Matheam tibi, frater episcope, dictumque Petrum Maurini tibi, fili inquisitor, tradidit custodiendos fideliter, donec predictus inquisitor Carcassonensis ipsos duceret repetendos. Cum autem, sicut habet ejusdem inquisitoris Carcassonensis assertio, dictorum hereticorum presentia in partibus Carcassonensibus predictis esse speretur orthodoxe fidei plurimum fructuosa, pro eo quod, si contingat eos vel eorum aliquos, operante

gratia divina, redire ad ipsius fidei unitatem, per ipsos multorum, qui sunt in eisdem partibus predicte pravitatis fermento respersi, procurari forsan ad fidem catholicam poterit conversio salutaris, et inquisitionis officium propter hoc utiliter informari, nos, qui ad hujusmodi fidei negotium ex apostolice debito servitutis afficimur et ut procedat prospere desiderabiliter affectamus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus predictos Johannem et Petrum, qui in eisdem partibus Carcassonensibus multa horribilia contra fidem catholicam commisisse dicuntur, necnon et Espertam ac Matheam predictas, nisi forsan mulieres ipse in eisdem partibus regni Aragonum talia contra fidem commisissent eandem, ex quibus essent per vos merito retinende, et de eis in eisdem partibus justitia ministranda, prefato inquisitori Carcassonensi per suum certum nuntium ad nos propter hoc specialiter destinandum suis sumptibus, vos et vestrum quilibet sub fida custodia transmittatis, prius tamen ab eisdem hereticis vel illis quos prefato inquisitori duxeritis transmittendos, diligentius inquisitis que ad utilitatem ejusdem fidei et utiliorem executionem officii memorati videritis inquirenda. Datum Avinione, VI idus novembris, anno octavo. »

1. Le cahier des curiales ne se trouve pas dans les registres d'Avignon nos XIX, XX correspondant à cette année. Le texte du registre 76 présente avec celui du registre 112 quelques variantes sans importance, sauf celle qui est indiquée ci-dessous.

2 Ces deux derniers mots ne se trouvent pas dans le registre 76.

1860 Avignon, 8 novembre 1323.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, de venatione transmissa regratiatur. (Reg. 112, p. II, fol. 84 v°, c. 961.)

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Sabaudie.* De venatione nuper — Datum Avinione, VI idus novembris, anno VII°. »

1861 Avignon, 9 novembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, respondet se præpositum ecclesiæ Pragensis in ejusdem ecclesiæ episcopum præficere non posse. (Reg. 112, p. II, fol. 5 v°, c. 510; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 169, n° 338, analyse.)

« *Magnifico viro Caroto, filio regis Francie, comiti Valesii.* Magnificentie tue litteris per quas carissimi in Christo filii nostri Johannis, Boemie regis illustris, precibus inclinatus, supplicabas dilectum filium.., prepositum ecclesie Pragensis in episcopum ejusdem ecclesie prefici, si tamen hoc esset conveniens et utile, et Pragensem episcopum eadem ecclesia privari contingeret, solita benignitate receptis, tue nobilitatis excellentiam volumus non latere quod, licet idem episcopus, dicti prepositi et quorundam aliorum instantiis, sicut accepimus, super certis excessibus sit delatus, causa tamen apud Sedem Apostolicam pendente super hoc, sicut et adhuc pendere noscitur, ejusdem Sedis decentia non patitur aliquid innovare, nec est etiam moris nostri delatorem in locum surrogare delati. Quare nos habeat super hiis tua magnificentia, quesumus, excusatos. Datum Avinione, V idus novembris, anno VIII°. »

1862 Avignon, 10 novembre 1323.

Eidem comiti Valesii nuntiat se, ad pacem inter episcopum et capitulum ecclesiæ Carnotensis celeriter reformandam, unum cardinalem eisdem partibus auditorem deputasse. (Reg. 112, p. II, fol. 5 v°, c. 511.)

« *Eidem comiti.* Gratanter recepimus tue magnificentie litteras per quas, super nociva discordia dudum inter venerabilem fratrem nostrum.., episcopum, et dilectos filios capitulum ecclesie Carnotensis exorta, per nos apponi salubre remedium postulabat. Sane, fili, tue nobilitatis excellentiam volumus non latere quod nos circa pacem et concordiam inter eos reformandam, non absque multis solicitudinibus, olim adhibuimus diligentiam studiosam, sed postmodum, multis aliis arduis negotiis undique confluentibus prepediti, non valentes ulterius ad hec personaliter intendere, certum ex fratribus nostris Sancte Romane Ecclesie cardinalibus deputavimus eisdem partibus auditorem, cui injunximus et adhuc etiam, tuorum consideratione precaminum, districtius injungemus ut illud curet, ratione previa, celeriter expedire. Datum Avinione, IIII idus novembris, anno octavo. »

1863 Avignon, 10 novembre 1323.

Petro, episcopo Vivariensi, ut pro negotiis Caroli, regis Franciæ, vel ecclesiæ suæ Vivariensis, si necesse fuerit, ad curiam veniat, commissione ei super negotio domini de Pertiniaco prius facta non obstante. (Reg. 112, p. ii, fol. 5 v°, c. 512.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Vivariensi.* Licet tibi et venerabili fratri nostro Petro, episcopo Atrabatensi, ac vestrum cuilibet insolidum super negotio viri nobilis Johannis, domini de Pertiniaco, certas commissiones per nostras alias certi tenoris litteras duximus faciendas[1], nostre tamen intentionis existit quod, si pro negotiis carissimi in Christo filii nostri Caroli, Francie et Navarre regis illustris, aut ecclesie tue ad nos et Sedem Apostolicam habeas proficisci, propter commissiones hujusmodi, etiam si res integra non existeret, hoc perficere non omittas. Datum ut supra. »

1. Voyez n° 1841.

1864 Avignon, 10 novembre 1323.

Johanni de Arpadella, ut quasdam litteras apostolicas eis quibus diriguntur præsentet. (Reg. 112, p. ii, fol. 5 v°, c. 513; — J.-M. Vidal : *Le sire de Parthenay et l'Inquisition* dans *op. cit.*, p. 429, n° ix, analyse.)

« *Magistro Johanni de Arpadella, decano ecclesie Xantonensis, capellano nostro.* Super negotio domini de Pertiniaco venerabilibus fratribus nostris.., Atrebatensi et.., Vivariensi episcopis, ac dilecto filio inquisitori heretice pravitatis, geminas litteras apostolicas[1] dirigentes, illas, videlicet unam episcopis vel eorum alteri, et aliam inquisitori predictis per te volumus presentari nosque reddi super presentatione hujusmodi et aliis que tibi ocurrerint certiores. Ceterum litteras binas super translatione capitis beati Martini et indulgentia per nos concessa[2] quas tibi etiam mittimus, venerabili fratri nostro Guillelmo, archiepiscopo Viennensi et ejus college, quos ad carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, destinamus presentiam super negotio passagii transmarini[3] per eos, si sint presentes, eidem regi presentandas assignes, alias, nisi presentes existerent, ut prefertur, tu memorato regi procures easdem litteras presentare. Datum ut supra. »

1. Voyez n° 1841.
2. Voyez n°s 1839, 1840.
3. Voyez n°s 1848, 1849.

1865 Avignon, 11 novembre 1323.

Carolo, regi Franciæ, binas litteras super translatione capitis beati Martini Turonensis et indulgentiis concessis se destinare nuntiat. (Reg. 112, p. ii, fol. 5 v°, c. 514.)

« *Dicto regi* [*Francie*] Piis votis et desideriis salubribus regiis gratis, cum Deo possumus, affectibus annuentes, ecce quod regie celsitudini binas litteras nostras apostolicas super translatione capitis confessoris eximii, beati Martini Turonensis, et indulgentiis per nos, prout vidimus expedire, concessis, pro quibus nobis regia devotio supplicaverat, destinamus[1]. Verum quia prelatorum indulgentias non confirmavimus, regalis circumspectio non miretur; hoc enim Sedes Apostolica minime facere consuevit. Datum Avinione, iii idus novembris, anno octavo. »

1. N°s 1839, 1840.

1866 Avignon, 11 novembre 1323.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico, professori, apostolicis nuntiis, ut præfatas binas litteras dicto regi Franciæ præsentent. (Reg. 112, p. ii, fol. 6, c. 515.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et dilecto filio Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professori, Apostolice Sedis nuntiis.* Binas litteras nostras apostolicas, videlicet super translationecapitis beati Martini Turonensis, et indulgentia per nos super hoc sub certa forma concessa, pro quibus carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, nobis supplicaverat, destinantes, volumus quatinus litteras ipsas curetis ex parte nostra prefato regi, si presentes fueritis, presentare. Datum ut supra. »

1867 Avignon, 11 novembre 1323.

Regi Angliæ, ut Gastoni, comiti Fuxi, loca de Rupeforti, de Captios et de Fontanis, per gentes regias occupata, restitui faciat dictumque comitem in agendis commendatum habeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 41, c. 736; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 107, n° 265.)

« .., *regi Anglie*. Sepe, fili benedictionis — Sane olim, dum dilectus filius nobilis vir Gasto, comes Fuxensis, velut impubes, sub matris gubernatione consisteret et per eam terra Bearnii et Marciani pariter regeretur, gentes tue, rancore cujusdam inter ipsos et dictam matrem ejusdem comitis dissensionis exhorte (*sic*), violenter ut dicitur, occuparunt, et occupata nunc detinent quedam loca vocata de Ruppeforti, de Captios et de Fontanis, spectantia pleno jure ad comitem memoratum.

Cumque prefatus comes, jam perductus ad legitima tempora pubertatis, rata non habeat, prout opere probat, que dicta gessit in talibus mater ejus, et tanquam ex facto matris, culpe non noxius aliene, obedienter, sicut progenitores ejusdem fuisse noscuntur, se tibi offerat pariturum, nos, in hiis et aliis, comitis predicti negotia, erga nos et sanctam Romanam Ecclesiam, suorum progenitorum et sue devotionis obtentu, quantum cum Deo decet, paternis favoribus promovenda[1], excellentiam regiam attente requirimus et affectuose rogamus quatinus, ex premissis et aliis justis causis que tuum possunt animum et debent inducere ad pie judicium equitatis, mandes et facias predicta loca dicto comiti restitui libere cum effectu; ipsum nichilominus, pro reverentia nostra et Apostolice Sedis, commendatum habens speciali prosecutione regis gratie et favoris, ac denique tuis officialibus id injungens quod, super causis et controversiis que inter dictas gentes tuas vertuntur et dictum comitem, ministrent et brevis justitie complementum, ita ut successus hujusmodi laudabilium operum, nobis admodum placidus, gratus hominibus et meritorius apud Deum, gloriam tibi perpetue laudis adaugeat, et propterea erga te fervor devotionis a subditis plus excrescat. Datum Avinione, iii idus novembris, anno VIII°. »

1. *Sic*, il manque un mot tel que *intendentes*.

1868 Avignon, 11 novembre 1323.

Archiepiscopo Cantuariensi, ut eumdem regem ad præfata inducat dictumque comitem commendatum habeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 41, c. 737; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 109, n° 266, analyse.)

« .., *archiepiscopo Cantuariensi*. Olim dum dilectus — Datum ut supra. »

1869 Avignon, 11 novembre 1323.

In e. m. Hugoni le Despensier, comiti Wyntoniensi[1]. (Reg. 112, p. ii, fol. 41, p. c. 737; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1. Cet acte et le suivant ne sont pas mentionnés dans l'index du registre.

1870 Avignon, 11 novembre 1323.

In e. m. Hugoni le Despensier juniori. (Reg. 112, p. ii, fol. 41 v°, p. c. 737; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1871 Avignon, 19 novembre 1323.

Regi Franciæ Danielem, episcopum Nannetensem, qui nonnulla in regali curia expedire habet, commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 6, c. 517.)

« *Prefato regi* [*Francie*]. Quanto devotius affici regiam pietatem ad ecclesias et personas ecclesiasticas summi regis contemplatione supponimus, tanto confidentius eas serenitati regie, cum expedit, commendamus. Verum cum venerabilis frater noster Daniel, episcopus Nannetensis, qui pro suis et ecclesie sue negotiis laudabiliter prosequendis apud Sedem Apostolicam diutius moram traxit, ad regalem presentiam et suam ecclesiam, cum nostre benedictionis gratia, dirigat gressus suos, celsitudinem regiam rogamus attentius et hortamur quatinus eidem episcopo, super hiis que habere se asserit in regali curia expedire, sic se velit exhibere regia clementia, pro divina ac nostra et Apostolice Sedis reverentia, propitiam et benignam, quod idem episcopus ex precibus nostris hujusmodi se fructum collegisse letetur uberem, nosque sublimitatem regiam dignis gratiarum actionibus prosequi debeamus. Datum Avinione, xiii kal. decembris, anno octavo. »

1872 Avignon, 19 novembre 1323.

Carolo, comiti Valesii, ut pro dictorum negotiorum expeditione, apud eumdem regem Franciæ partes suas interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 6, c. 518.)

« *Magnifico viro Carolo, comiti Valesii.* Venerabilem fratrem nostrum — Dat. ut supra. »

1873 Avignon, 19 novembre 1323.

In e. m. Galchero de Castellione, comiti Portuensi, constabulario Franciæ. (Reg. 112, p. II, fol. 6, p. c. 518.)

1874 Avignon, 19 novembre 1323.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Dominico, professori, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 6, c. 519.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et dilecto filio Dominico, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professori, Sedis Apostolice nuntiis.* Pro venerabili fratre — Datum ut supra. »

1875 Avignon, 19 novembre 1323.

Item Alphonso de Hispania, archidiacono de Josayo in ecclesia Parisiensi. (Reg. 112, p. II, fol. 6, p. c. 519.)

1876 Avignon, 19 novembre 1323.

Item Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi. (Reg. 112, p. II, fol. 6, p. c. 519.)

1877 Avignon, 19 novembre 1323.

Item electo Carcassonensi. (Reg. 112. p. II, fol. 6, p. c. 519.)

1878 Avignon, 1er décembre 1323.

Petro, Atrebatensi, et Petro, Vivariensi episcopis, quædam in negotio Johannis, dicti Archiepiscopi, domini de Pertiniaco, observanda significat. (Reg. 112, p. II, fol. 7, c. 528; — J.-M. Vidal, *Le sire de Parthenay et l'Inquisition*, dans *op. cit.*, p. 429, n° x, extrait.)

« *Petro, Atrabatensi, et Petro Vivariensi episcopis.* Dudum ex parte nobilis viri Johannis, dicti Archiepiscopi domini de Pertiniaco, militis, ejusque consortis et nonnullorum eidem nobili parentele linea conjunctorum, ad nostram et fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium audientiam gravi conquestione perducto quod dilectus filius Mauritius de Sancto Paulo, ordinis fratrum Predicatorum, heretice pravitatis inquisitor in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputatus, contra prefatum nobilem ex odii fomite provocatus, et quedam sibi imponens que sapere hereticam pravitatem asserebat, ipsum capi, Parisiusque adduci, et ibidem diro mancipari carceri procuravit, sibi nonnulla gravamina, quamvis ad Sedem appellasset Apostolicam, sicut asseritur, inferendo, nos cum eisdem fratribus deliberatione super hiis prehabita diligenti, cupientes, ne splendorem negotii fidei per inordinationem aliquam offuscari, nec prefatum nobilem indebite pregravari contingeret, paterne solicitudinis studio providere, prefato inquisitori, de fratrum ipsorum consilio, sub virtute obedientie per alias nostras litteras duximus injungendum[1], ut sic juste, mature et provide curaret in premissis procedere, quod dicto nobili et aliis conquerentibus de ipso, conquerendi justa materia non subesset, nec nos oporteat aliud remedium super hiis adhibere[2]. — Et quia propter diversitatem domiciliorum dicti nobilis hesitari merito quis ejus esset diocesanus, et occasione predicta plus debito poterat hujusmodi negotium retardari, nos super hoc, et ne prefatus nobilis longa detentione gravaretur carceris, providere volentes, vobis et vestrum cuilibet, una cum eodem inquisitore, procedendi etiam extra vestras civitates et diocesos super dicto negotio, dicti nobilis irrequisito diocesano, nisi fuisset ante presentationem litterarum nostrarum confectarum super hoc forcitan (*sic*) requisitus, sub certa forma concessimus potestatem[3], sicut in diversis litteris nostris vobis et eidem inquisitori super predictis directis plenius continetur.

Verum, sicut accepimus, quidam in dubium utrum, juxta tenorem litterarum nostrarum, vobis et vestrum cuilibet in prolatione sententie tantum processus habitos et habendos communicare predictus inquisitor, seu vobiscum vel cum altero vestrum deberet super omnibus

procedere, revocare nitantur, nos dubitationem hujusmodi, ne per eam dictum possit negotium impediri, amputare volentes, quamvis per earundem litterarum tenores evidenter pateret, auctoritate presentium declaramus nostre intentionis existere ac etiam extitisse quod vos vel alter vestrum, una cum eodem inquisitore, procedatis in prelibato negotio ipseque vobis et vestrum cuilibet processus habitos et habendos communicare, tam circa proferendam sententiam, quam omnes alios actus, etiam ante prolationem ejusdem sententie, teneatur. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos et cuilibet (*sic*) vestrum, una cum eodem inquisitore, juxta tenores litterarum nostrarum vobis directarum super hoc ac declarationem nostram hujusmodi, in dicto negotio procedatis, cui quidem inquisitori per alias litteras nostras[4] mandavimus, et etiam auctoritate presentium inhibemus ut, sine vobis aut vestrum altero, super memorato negotio ad actum aliquem non procedat. Datum Avinione, kalendis decembris, anno octavo. »

1. 5 septembre 1323 (n° 1785).
2. Le passage supprimé ici se trouve, *mutatis mutandis*, dans la lettre publiée plus haut, n° 1841.
3. 5 novembre 1323 (n° 1841) ; voyez aussi n°s 1790-1791.
4. N° 1879.

1879 Avignon, 1er décembre 1323.

Mauritio de Sancto Paulo, ut omnes processus in prædicto negotio habitos eisdem episcopis communicet et cum ipsis vel eorum altero procedat. (Reg. 112, p. ii, fol. 7 v°, c. 529 ; — J. M. Vidal, *op. cit.*, p. 430, n° xi, extrait.)

« *Mauricio de Sancto Pauo, ordinis Predicatorum, inquisitore heretice pravitatis in provincia Turonensi.* Dudum ex parte — Datum Avinione, kalendis decembris, anno octavo. »

1880 Avignon, 1er décembre 1323.

Ruralem ecclesiam sancti Maximi de Arcubus, Forojuliensis diocesis, per promotionem Ademari olim, ejusdem ecclesiæ rectoris, ad Massiliensem ecclesiam, vacantem Apostolicæque Sedi reservatam, monasterio de « Solorobaudo »[1] concedit et annectit. (Reg. 112, p. i, fol. 86, c. 399.)

« *Dilectis in Christo filiabus.., priorisse et conventui monasterii de Solorobaudo per priorissam soliti gubernari, ordinis Cartusiensis, Forojuliensis diocesis.* Apostolice sedis gratiosa — Datum Avinione, kalendis decembris, anno octavo. »

1. *Solerobaudo* dans l'index, formes également incorrectes qui désignent la Celle-Roubaud, près de la commune des Arcs-sur-Argens (Var), canton de Lorgues, arrondissement de Draguignan.

1881 Avignon, 1er décembre 1323.

Judicibus ut eamdem ecclesiam præfato monasterio conferant. (Reg. 112, p. i, fol. 86 v°, p. c. 399.)

« *Judicibus*, Mandamus quatinus vos — Datum ut supra. »

1882 Avignon, 5 décembre 1323.

Regi Franciæ respondet quod preces ejus pro abbate monasterii de Tornutio exaudire et ejusdem abbatis causam celeriter terminare intendit. (Reg. 112, p. ii, fol. 6 v°, c. 521.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Preces regias pro dilecto filio abbate monasterii de Tornutio dudum nobis oblatas, juri et equitati convenientes, ad exauditionis effectum admittere favorabiliter intendentes, predicti abbatis instantiam, actore Domino, servari facimus illesam suamque causam proponimus, prout secundum Deum fieri poterit, mature et celeriter pace vel judicio terminare. Datum Avinione, nonis decembris, anno octavo. »

1883 Avignon, 5 décembre 1323.

Eidem regi de adventu Mauritii de Sancto Paulo ad curiam et quomodo idem Mauritius in negotio domini de Pertiniaco procedere debeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 6 v°, c. 522 ; — J.-M. Vidal, *op. cit.*, p. 430, n° xii.)

« *Eidem.* Venientem nuper ad nostram presentiam dilectum filium Mauritium de Sancto Paulo, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitorem heretice pravitatis in provincia Turonensi auctoritate apostolica deputatum, benigne recepimus, et super hiis que nobis exposuit patienter audivimus et intelliximus diligenter. Et ecce quod eundem, non obstante quod aliqui eum super nonnullis objectis nunc et alias contra ipsum, de quibus offerebant fidem se sufficienter facturos, instanter peterent in curia retineri, pro sui executione officii duximus remittendum. Volumus tamen quod in negotio domini de Pertiniaco, sine venerabilibus fratribus nostris Atrabatensi et Vivariensi episcopis, vel altero ipsorum, ut vitetur omnis suspitionis materia, non procedat. Datum ut supra. »

1881 Avignon, 7 décembre 1323.

Eidem, de Caroli, comitis Valesii, nuntiorum ad curiam missione, de Alphonsi de Hispania negotio et de cujusdam ecclesiæ provisione. (Reg. 112, p. II, fol. 6 v°. c. 523.)

« *Eidem.* Scimus, fili, quod ad sapientem pertinet interdum, precipue ex causis supervenientibus, consilia commutare. Unde mutationem consilii regii circa adventum ad curiam dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii et comitis Valesii, supponimus indubie ex causis rationabilibus esse factam. Nuntios autem regios, ejus loco ad presens mittendos, recipiemus placide, et circa negotia pertractanda vigilanti studio, concedente Domino, intendemus. Circa factum dilecti fili Alfonsi de Yspania ordinavimus quod absque offensa Dei expedire vidimus, quodque votis placere credimus regiis, prout jam ad regiam notitiam credimus pervenisse. De ecclesia Leodiensi[1] ordinaveramus antequam regie pervenissent littere, prout ecclesie predicte regiisque oportunitatibus expedire vidimus, eidem preficiendo dilectum filium Robertum de Reya, in episcopum et pastorem. Si circa negotia emergentia nostra videatur vigilantia oportuna, illam impendere offerimus cum omni promptitudine nos paratos. Gratia domini nostri Jhesu Christi provid[ent]iam regiam dirigat in agendis. Datum Avinione, VII idus decembris, anno octavo. »

1. Le registre porte bien *Leodien[si]*; or le siège épiscopal de Liége n'était pas vacant alors, puisqu'il fut occupé, du 16 avril 1313 au 3 novembre 1344, par Adolphe de la Mark (C. Eubel, *Hierarchia catholica Medii Ævi*, p. 314). Peut-être faudrait-il lire *Laudunen[si]* et *Albertum de Roya* au lieu de *Robertum de Reya*, Aubert de Roye venait en effet, d'être nommé évêque de Laon, le 16 novembre 1323 (C. Eubel, *op. cit.* p. 308). Les erreurs de transcription des noms propres, ne sont pas rares dans les registres du Vatican, et d'ailleurs M. A. Fayen, n'a pas cité ce document dans son recueil de *Lettres de Jean XXII* concernant la Belgique. Mais il n'en est pas moins certain que ce même évêque de Liège fut en relation avec le roi de France, comme on le verra ci-après (n°s 2182 et 2183; voyez aussi H. Pirenne, *Histoire de la Belgique* t. II, Bruxelles 1903, in-8°, p. 16).

1885 Avignon, 7 décembre 1323.

Dicto comiti Valesii, de mutatione circa adventum ejus ad curiam facta. (Reg. 112, p. II, fol. 6 v°, c. 524.)

« *Dicto comiti Valesii.* Scimus, fili, nonnunquam ex causis presertim supervenientibus, expedire consilia commutare. Unde mutationem factam circa adventum tuum ad curiam supponimus indubie rationabiliter esse factam, super quo, licet necessaria non esset excusatio, se tamen tua benivolentia voluit super hoc excusare, quam excusatam habemus merito eamque prosequimur actionibus gratiarum. Dat. ut supra. »

1886 Avignon, 7 décembre 1323.

Alphonso de Hispania, de negotii ejus ordinatione. (Reg. 112, p. II, fol. 6 v°, c. 525.)

« *Dicto Alfonso de Ispania.* Super tuo, fili negotio, jam est diu, curavimus ordinare quod, absque offensa, credimus expedire, sicut jam ad tuam notitiam credimus pervenisse. Dat. ut supra. »

1887 Avignon, 17 décembre 1323.

Gaucelmo cardinali concedit ut inter Petrum Duesa, vicecomitem de Caramanno, et Briaudam de A[rde]sio, etiam tempore prohibito, matrimonium « solemnisare » possit (Reg. 112, p. II, fol. 85, c. 964; — Reg. 76, cur. fol. 3, c. 8.)

« *Dilecto filio Gaucelmo, tituli sanctorum Marcellini et Petri presbystero cardinali.* Licet sacri canones

matrimonia certis temporibus solemnizari prohibeant, Sedes tamen Apostolica operibus bonis intenta, relaxare, cum expedit, ipsorum rigorem canonum super hiis mansuetudinem consuevit interdum, presertim ubi prospicit periculis bonum impedientibus matrimonii salubriter obviandum. De tua igitur circumspectione provida plenam in Domino fiduciam obtinentes, ut matrimonium inter dilectum filium nobilem virum Petrum Duesa, vicecomitem de Caramanno, ex parte una et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Briaudam de Asio[1], ex altera, contrahendum temporibus a jure prohibitis, apud Sedem Apostolicam vel extra, ubi et quando expedire videris, sollemnisare, prohibitione hujusmodi temporum non obstante, valeas, plenam tibi concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum Avinione, XVI kal. januarii, anno octavo. »

1. *Sic*; le registre 76 porte aussi *Asio*. Il s'agit de Briaude, Béraude ou même Bertrande d'Artaud, troisième femme de Pierre Duèze (Voyez Ed. Albe, *Autour de Jean XXII*, Rome, Cuggiani, 1902, in-8°, p. 29 et 30, extrait des *Annales de Saint-Louis des Français*).

1888 [Avignon, 17 décembre 1323.]

In e. m. Guillelmo, episcopo Gaturcensi, pro matrimonio inter Guillermum de Medulione et Bernardam de Rogerio contrahendo. *Datum ut supra*. (Reg. 112, p. II, fol. 85, p. c. 964[1].)

1. Cet acte n'est pas mentionné dans l'index du registre peut-être y a-t-il eu une erreur de date, puisque dans le registre 76, où il est aussi enregistré, il porte celle du 17 janvier 1324 (Voyez ci-après n° 1914).

1889 Avignon, 18 décembre 1323.

Raymumdum Beguini, ordinis fratrum Prædicatorum, sacræ theologiæ professorem, ad supplicationem capitulariorum urbis et suburbii Tholosanorum, se commendatum habiturum promittit. (Reg. 112. p. II, fol. 6 v°, c. 526.)

« *Dilectis filiis capitulariis urbis et suburbii Tholosanorum*. Devotionis vestre litteras — Datum Avinione, XV kal. januarii, anno VIII°. »

1890 Avignon, 18 décembre 1323.

Clementiæ, reginæ Franciæ, litteras suas Carolique, regis Hungariæ, ejusdem Clementiæ fratris, per Rogerum, ordinis Prædicatorum, præsentatas, recepisse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 78 v°, c. 927.)

« *Carissime in Christo filie Clementie, regine Francorum et Navarre illustri*. Litteras carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Ungarie illustris, fratris tui, pariter atque tuas per dilectum filium Rogerium, ordinis Predicatorum, nobis noviter presentatas, benignitate recepimus consueta. Sane litterarum utrarumque tenoribus intellectis, super hiis maxime que circa statum regni sui dicti regis littere continebant, per eundem fratrem nostras predicto regi mittimus responsales. Datum Avinione, XV kal. januarii, anno octavo. »

1891 Avignon, 20 décembre 1323.

Johannis de Tria litteris super inquisitore hereticæ pravitatis in provincia Auxitana deputando, necnon super quibusdam dubiis a Philippo, thesaurario ecclesiæ Bajocensis, expositis respondet. (Reg. 112, p. II, fol. 7, c. 527; — L. Guérard. *Doc. pont.*, t. II, p. 109, n° 267 *bis*.)

« *Dilecto filio nobili viro Johanni de Tria, domino de Monchiaco castro, senescallo Tholosano et Albiensi*. Dilectum filium Philippum, thesaurarium ecclesie Bajocensis, fratrem tuum, ac tue nobilitatis litteras nobis per ipsum presentatas affectu benigno recepimus, et que ipse nobis explicare curavit verbotenus et littere continebant predicte, pleno collegimus intellectu. Sane, super eo quod de inquisitore heretice pravitatis in provincia Auxitana deputando, litterarum habebat series predictarum, tue prudentie respondemus quod, quantum Sedem tangit Apostolicam, intendimus breviter de persona ydonea super hoc providere, venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum olim Carcassonensem, electum Auxitanum, idem facturum, quantum ad ipsum pertinere dinoscitur, supponentes. Ceterum ad ea que de quibusdam dubiis, sub verbo sibi commisse per easdem litteras credentie, dictus thesaurarius explicavit,

respondimus prout ipse tibi referre poterit oraculo vive vocis, quem, tui consideratione et sue probitatis obtentu, recommendatum habere proponimus, loco et tempore congruis, et gratiis et favoribus oportunis. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno octavo. »

1892 Avignon, 20 décembre 1323.

Gastoni, comiti Fuxi, qui pro quibusdam ipsius negotiis Carolo, comiti Valesii, commendandis scripserat, respondet dictum Carolum ad curiam non venturum esse. (Reg. 112, p. II, fol. 36 v°, c. 709 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 109, n° 267.)

« *Gastoni, comiti Fuxi.* Missis nobis tue nobilitatis litteris, quas consueta benignitate recepimus, postulasti ut dilecto filio magnifico viro Carolo, comiti Valesii, quem venturum ad nostram credebas presentiam, te tuaque negotia commendare vellemus, et apud ipsum instare precibus quod, super amovendis certis impedimentis per gentes carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, in terris tuis appositis, curaret interponere partes suas. Profecto, fili, scire te volumus nos intellexisse noviter prefatum comitem ad curiam non venturum; sed proponimus, si ipsum venire forsan contingeret, et proponebamus, quamvis etiam nobis super hoc non scripsisses, te tuaque negotia sibi specialiter commendare; jamque diu pro te direximus in Franciam, sicut te latere non credimus, preces nostras, cum tuis et domus tue commodis et honoribus paternis affectibus intendamus. Datum Avinione, XIII kal. januarii, anno octavo. »

1893 Avignon, 23 décembre 1323.

Johanni, archiepiscopo Tolosano, dispensandi quod sex matrimonia in suis civitate et diocesi vel extra, temporibus prohibitis, « solemnizari » valeant, facultatem concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 80, c. 372.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Tholosano.* Quia nonnunquam ex — Datum Avinione, X kal. januarii, anno octavo. »

1894 Avignon, 23 décembre 1323.

Ludovico, comiti Clarimontis, conceduntur, intuitu primi generalis vel particularis passagii, viginti quinque millia florenorum auri de elemosinis et legatis factis in regno Franciæ colligenda et in præfato negotio expendenda. (Reg. 112, p. II, fol. 8, c. 530.)

« *Ludovico, comiti Clarimontis.* Intensum, fili, desiderium quod ad Terram Sanctam eripiendam de impiorum manibus novimus te habere, necnon et studiosa vigilantia, quam, spretis laboribus variis et expensis, ad procurandum propterea transmarinum passagium adhibere diutius curavisti, nos inducunt, utique merito, ut ad decentius tam pium tuum exequendum propositum, nos tanta[1] devotio reperiat liberales. Hinc est quod, ut in primo generali vel particulari transmarino passagio pro dicte Terre negotio per Sedem Apostolicam indicendo, possis convenientius ac honorabilius transfretare, XXV^{m} florenorum auri, colligenda de (h)elemosinis et legatis factis vel faciendis in regno Francie, certo tamen modo ipsa persolvendi in ipsis nequaquam habito, tibi liberaliter largimur, que tibi de legatis et (h)elemosinis predictis persolvi volumus, ex quo dictum passagium indictum, ut predicitur, fuerit, et elemosine seu legata[2] in regno predicto usque saltem ad summam hujusmodi fuerint recollecta ; ita tamen quod in prefato ipsa negotio tenearis expendere ac de hoc adimplendo prestare, deputando per dictam Sedem, ydoneam cautionem. Per hanc autem concessionem non intendimus Cameram nostram nec Ecclesiam quovismodo nec predicta quoad alia nec aliter quam expressata superius obligare. Datum Avinione X kal. januarii, anno octavo. »

1. Reg. *tantam.*
2. Reg. *legato.*

1895 Avignon, 29 décembre 1323.

Regi Franciae prædictam concessionem notificat. (Reg. 112, p. II, fol. 8, c. 531.)

« *Regi Francie.* Excellentie regie litteris super negotio dilecti filii nobilis viri Ludovici, comitis Clarimontis, consueta benignitate receptis, et contentis in eis plenius intellectis, nos, ut predictus comes sue

devotionis intensum desiderium quod circa negotium passagii transmarini, et ipsum procurandum passagium, habere noscitur, utilius prosequi valeat, et in primo generali vel particulari passagio pro dicte Terre negotio per Sedem Apostolicam indicendo, convenientius et honorabilius transfretare, xxv^{m} florenorum auri, colligenda de elemosinis[1] factis vel faciendis propter hoc in regno tuo sub certis modis et formis, sicut continetur seriosius in litteris nostris apostolicis patentibus inde confectis eidem comiti directis, duximus liberaliter concedenda, nec ad presens vidimus quod aliud sibi subcidium facere valeamus. Datum Avinione, IIII kal. januarii, anno octavo. »

1. La lettre précédente ajoute ici : *et legatis*. Peut-être y a-t-il une omission du scribe.

1896 Avignon, 31 décembre 1323.

Agneti, ducissæ Burgundiæ, ut Eduardum, comitem Sabaudiæ, et Guigonem, delphinum Viennensem, ad concordiam juxta litteras apostolicas ipsis directas inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 8 v°, c. 533.)

« *Agneti, clare memorie beati Ludovici regis Francie filie, ducisse Burgundie.* Per litteras nobilitatis tue, quas consueta benignitate recepimus, grata dedisti nobis indicia sive argumenta quodammodo bone spei quod dilectus filius nobilis vir Eduardus, comes Sabaudie, et Guigo, delfinus Viennensis, ab olim ex parentum[1] sejunctis affectibus dessidentes (*sic*), et jam per quosdam inopinatos gratificationis utrinque successus debitum percipientes, ad invicem benivole caritatis credantur, virtute inspirante Altissimi, ad frugem per nos diu affectate concordie facilius inclinari, propter quod tuis in hoc fidis assertionibus inherentes, et sperantes quod si tu, filia, hujusmodi negotii mediatrix, juxta gratiam tibi a Domino traditam, tractabiles ipsorum dessidentium, sicut, in[n]uimus, animos, tanquam telluris apte novalia tue persuasionis instantia quasi vomeris abruptione pre(s)cideris, locum ydoneum spargendo benivolentie semini preparabis, scire te cupimus quod hortari per litteras nostras, actore Deo, ipsos dessidentes intendimus et diligenter inducere ad pacem perpetuam, vel saltem, quod ejus habet ymaginem, ad treuguam, si, quod absit, consequi nequiverimus aliud, diuturnam faciendam per se vel indicendam per nos de communi placito partium et consensu.

Quocirca nobilitatem tuam requirimus et rogamus attente quatinus apud prefatos nobiles sic super hiis, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia, juxta posse, insistas efficaciter et labores, quod, cum ad eos hujusmodi exhortatio et inductio nostra pervenerit, ad premissa ipsos inveniat paterne tractationis affabiles[2] et executionis oportune reperiat efficaces ; nosque demum te propterea divine retributionis emeritam dignis attollamus in Domino laudibus, letemur insuper et exultemus in ipso tue mediationis[3] opere impensa nostre diligentie studia profuisse. Datum Avinione II kal. januarii, anno octavo. »

1. Reg. *parentis*.
2. Reg. *affacibiles*.
3. Reg. *tui mediamnis* (?).

1897 Avignon, 1er janvier 1324.

Omnia jura ecclesiæ Avinionensis in castris de Ponte Sorgiæ et de Interaquis Romanæ Ecclesiæ unit. (Reg. 76, cur. fol. 2 v°, c. 7 ; — Cocquelines, *Bullar. Rom.*, t III, p. II, p. 190.)

« *Ad perpetuam rei memoriam.* Dum a nobis quod justum est petitur et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per solicitudinem nostri officii ad debitum perducatur effectum. Sane dilecti filii Geraldus, prepositus, et capitulum ecclesie Avinionensis, ordinis sancti Augustini, attendentes quod certi redditus et proventus quos episcopus Avinionensis, qui est pro tempore, in castris de Ponte Sorgie et de Interaquis ad Romanam Ecclesiam spectantibus, nomine ecclesie predicte Avinionensis habere noscitur, ac certa pars jurisdictionis ejusdem castri de Interaquis ejusque pertinentiarum ad eosdem episcopum et ecclesiam pertinens, propter periculosas dissentiones que inter gentes et officiales Romane et Avinionensis ecclesiarum predictarum, pretextu regiminis dicte p[ar]tis jurisdictionis et perceptionis redditum et proventuum predictorum, sepe contingunt, parum aut nichil utilitatis, sed potius incomoditates varias afferunt et attulerunt hactenus episcopo et ecclesie memoratis, nobis humiliter et

unanimiter supplicarunt ut, pro honore et utilitate predicte Avinionensis ecclesie, partem jurisdictionis ac redditus et proventus predictos in quibuscunque consistant, ab ecclesia Avinionensi et mensa episcopali ejusdem separare prefateque Romane Ecclesie et castris predictis unire et incorporare perpetuo, et eidem Avinionensi ecclesie pro predictis prestari facere condecentem recompensationem in aliis dignaremur, prout in litteris patentibus super hoc confectis dictorum prepositi et capituli sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur. Nos autem predicte Avinionensi ecclesie, quam amoris privilegio complectimur specialis, periculis et incomoditatibus obviare providereque utilitatibus paterne solicitudinis studiis cupientes, ac volentes ipsorum prepositi et capituli votis et supplicatonibus annuere favorabiliter in hac parte, predicte jurisdictionis partem ac redditus et proventus predictos in quibuscumque consistant, ab ecclesia Avinionensi predicta et ipsius mensa episcopali separantes omnino, eidem Romane Ecclesie et castris predictis auctoritate apostolica et ex certa scientia incorporamus, perpetuo annectimus et unimus. Et licet memorate Avinionensi ecclesie hactenus contulimus et applicavimus multa bona, nichilominus tamen de recompensatione decenti propter hoc intendimus providere, prout loco et tempore congruis videbimus oportunum.

Tenor vero litterarum predictarum talis est : Sanctissimo in Christo — Quia nostram Avinionensem — Dat. Avinione, die XI mensis novembris, anno Domini M° CCC°XX°II°.

Nulli ergo — Dat. Avinione, kalendis januarii, anno octavo. »

1898 Avignon, 4 janvier 1324.

Ludovici, comitis Clarimontis, petitioni ratione passagii transmarini respondet eique de venatione transmissa gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 8, c. 532.)

« *Ludovico, comiti Clarimontis.* Nobilitati[s] tue litteris super subcidio (*sic*) tibi faciendo ratione passagii transmarini nuper solita benignitate receptis, et contentis in eis plenius intellectis, ecce quod petitioni tue hujusmodi liberaliter duximus, quantum cum Deo potuimus, annuendum sicut per patentes alias litteras nostras inde tibi directas eidem nobilitati seriosius innotescet. De venatione autem tua nobis copiose transmissa devotioni tue gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, II nonas januarii, anno octavo. »

1899 Avignon, 5 janvier 1324.

Bertrandum Cariti et Raymundum de Parisius, de quingentis florenis auri de prioratu sancti Martini in Valle Carnotensi, ordinis sancti Benedicti, provenientibus quittat. (Reg. 111, fol. 92 v°, c. 364.)

« *Dilectis filiis Bertrando Cariti, archidiacono Vaurensis, et Raymundo de Parisius, canonico Turonensis ecclesiarum.* Cum de bonis — Dat. Avinione, nonis januarii, anno octavo. »

1900 Avignon, 5 janvier 1324.

Petro Marini et Raymundo de Bernardono, ut pecuniam ab officiali Tolosano Cameræ Apostolicæ debitam recipiant. (Reg. 112, p. I, fol. 79 v°, c. 370.)

« *Dilectis filiis Petro Marini, de Avalhaco, et Raymundo de Berna[r]dono, de Rovennaco, Caturcensis et Narbonensis diocesium, ecclesiarum rectoribus.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, nonis januarii, anno octavo. »

1901 Avignon, 5 janvier 1324.

Archiepiscopo Bituricensi, ut ad perficiendum tractatum de matrimonio inter filiam H[enrici], domini Soliaci, et filium quondam Andreæ de Calvignaco contrahendo, zelum adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 8 v°, c. 534.)

«.., *archiepiscopo Bituricensi.* Turbamur et tu — Sane audivimus noviter quod, non obstante tractatu de dilecto filio nobili juvene.., genito condam Andree de Calvigniaco, et dilecta in Christo filia nobili muliere.., nata dilecti filii H., domini de Suliaco, matrimonialiter insimul collocandis, sicut nosti, jam habito et firmato ulterius vinculo corporali prestiti juramenti per te aut ipsum quondam Andream aliosque suos con-

sanguineos et amicos, ejusdem sponsi mater et nonnulli sequaces ipsius nitantur eam, fracto tanti ligaminis federe, in virum alias attinenti sibi propinqua consanguinitatis linea copulare. Cumque, offensis legibus divinis etiam et humanis, id, si fiat, humane deroget fidei nec tue fame aliqualiter congruat et honori, fraternitatem tuam requirimus et hortamur attente quatinus matrem predicti sponsi aliosque suos consanguineos et amicos, quorum interesse dinoscitur, ad observantiam debitam premissi tractatus oportune moneas et inducas, nichilominus predictum matrimonium aliud, quantum in te fuerit, de facto, cum de jure non possit, aliquatenus fieri non permittas; in premissis te taliter habiturus quod, dignus propterea tam laude quam premio, patenter edoceas quantum ex corde sic firmata prosequeris et contemptum scelus violande fidei detestaris. Datum Avinione, nonis januarii, anno octavo. »

1902 Avignon, 5 janvier 1324.

Johanne, reginæ Franciæ, de venatione transmissa regratiatur. (Reg. 112, p. ii, fol. 8 v°, c. 535.)

« *Johanne, regine Francie et Navarre.* Venationem nuper nobis a tua serenitate transmissam gratanter accepimus, de qua tibi gratiarum peruberes referimus actiones. Datum ut supra proxime. »

1903 Avignon, 7 janvier 1324.

Regem Angliæ iterum rogat ut quamdam terram ab officialibus ducatus Aquitaniæ detentam, Bernardo Jordani, domino Insulæ, restitui faciat. (Reg. 112, p. ii, fol. 49, c. 777; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 110, n° 268.)

« *Dicto regi Anglie.* Quod celsitu[d]o regia benigne agens cum dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani, domino Insule, quem obtentu sue devotionis ad nos et sanctam Romanam Ecclesiam, speciali favore prosequimur, mandet sibi restitui terram ad ipsum, ut asserit, de jure spectantem, quam utique quondam maternus avus, et successive Jordanus, germanus dicti nobilis, tenuisse ac possedisse noscuntur, quamque officiales tui ducatus Acquitanie pro parte tua nunc detinent, preces paterne fiducie frequenter, fili carissime, tibi direximus[1] efficaces, que, cum adhuc super hiis ad exauditionis gratiam introducte non fuerint, cum consueta fiducia, hujusmodi precum instantiam duximus iterandam, eo affectuosius quo sepius serenitatem regiam deprecantes quatinus erga prefatum nobilem, suis meritis benivole in hac parte tractandum, nostro intuitu liberaliter condescendens, jubeas terram sibi restitui memoratam, ita quod inde prefatus nobilis procul dubio magna tibi affectione devotus, erga te sue devotionis talenta multiplicet, nosque id valde gratum habentes, propterea regie liberalitatis affectum paternis prosequamur in Domino actionibus gratiarum. Datum Avinione, vii idus januarii, anno octavo. »

1. Reg. *duxerimus.*

1904 Avignon, 7 janvier 1324.

Hugoni le Despensier juniori, ut eumdem regem ad præfata inducat. (Reg. 112, p. ii, fol. 49, c. 778; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 111, n° 269, analyse.)

« *Predicto Hugoni le Despensier.* Quod carissimus in — laudibus commendandam[1]. »

1. Le date est donnée par la formule : *Datum ut supra* qui suit (voyez n° 1906).

1905 Avignon, 7 janvier 1324.

In e. m. Roberto de Baldock, archidiacono Middlesexensi in ecclesia Londoniensi, Eduardi, regis Angliæ, cancellario (Reg. 112, p. ii, fol. 49, p. c. 778; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1906 Avignon, 7 janvier 1324.

In. e. m. episcopo Exoniensi, dicti regis thesaurario. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. ii, fol. 49, p. c. 778; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1907 Avignon, 10 janvier 1324.

Hugoni le Despensier juniori, de favoribus domino Soliaci impensis et de concordia inter regem Angliæ et Scotos reformanda. (Reg. 112, p. ii, fol. 43, c. 745.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni Dispensatori,*

militi, juniori. Advenit nobis in exultationis augmentum grata relatio dilecti filii nobilis viri Henrici, domini de Suliaco, buticularii Francie, coram nobis non sine multe laudis preconiis asserentis nobilitatem tuam eidem circa personam et negotia sua innumeras gratias et favores multiplices impendisse, super quibus nobilitatem eandem cum gratiarum actionibus multipliciter commendantes, illam rogamus attentius et hortamur quatinus, exuberanter premissa continuans, adeo nobili prefato hujusmodi gratias et favores augmentes quod, tam apud carissimum in Christo filium nostrum Ewdoardum, regem Anglie illustrem, quam alibi, suis negotiis in illis partibus feliciter expeditis, in votivis ipse tibi perpetuo sit astrictus, nosque proinde tue devotionis providentiam dignis gratiarum actionibus uberius prosequamur. Ceterum, quia supponimus indubie predictum nobilem zelare sinceris affectibus comodum regium et honorem, et idem de tua sinceritate sentimus, ac vos ambo esse in hac parte credimus unanimes et concordes, quedam sibi duximus super hoc fiducialiter impendenda per ipsum referenda tue prudentie, super quibus fidem sibi credulam et una cum ipso adhibere procures operam efficacem. Ad hec, cum tractatus reformande concordie inter eundem regem et Scotos, nedum ipsis dissidentibus perutilis[1] sed toti Christianitati et passagio transmarino plurimum profuture, hactenus ex ea retardatus fore dicatur et litterarum nostrarum presentatio, quas nobili viro Roberto de Brus sepe direximus super hoc, impedita, quod eidem Roberto scribebamus suppresso titulo regie dignitatis, prefatum regem Anglie per alias nostras litteras exhortamur quod, cum hujusmodi scriptionis titulus nec juri regio detrahat nec dicti Roberti accrescat comodis, ut nos, qui dictam concordiam intensis desideramus affectibus, eidem Roberto sub dicto scribamus titulo, velit equanimiter tollerare; quare precibus nostris predictis adicimus ut apud regem ipsum instare super hiis, et ad hoc suum animum inclinare, ut intensum nostri desiderium propterea non frustretur, sicut tue circumspectioni videbitur, non ommittas. Datum Avinione, III idus januarii, anno octavo. »

1. Reg. *perutili.*

1908 Avignon, 12 janvier 1324.

Mathildim, comitissam Valesii, de securo conductu Mariæ, natæ suæ, ducissæ Calabriæ concesso, necnon de bono affectu Roberti, regis Siciliæ, certiorem facit eisque Petrum de Via mittit. (Reg. 112, p. II, fol. 8 v°, c. 536.)

« *Mathildi, comitisse Valesii.* Benigne recepimus litteras — Ceterum tuo et dicte ducisse de Lugduno audito di[s]cessu, dilectum filium nobilem virum Petrum de Via, nepotem nostrum, jam in procinctu ad carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, accedendi personaliter, exeuntem retinendum providimus et ad vestram presentiam destinandum, cui super hiis que pro parte nostra retulerit fidem velitis credulam adhibere. Datum Avinione, II idus januarii, anno octavo. »

1909 Avignon, 13 janvier 1324.

Alphonso de Hispania, ut moram Petri Dueza, Arnaldi, ejusdem Petri nati, ac Petri de Via, qui in adventu Caroli, regis Franciæ, interesse Caturci non potuerunt, excuset. (Reg. 112, p. II, fol. 14 v°, c. 555.)

« *Alfonso de Yspania.* Nuper de adventu carissimi in Christo fili nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, ad partes Caturcenses rumoribus certis auditis, dilectos filios nobiles viros Petrum Duesa, germanum, et Arnaldum, natum ejus, ac Petrum de Via, nepotes nostros, disposuimus ante festum Nativitatis dominice proximo preteritum in occursum regis ipsius, et ad exhibendum sibi reverentiam debitam destinare. Sed postmodum intellecto quod idem rex non erat sic in proximo ad partes venturus easdem, quodque dilectarum in Christo filiarum nobilium mulierum Mathildis, consortis, et Marie, ducisse Calabrie, dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii, comitis Valesii, propinquus erat adventus ad curiam, quibus per eosdem germanum et nepotes specialem exhiberi reverentiam volebamus, eos duximus amplius retinendos. Deinde vero, circa festum predictum, ad nostram presentiam rumoribus repentinis perlato prefatum regem adeo iter suum ad partes accelerasse predictas quod ipsi non poterant commode in ejus adventu interesse Caturci, aliisque impedimentis supervenientibus interim

et adventu appropinquante nobilium predictorum, adhuc ipsos habuimus quasi inevitabiliter retinere ; quocirca discretionem tuam, de qua specialem in Dominico fiduciam obtinemus, attente rogamus quatinus moram germani et nepotum predictorum excusare, ipsosque regie celsitudini, prout tue circumspectioni videbitur, studeas affectuosius commendare, cum eos illuc transmittere quantocius commode poterimus intendamus. Datum Avinione, idus januarii, anno VIII°.

1910 Avignon, 13 janvier 1324.

Comiti Valesii Henricum de Soliaco, buticularium Franciæ, iterum commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 16, c. 570.)

« *Comiti Valesii, pro domino de Suliaco.* Sicut alias tue nobilitatis magnificentie dilectum filium Henricum, dominum de Suliaco, buticularium Francie, tui honoris[1] et commodi fervidum zelatorem, meminimus commendasse, ipsum adhuc iteratis precibus commendamus, eandem rogantes magnificentiam et hortantes quatinus, zelum quem idem nobilis gerit et gessit hactenus ad tua ferventer obsequia et beneplacita prosequenda benignius inter precordia recensendo, eum super agendis suis velit tue nobilitatis excellentia prosequi gratiis et favoribus oportunis. Datum Avinione, idibus januarii, anno octavo. »

1. Reg. *honore.*

1911 Avignon, 13 janvier 1324.

Regem Angliæ de beneficiis et favoribus prædicto Henrico impensis gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 43 v°, c. 746; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, p. II, p. 88.)

« *Regi Anglie.* Gratis admodum relatibus dilecti filii nobilis viri Henrici, domini de Suliaco, buticularii Francie, ex[c]ellentiam regiam apud nos multe laudis preconiis attollentis, letanter accepto qualiter, post obitum inclite recordationis Philippi, Francie et Navarre regis, eundem nobilem gratiose recipiens, regia benignitas variis fovit beneficiis et favoribus precipuis honoravit, inde magnificentiam regiam cum gratiarum actionibus plurimum in Domino commendamus, illam rogantes et hortantes attentius quatinus erga predictum nobilem, honoris et comodi regii fervidum zelatorem, hujusmodi favores et beneficia sic continuare velit regia benignitas nostrorum precaminum interventu, quod ex hoc sublimitatem regiam prosequi uberioribus gratiarum actionibus merito debeamus. Datum Avinione, idibus januarii, anno octavo.

1912 Avignon, 13 janvier 1324.

Stephano de Vidilhaco mandat ut quosdam redditus et proventus castrorum de Ponte Sorgiæ et de Interaquis ac certam partem jurisdictionis dicti castri de Interaquis, dudum Ecclesiæ Romanæ unitos, recipiat et in illorum possessionem thesaurarium comitatus Venayssini ac procuratorem dictæ Romanæ Ecclesiæ inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 85 v°, c. 965.)

« *Dilecto filio magistro Stephano de Vidilhaco, archidiacono de Aureliaco in ecclesia Claromontensi.* Dudum dilecti filii Geraldus, prepositus, et capitulum ecclesie Avinionensis, ordinis sancti Augustini, asserentes quod certi redditus et proventus quos episcopus Avinionensis, qui est pro tempore, in castris de Ponte Sorgie et de Interaquis ad Romanam Ecclesiam spectantibus, Avinionensis diocesis, nomine predicte ecclesie Avinionensis habere dinoscitur, ac certa pars jurisdictionis dicti castri de Interaquis ejusque pertinentiarum ad eosdem episcopum et ecclesiam Avinionenses pertinens, propter periculosas dissentiones (*sic*) que inter gentes et officiales Romane et Avinionensis ecclesiarum predictarum, pretextu regiminis dicte partis jurisdictionis et perceptionis redditum et proventuum predictorum, consueverunt sepe contingere, parum aut nichil utilitatis, sed potius incommoditates varias attulerunt hactenus, ac etiam afferebant episcopo et ecclesie Avinionensibus predictis, nobis humiliter et unanimiter per suas patentes litteras supplicarunt ut, pro honore et utilitate ipsius Avinionensis ecclesie, partem jurisdictionis, ac redditus et proventus predictos, in quibuscumque consisterent, ab eadem ecclesia Avinionensi et mensa episcopali ejusdem separare, prefateque Romane Ecclesie et etiam castris predictis unire et incorporare perpetuo, et eidem Avinionensi ecclesie, pro predictis, prestari facere condecentem recompensationem

in aliis dignaremur. Nos autem predicte Avinionensis ecclesie, quam amoris privilegio complectimur specialis, periculis et incommoditatibus obviare, providereque utilitatibus paterne solicitudinis studiis cupientes, ac volentes ipsorum prepositi et capituli votis et supplicationibus annuere favorabiliter in hac parte, predicte jurisdictionis partem ac redditus et proventus predictos, in quibuscumque consisterent, ab ecclesia Avinionensi predicta et ipsius mensa episcopali separantes omnino, Romane Ecclesie et castris predictis per alias nostras sub certa forma litteras auctoritate apostolica et ex certa scientia incorporandos et admittendos duximus ac etiam uniendos[1], eidem Avinionensi ecclesie de recompensatione decenti providere propter hoc, sicut loco et tempore congruis videbimus oportunum, nichilominus intendentes, prout in eisdem litteris plenius continetur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus eandem partem jurisdictionis ac redditus et proventus predictos per nos, ut premittitur, Ecclesie Romane et castris predictis incorporatos, annexos et unitos, ad manus tuas, nostro et ejusdem Ecclesie Romane nomine recipiens, in illorum corporalem possessionem vel quasi, dilectos filios thesaurarium comitatus Venaysini ad eandem Romanam Ecclesiam pertinentis, ubi dicta castra consistunt, et procuratorem ejusdem Ecclesie Romane, nostro et ipsius nomine, inducere et inductos defendere non postponas, faciens inde fieri duo vel plura publica instrumenta, quorum altero in archivo comitatus remanente predicti, reliquum ad nostram Cameram studeas fideliter destinare; contradictores — Datum Avinione, idus januarii, anno octavo. »

1. 1er janvier 1324 (n° 1897).

1913 Avignon, 17 janvier 1324.

Eidem Stephano, ut Bertrandum Aulrici, canonicum monasterii sancti Ruffi Valentinensis, ordinis sancti Augustini, ab eodem ordine apostatam, si in comitatu Venayssini inventus fuerit, capi faciat et fideliter custodiri. (Reg. 112, p. ii, fol. 84 v°, c. 962.)

« *Dilecto filio magistro Stephano de Vidiliaco, archidiacono Aureliacensi in ecclesia Claromontensi, capellano nostro*. Nuper fide dignorum — Dat. Avinione, xvi kal. februarii, anno octavo. »

1914 Avignon, 17 janvier 1324.

Guillelmo, episcopo Caturcensi, quod matrimonium inter Guillelmum de Medullione et nobilem mulierem Bernardam de Rogerio solemnisare possit, non obstante prohibitione temporum. (Reg. 76, cur. fol. 3, c. 9.)

« *Dilecto filio venerabili fratri Guillelmo, episcopo Caturcensi*. Licet sacri canones — Dat. Avinione, xvi kal. februarii, anno octavo[1]. »

1. Cet acte a été enregistré probablement par erreur, à la date du 17 décembre 1323, dans le registre 112 (Voyez ci-dessus, n° 1888).

1915 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Franciæ Petrum Dueza, Arnaldum ejusdem Petri natum, ac Petrum de Via mittit; excusationem ab eo pro Arnaldo de Trianno, in curia ratione officii sui retento, petit, et de successis in villa de Alesto eum certiorem facit. (Reg. 112, p. ii, fol. 13, c. 545.)

« *Regi Francie*. Licet dilectos filios nobiles viros Petrum Duesa, germanum, et Arnaldum, natum ejus, ac Petrum de Via, nepotes nostros, quos dudum, audito certitudinaliter ad partes Tholosanas adventu regio, disposueramus in occursum regie celsitudini ad exhibendum debitam reverentiam destinare, postmodum certis ex causis et impedimentis supervenientibus, sicut ea celsitudini regie meminimus descripsisse, usque nunc duxerimus retinendos, modo tantum, postquam dilecta nobis in Christo filia nobilis mulier Mathildis, consors dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii, comitis Valesii, ac Maria, nata sua, ducissa Calabrie, ad Romanam curiam applicarunt, oportunitate captata, prefatos germanum et nepotes ad regalem presentiam, qui die date [presentium] iter arripuerunt, destinamus. Et quia dilectus filius nobilis vir Arnaldus de Trianno, Romane curie marescallus, adeo nobis et eidem curie, propter continuum exercitium sui officii, existit necessarius, quod eo carere comode non valemus, serenitatem regiam attente rogamus quatinus accedentium moram, ac ejusdem marescalli absentiam excusatas, et nichilominus eorum singulos

habere velit regia sublimitas propensius commendatos. Et quia, sicut relatione percepimus fide digna, in villa de Alesto quedam ad consolationem fidelium et catholice fidei fulcimentum hiis diebus preteritis contigerunt, illa discretioni regie per cedulam inclusam presentibus curavimus ad gaudium nuntiare. Datum Avinione, XIIII kal. februarii, anno octavo. »

1916 Avignon, 19 janvier 1324.

Comiti Valesii super eodem, ut prædicti Arnaldi absentiam excusatam habere velit. (Reg. 112, p. II, fol. 13 v°, c. 546.)

« *Comiti Valesii.* Cum sicut tue — Datum ut supra. »

1917 Avignon, 19 janvier 1324.

Mariæ, reginæ Franciæ, germanum et nepotes ipsius una cum quibusdam nobilibus commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 13 v°, c. 547; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 112, n° 272.

« *Marie, regine Francie.* Dilectos filios Petrum Duesa, germanum, et Arnaldum, natum ejus, ac Petrum de Via, nepotes nostros, ad regalem presentiam accedentes, necnon Bernardum Convenarum, Gastonem Fuxi, et Archambaudum Petragoricensem comites, ac Bernardum Jordani, dominum de Insula, super suis agendis excellentie regie, affectione qua possumus, commendamus. Datum Avinione ut supra. »

1918 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Franciæ proposita pro parte ducis Bavariæ et qualiter processum est contra eum notificat, moramque Petri ac Arnaldi Dueza et Petri de Via iterum excusat. (Reg. 112, p. II, fol. 13 v°, c. 548; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 172, n° 347, extrait.

« *Regi Francie.* Nuper, fili carissime, certitudinaliter intellecto quod dux Bavarie in regem Romanorum electus, certos ad nostram presentiam nuntios destinabat, hec excellentie regie curavimus intimare. Ut autem quid prefati nuntii proposuerint quidque ipsis per nos responsum fuerit providentia regia non ignoret, ecce quod in summa proposuerunt nuntii antedicti : quod eorum dominus murmurando perceperat ab aliquibus quod in Romana curia graves processus facti fuerant contra eum, licet super hoc certitudinem alias non haberet, ipsosque ad nostram presentiam miserat ut se deberent super hoc plenius informare, et si processus tales contra ipsum habitos invenirent, nobis pro parte sua supplicare deberent ut ei, ad deliberandum super illis seque excusandum et facta sua justificandum, vellemus certum terminum assignare, cum, si forsan excessisset in aliquo, paratus esset illa reformare, et hoc idem eorum procuratorium continebat.

Nos autem, cum fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti, prefati ducis excessibus repetitis, de fratrum nostrorum consilio, ipsis duximus respondendum quod nostre intentionis non erat in processu nostro contra dictum ducem habito aliquid innovare ipsum tollendo vel suspendendo, vel quoad impediendum effectum sententiarum in eo latarum terminum, dilationem vel prorogationem aliquam concedendo, immo volebamus eum, quoad omnia contenta in ipso, et ipsius effectum in suo pleno vigore atque robore permanere. Verum cum in dicto processu sibi duxerimus intimandum quod, si in premissis in ipso processu contentis, infra prefixum sibi terminum exequendis, foret[1] negligens vel remissus, contra ipsum ad publicationem penarum, in quas propter excessus in dicto processu(s) expressos inciderat vel incideret in futurum, et alias, quas suaderet justitia, procederemus, ejus abscentia (*sic*) non obstante, intendebamus usque ad duos menses a data presentium computandos, a publicatione penarum in processibus hujusmodi ac ab aggravatione supersedere processus ejusdem, infra quos certificari possemus quod per eundem circa premissa extiterit refformatum. Per hoc tamen nec volebamus nec intendebamus nos aliquatenus obligare, quin etiam, eorundem duorum mensium pendente termino, ad aggravationem dicti processus et alias possemus procedere contra ipsum, si et prout nobis pro conservatione jurium et honoris ejusdem Ecclesie viderimus expedire. Hanc igitur responsionem nostram die date presentium publicandam providimus, ut ad ipsius ducis et communem omnium notitiam deducatur, ac litteras nostras bullatas responsionem

continentes eandem in ecclesie Avinionensis appendi hostiis (*sic*) fecimus et affigi.

Ad hec dilectos filios nobiles viros Petrum, germanum, ac Arnaldum Duesa, et Petrum de Via, nepotes nostros, quos in occursum disposueramus regie magnitudinis nudius destinare, cum adventus regius vicinior quam speremus extiterit, nonnullaque emergentia postmodum, que ipsi regie celsitudini explicabunt oretenus, illorum accessum impedierunt, super mora excusantes hujusmodi, eidem celsitudini affectius commendamus. Verentes itaque, propter viarum discrimina, ne fortassis ad manus regias hujusmodi littere pervenissent, illas sub presentium serie destinare providimus iterato. Datum ut supra. »

1. Reg. *fores*.

1919 Avignon, 19 janvier 1324.

In e. m. comiti Valesii. (Reg. 112, p. II, fol. 13 v°, p. c. 548.)

1920 Avignon, 19 janvier 1324.

Eidem regi Franciæ, quod ad supplicationem Johannis, regis Bohemiæ, nihil in processu contra ducem Brabantiæ per Ludovicum, ducem Bavariæ, habito, immutare intendit. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 549; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 474, n° 1280.)

« *Regi Francie.* Ad regalis celsitudinis notitiam deducimus per presentes quod, super processu habito contra dilectum filium nobilem virum ducem Brabantie, ad instantiam carissimi in Christo filii nostri Johannis, regis Boemie illustris, per magnificum virum Ludovicum, ducem Bavarie, in discordia in regem Romanorum electum, hoc quod a nobis pro parte dicti regis supplicatum extiterit, videlicet quod circa processum predictum contra dictum ducem Brabantie et pro rege predicto coram dicto duce Bavarie habitum, nichil vellemus, si pro parte dicti ducis Brabantie nos requiri contingeret specialiter, immutare, prompte duximus annuendum. Processus autem contra dictum ducem habitos ex[c]ipere a nostris processibus, sine evidenti processuum eorundem prejudicio nostraque indecentia, sicut et circumspectio potest percipere regia, nequiremus, presertim cum, tam in curia quam in diversis mundi partibus, processus nostri predicti absque exceptione processus alicujus fuerint publicati. Datum ut supra. »

1921 Avignon, 19 janvier 1324.

Eidem regi, ut Petro de Via, ipsius nepoti, in hiis quæ viva voce exponere habet, fidem credulam adhibere velit. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 550.)

« .., *regi Francie.* Cum dilecto filio nobili viro Petro de Via, nepoti nostro, ad regalem presentiam accedenti, quedam imposuerimus pro parte nostra regie celsitudini vive vocis oraculo referenda, eandem celsitudinem deprecamur quatinus ipsum benigne velit audire super hiis et fidem credulam adhibere. Datum Avinione ut supra. »

1922 Avignon 19 janvier 1324.

Comiti Valesii, ut eidem Petro fidem adhibere velit. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 551.)

« .., *comiti Valesii.* Cum dilecto filio — Datum ut supra. »

1923 Avignon, 19 janvier 1324.

Roberto, comiti Bononiæ, germanum et nepotes ipsius ad Carolum, regem Franciæ, accedentes necnon Gastonem Fuxi, Bernardum Convenarum, Archambaldum Petragoricensem comites et Bernardum Jordani, dominum de Insula, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 14, c. 552; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 113, n° 274, analyse.)

« *Roberto, comiti Bononie.* Dilectum filium nobilem virum Petrum Duesa, germanum, et Arnaldum, natum ejus, ac Petrum de Via, nepotes nostros, quos, ex certis (ex) causis et impedimentis supervenientibus nobilitati tue per ipsos plenius referendis, usque modo retinuimus, ad carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, presentiam accedentes, necnon dilectos filios nobiles viros Gastonem Fuxi, ac Bernardum Convenarum, et Arcambaudum Petragoricensem, et Bernardum Jordani, dominum de Insula, tue nobilitatis providentie commendamus; illam attentius deprecantes quatinus ipsos

et eorum singulos ac ipsorum negotia sic velit tua benivolentia dirigere et eis assistere, sicut honeste poterit, consiliis, auxiliis et favoribus oportunis, quod propter hoc in tuis oportunitatibus fortius nos astringa[s]. Datum ut supra. »

1924 Avignon, 19 janvier 1324.

Matheo de Tria, marescallo Franciæ, eosdem commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 14, c. 553; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 113, n° 273, analyse.)

« *Matheo de Tria, marescallo Francie.* Habet de tue — Datum ut supra. »

1925 Avignon, 19 janvier 1324.

Magistro Johanni de Cerchemont Petrum et Arnaldum Dueza ac Petrum de Via commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 14 v°, c. 554.)

« *Magistro Johanni Cerchamont.* De tue circumspectionis benivolentia gerentes fiduciam specialem, dilectos filios nobiles viros P. Duesa, germanum, ac Arnaldum, natum ejus, et Petrum de Via, nepotes nostros, ad regalem presentiam accedentes, eidem benivolentie specialiter commendamus, illam rogantes attentius quatinus sic eos velit tua providentia dirigere sibique, prout honeste poteris, consiliis et favoribus oportunis assistere, quod in tuis oportunitatibus propter hoc tibi fortius astringamur. Datum ut supra. »

1926 Avignon, 19 janvier 1324.

Ad majorem securitatem quasdam litteras iterat. (Reg. 112, p. ii, fol. 14 v°, c. 556.)

« Verentes[1] itaque, propter viarum discrimina, ne fortassis ad manus tuas hujusmodi littere pervenissent, illas sub presentium serie iterato destinare providimus per eosdem germanum et nepotes qui, captata oportunitate, die date presentium arripuerunt accedendi ad regalem presentiam iter suum. Datum Avinione, xiiii kal. februarii, anno octavo. »

1. Reg. *venientes* qui est une erreur manifeste. La lettre est, on le voit, incomplète ; elle ne figure pas à l'index du registre, elle est dépourvue d'adresse et d'incipit. Il semble qu'elle soit adressée à Alphonse d'Espagne, comme celle qui la précède dans le registre (c. 555) et qui est du 13 janvier (n° 1909). On remarquera que l'acte ci-dessus reproduit en partie la dernière phrase d'une lettre adressée au roi de France à la même date (n° 1918).

1927 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Franciæ, ne credat Gastonem Fuxi aliquid ex proposito contra honorem regium commisisse. (Reg. 112, p. ii, fol. 14, c. 557; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 113, n° 275.)

« *Regi Francie.* Quod dilectus filius nobilis vir Gasto Fuxi aliquid ex proposito contra honorem excellentie commiserit regie, vel committentibus consensum prebuerit vel favorem, ejus etas tenera ac fidelitatis debitum quo celsitudini regie se non ignorat astrictum, necnon et jura sanguinis que ad obsequendum devote regiis beneplacitis ipsum vinc[i]unt, probabiliter credere utique non permittunt ; ideoque providentiam regiam, affectu ampliori quo possumus, exoramus quatinus, premissis in examine recte rationis adducti[s], ejusdem comitis facta dijudicet ipsumque dignetur in suis agendis dirigere et habere propensius commendatum. Gratia Domini Jhesu Christi sit, fili carissime, tecum, qui te dirigat in agendis. Datum ut supra. »

1928 Avignon, 19 janvier 1324.

Carolo Valesii de eodem, ut dictum regem Francie ad benivolentiam erga præfatum Gastonem inducat. (Reg. 112, p. ii, fol 15, c. 558; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 114, n° 276, analyse.)

« *Comiti Valesii, pro eodem.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1929 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Franciæ, ut B[ernardum], comitem Convenarum, ejusque germanos in agendis commendatos habeat nec contra eos prolatis fidem adhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 15, c. 559; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 114, n° 277, extrait.)

« *Regi Francie, pro etc.* (sic). Illos, quos tenemus indubie tibi tuisque devotos[1] fuisse predecessoribus, intendentes constanter in hiis in posterum permanere, celsitudini regie fiducialiter commendamus. Hinc est quod dilectos filios nobiles viros B., Convenarum comitem, ejusque germanos, quorum progenitores honoris regii extiterunt, dum in rebus humanis agerent, fervidi zelatores, pro ipsius conservatione exponendo se et sua, spretis periculis et laboribus non vitatis, ipsique, eorum vestigiis inherentes, quotiens opus fuit, similia studuerunt sedule adimplere, illiusque existunt propositi quod in hoc, dum vixerint, inviolabiliter perseverent, benivolentiam regiam affectuosius deprecamur quatenus, premissis in consideratione deductis, ipsos dig[n]etur et eorum negotia habere propensius commendata, eorumque emulis, si que forsan contra ipsos vel eorum aliquem proferri[2] contingeret, nequaquam velit circumspectio regia fidem credulam adhibere. Datum ut supra. »

1. Reg. *devotis.*
2. Reg. *proferre.*

1930 Avignon, 19 janvier 1324.

Comiti Valesii ejusdem B[ernardi] negotia commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 15. c. 560; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 115, n° 278, analyse.)

« *Comiti Valesii, pro eodem.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1931 Avignon, 19 janvier 1324.

Eidem comiti Valesii Archambaldi, comitis Petragoricensis, negotia commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 15, c. 561.)

« *Eidem, pro comite Petragoricensi.* Pro dilecto filio — Datum ut supra. »

1932 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Francie Bernardum Jordani de Insula commendat moramque dicti Jordani excusat. (Reg. 112, p. ii, fol. 15, c. 562; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 115, n° 279.)

« *Regi Francie, pro domino de Insula.* Dilectum filium nobilem virum Bernardum Jordani, dominum de Insula, familiarem nostrum, suaque negotia regie magnificentie commendantes, illam rogamus, ampliori affectu quo possumus, quatinus prompta et devota obsequia que predictus nobilis suique progenitores, tam pacis quam belli temporibus, prompte exhibuerunt hactenus domu[i] regie, tuisque progenitoribus constanter et intrepide, spretis expensis et periculis, ac laboribus non vitatis, benigna consideratione recogitans, regia celsitudo velit eundem nobilem, nostrorum etiam intercessione precaminum, in suis agendis prosequi gratiis et favoribus oportunis, et attendens benignius regia providentia quod nobilis ipse multos habet emulos qui eum forcitan sagitant labiis detractoriis, presertim ad irritandum contra ipsum animum regium in occulto, auditum prebere nolit talibus nec aures accomodare faciles ad credendum. Nos enim tenemus indubie quod tandem, detractionibus ipsis a veritate repertis vacuis, prefatum nobilem fidelem inveniet regia sublimitas in omnibus et devotum. Ad hec, licet prefatus nobilis, adventu mox audito regio, disposuisset et parasset ad regalem presentiam dirigere gressus suos, supervenientibus tamen certis impedimentis, presertim infirmitate dilecti filii nobilis viri Bertrandi, nati sui, qui adhuc lecto infirmitatis decumbit, nequivit usque modo perficere comode quod disposuerat in hac parte, quare moram ipsius regia benignitas habere velit favorabiliter, quesumus, excusatam. Datum ut supra. »

1933 Avignon, 19 janvier 1324.

Comiti Valesii, pro eodem Bernardo Jordani. (Reg. 112, p. ii, fol. 15 v°, c. 563; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 116, n° 280, analyse.)

« *Comiti Valesii.* Dilectum filium nobilem[1] — et favoribus oportunis. Et quia sepius emuli, ad fortius conculcandum quos odiunt, contra eos suos irritare principes moliuntur, precibus nostris subjungimus ut magnitudinis tue providentia contra prefatum nobilem fidem non adhibeat talibus, nec tuus benignus animus irritetur. Tenemus siquidem indubie quod ad regia et tua beneplacita prosequenda fidelis reperietur in omnibus et devotus. Ad hoc, licet ipse postquam, jam diu est, ad regalem et tuam presentiam e vestigio disposue-

rat dirigere gressus suos, propter supervenientem gravem infirmitatem dilecti filii nobilis viri Bertrandi, nati sui, et alia certa impedimenta, compulsus per aliquos dies fuerit suum differre recessum, ipseque, post aliqualem dicti nati convalescentiam, mox arripere voluerit iter suum, tamen adventu dilectarum in Christo filiarum tuarum consortis et filie, ducisse Calabrie, audito propinquo, ipsum duximus usque nunc retinendum. Quare moram hujusmodi velit habere tua benignitas favorabiliter excusatam. Datum ut supra. »

1. Le passage supprimé ici reproduit, *mutatis mutandis*, le passage analogue de la lettre précédente.

1934 Avignon, 19 janvier 1324.

Johanni de Cerchemont, pro eodem. (Reg. 112, p. ii, fol. 15 v°, c. 564; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 116, n° 281, analyse.)

« *Magistro Johanni Cerchamont.* Illos, de quorum fidelitate et devotione sincera erga celsitudinem regiam indubitatam [fidem] obtinemus, illis de quibus confidimus commendamus. Hinc est quod cum dilectum filium Bernardum Jordani, dominum de Insula, talem indubie supponamus, ipsum ejusque negotia tue prudentie de qua plenam gerimus fiduciam, affectu pleniori quo possumus commendamus. Et quia emuli contra illos quorum sunt emuli, ad eis detrahendum et irritandum contra ipsos suos principes de facili prolabuntur, eisdem adicimus precibus ut, ne per talia carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, contra predictum nobilem provocari valeat, prout honeste poteris te opponas, ut per hoc in tuis oportunitatibus fortius nos astringas. Datum ut supra. »

1935 Avignon, 19 janvier 1324.

Alphonso de Hispania ejusdem Bernardi negotia commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 15 v°, c. 565 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 116, n° 282, analyse.)

« *Alfonso de Hispania, pro eodem.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1936 Avignon, 19 janvier 1324.

Eidem, ut Gastonem Fuxi, Bernardum Convenarum et Archambaldum Petragoricensem comites commendatos habens, eos in agendis dirigat. (Reg. 112, p. ii, fol. 15 v°, c. 566.)

« *Eidem Alfonso, pro comitibus Fuxi, Convenarum et Petragoricensi.* Dilectos filios nobiles — Datum ut supra. »

1937 Avignon, 19 janvier 1324.

Regem Franciæ ad concordiam cum Sancio, rege Majoricarum, habendam hortatur. (Reg. 112, p. ii, fol. 15 v°, c. 567.)

« *Regi Francie, super pace inter ipsum et regem Majoricarum.* Quia nonnunquam presentia dissidentium discordiis finem consuevit imponere quem nequivit procuratorum seu nuntiorum presentia obtinere, idcirco provid[ent]iam regiam duximus exhortandam ut illis questionibus, quas hostis pacis inter tuam magnificentiam, et carissimum in Christo filium nostrum Sancium, regem Majoricarum illustrem, satagit suscitare, tua et ipsius presentia, attentis commodis variis que ex pace, et dispendiis que ex ipsa possent discordia provenire, per vias pacificas studeat finem dare. Datum ut supra. »

1938 Avignon, 19 janvier 1324.

Regi Majoricarum, super eodem. (Reg. 112, p. ii, fol. 16, c. 568.)

« *Regi Majoricarum, super eodem.* Excellentie regie dudum — Datum ut supra. »

1939 Avignon, 19 janvier 1324.

Comiti Valesii, super eodem. (Reg. 112, p. ii, fol. 16, c. 569.)

« *Super eodem comiti Valesii.* Pro questionibus variis — Datum Avinione ut supra. »

1940 Avignon, 20 janvier 1324.

Cancellario Parisiensi, ut Hugonem de Marciaco, de ordine fratrum Prædicatorum, ad magisterium theologiæ promoveat. (Reg. 112, p. I. fol. 80. c. 371. — H. Denifle et E. Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. II, p. 274, n° 829, analyse.)

« *Dilecto filio cancellario Parisiensi.* Habet fide dignorum — Datum Avinione, XIIII kal. februarii, anno VIII°. »

1941 Avignon, 26 janvier 1324.

Bernardo, comiti Convenarum, nuntiat germanum et nepotes ipsius ac dominum de Insula eundi versus Tolosam ad Carolum, regem Franciæ, die jovis proximo præterita, iter arrippuisse. (Reg. 112, p. II, fol. 37, c. 710; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 117, n° 283.)

« *Dilecto filio nobili viro Bernardo, comiti Convenarum.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, VII kal. februarii, anno octavo. »

1942 Avignon, 26 janvier 1324.

Eidem, de solicitudine sua, de prædictorum germani et nepotum adventu necnon de cujusdam termini dilatione. (Reg. 112, p. II, fol. 37, c. 711 ; — L. Guérard. *Doc. pont.*, t. II, p. 117, n° 284.)

« *Eidem.* Solicitudimem quam in notificando rumores illarum partium adhibere non cessat tue nobilitatis providentia, velut nobis acceptam admodum, plurimum in Domino commendantes, illam rogamus attentius quatinus id continuare solicite non ommittat. Ceterum causas et impedimenta, propter que germanus et nepotes nostri suum ad partes illas diebus aliquibus distulerunt accessum, ipsi, quos[1] jamdiu illuc esse supponimus, tibi plenarie poterunt explicare. Dilationem autem illius termini ampliorem audiveramus quam tue continebant littere nobis gratam, sed postmodum per easdem litteras intellecto eam existere breviorem, ut fiat amplior dare proponimus operam efficacem. Datum Avinione ut supra. »

1. Reg. *quod*.

1943 Avignon, 26 janvier 1324.

Comiti Fuxi nuntiat se eum Carolo, regi Franciæ, et quibusdam aliis commendasse, dictumque comitem ad fidelitatem erga eumdem regem hortatur. (Reg. 112, p. II, fol. 37, c. 712; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 118, n° 285.)

« *Comiti Fuxi.* Super tuis agendis apud carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, tam eidem regi quam dilecto filio magnifico viro Carolo, filio regis Francie, comiti Valesii, et ceteris aliis magnatibus et consiliariis dicti regis, preces nostras per alias litteras dirigimus efficaces. Verum quia, progenitorum tuorum inherendo vestigiis, te decet et expedit fidelitatem et devotionem prefati regis Francie, sicut teneris ex debito et etiam jura te astringunt sangui[ni]s, efficaciter observare, nobilitatem tuam attensius (*sic*) exhortamur quatinus, prudenter et provide per viam rectitudinis dirigens actus tuos, sic beneplacitis regiis te coaptes, quod ab ipso diligi et in tuis conservari juribus merearis. Datum ut supra. »

1944 Avignon, 27 janvier 1324.

Merum et mixtum imperium jurisdictionemque in Castronovo, Cavallicensis diocesis, Rostagno de Sabrano qui, post translationem juris ab abbate sancti Guillelmi de Deserto, ordinis sancti Benedicti, Lodovensis diocesis, factam, fidelitatis juramentum præstiterat, concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 93, c. 423.)

« *Dilecto filio nobili viro Rostagno de Sabrano, domino Castrinovi, Cavallicensis diocesis.* Translato nuper per — Datum Avinione, VII kal. februarii, anno octavo. »

1945 Avignon, 27 janvier 1324.

Philippo, comiti Cenomanensi, super facto cujusdam abbatis et reservatione ecclesiæ Andegavensis respondet, priorem de Echartis[1] commendatum habere promittit et de sollicitudine erga Arnaldum Dueza gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 16 v°, c. 573.)

« *Philippo, comiti Senomanensi* (sic). Benigne recepimus diversas nobilitatis tue litteras nostro

apostolatui presentatas, et tam ea que clericus et miles, nuntii tui ad nostram presentiam destinati, sub credentia per alteram de dictis litteris sibi data, coram nobis proponere curaverunt, quam que dicte littere continebant, audivimus et intelleximus diligenter. Cumque predicti nuntii de facto cujusdam abbatis, nobis pro parte tua fecerint specialiter mentione[m], nos modum et formam quibus super illo per Sedem Apostolicam procedi debet et convenit, eisdem duximus exprimendos, sicut ipsi eidem nobilitati tue referre poterunt viva voce, super quibus, si ejusdem negotii prosequtor appareat ydoneus, nos favorabiles in exhibitione justitie reperiet et benignos. Ceterum provisionem ecclesie Andegavensis dispositioni nostre reservavimus, licet probabiliter ignoremus an in eadem jam fuerit electio celebrata, alias enim intendimus regiis et tuis precibus annuere, prout, sine juris alterius prejudicio, acceptum Deo putaverimus expedire. Rursus dilectum filium priorem de Echartis, tuorum interventu precaminum, habere proponimus, loco et tempore congruis, favorabiliter commendatum. Ad hoc, affectionem et solicitudinem quas circa promotionis et honoris augmentum dilecti filii nobilis viri Arnaldi Duesa, nepotis nostri, habere noscitur tue benivolentie promptitudo ubilibet, actionibus prosequimur gratiarum, ipsum ac germanum et alios nepotes nostros eidem benivolentie, affectione qua possumus, commendantes. Datum Avinione, VI kal. februarii, anno octavo. »

1. Les Essars, Maine-et-Loire, c^ne^ de Saint-Léger-des-Bois.

1946 Avignon, 28 janvier 1324.

Ludovico de Sabaudia de « electis[1] » et caseis transmissis regratiatur. (Reg. 112, p. II, fol. 85, c. 963[2].)

« *Dilecto filio nobili viro Ludovico de Sabaudia, domino Vaudi.* Gratanter, fili, recepimus — Datum Avinione, V kal. februarii, anno octavo. »

1. *Sic*, il faut lire *alectis*.
2. L'acte ne figure pas dans l'index du registre. On lit seulement, à la place où il devrait être, d'une écriture contemporaine : « *Ludovico de Sabaudia* ».

1947 Avignon, 1 février 1324.

Comiti Valesii de benivolentia erga Henricum de Soliaco regratiatur germanumque et nepotes ipsius eidem comiti commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 16, c. 571.)

« *Pro eodem et dominis Petro Duesa etc. ac aliis devotis*[1]. Magnificentie tue litteras nobis novissime presentatas, quibus dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum de Suliaco, buticularium Francie, per nos eidem magnificentie commendatum, se tua nobilitas prosecutur[um] in suis agendis, precum nostrarum interventu, favorabiliter, et ad ea nichilominus promovenda et etiam prosequenda que nostris grata fuerint beneplacitis sinceris affectibus obtulit, firmam de nobis in similibus fiduciam obtinendo, gratanter recepimus et intelleximus diligenter. Sane, fili dilectissime, super oblationibus hujusmodi gratis nobis admodum, excellentie tue gratiarum uberes refferimus actiones, eandem excellentiam tenere volentes indubie quod in hiis que tuum respicient commodum et honorem, nos promptos, quantum cum Deo poterimus, perpetuo reperies et benignos. Prefatum autem dominum de Suliaco, quem ad tua obsequia ferventem devotionem habere non ambigimus, velut tui favoris bene meritum, ac germanum et nepotes aliosque devotos nostros, iteratis confidenter precibus, tue benivolentie affectione qua possumus commendamus. Datum Avinione, kalendis februarii, anno octavo. »

1. Il n'y a pas d'autre indication dans le registre, mais, d'après l'index, cette lettre est adressée, comme celle qui la précède et qui est du 13 janvier 1324 (c. 570, n° 1910 ci-dessus) à Charles de Valois pour Henri de Sully, et c'est vraisemblablement à cette dernière que le pape fait ici allusion.

1948 Avignon, 1 février 1324.

Johanni de Cerchemont de zelo in negotio præfati Henrici de Soliaco adhibito gratias agit eique super quibusdam petitis respondet. (Reg. 112, p. II, fol. 16, c. 572.)

« *Magistro Johanni Cerchamont, pro domino de Suliaco.* Gratanter recepimus et diligenter inspeximus devotionis tue litteras quibus tue fidelitatis constan-

tiam, quam erga dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum de Suliaco, buticularium Francie, honoris tui non immerito zelatorem, hactenus observare curasti, operis exhibitione pretendens nobilem ipsum in suis agendis prosequi, nostrorum consideratione precaminum, favorabiliter, teque ad nostra prosequenda beneplacita sinceris affectibus obtulisti, super quibus devotionem tuam gratiarum actionibus prosequentes, illam rogamus attentius quatinus hoc continuare prosecutione laudabili non desistas. Preterea que sint illa que per tuum presbiterum dudum in nostra presentia constitutum preter tuam conscientiam nobis exprecisse[1], tue predicte littere continebant, probabiliter ignoramus, cum multa tunc pro parte tua nobis idem presbiter duxerit exponenda ; sed si tibi videatur expediens quod de illis nos efficiat certiores, libenter et favorabiliter audiemus, annuendo super hiis et aliis, quantum cum Deo poterimus, votis tuis. Datum ut supra proxima. »

1. *Sic*, il faudrait sans doute *expresse* [*sunt*].

1949 Avignon, 5 février 1324.

Mathildi, comitissæ Valesii, respondet se abbatem monasterii Casænovæ, cujus negotium adhuc in curia pendet, favorabiliter prosecuturum esse eique nuntiat quod ad provisionem monasterii monialium de Romaricimonte, Tullensis diocesis, faciendam, juxta ejus postulationem procedi non potest, cum tales provisiones per modum petitionum non consueverunt extra consistorium expediri. (Reg. 112, p. ii, fol. 16 v°, c. 574.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Matildi, comitisse Valesii.* Presentatas nobis magnificientie — Datum Avinione, nonis februarii, anno octavo. »

1950 Avignon, 5 février 1324.

Heliono, domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistro, quod gratum habet propositum ejus Mathildim, comitissam Valesii, in reditu comitandi. (Reg. 112, p. ii, fol. 86, c. 967.)

« *Dilecto filio Helyono, domus Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani magistro.* Missis nobis litteris tuis consueta benignitate receptis, placet nobis quamplurimum quod dilectam filiam magnificam mulierem Mathildem (*sic*), comitissam Valesii, jam in redditu positam, prout laudabiliter proposuisse dinosceris, prosecuturus tua negotia, usque ad viri sui presentiam comiteris, cum in hiis que poteris obsequiosus existas. Datum Avinione, nonis februarii, anno octavo. »

1951 Avignon, 8 février 1324.

Regem Franciæ rogat ut erga Amanevum de Astaraco, qui per curiam regiam ad transfretandum in Ciprum vel Armeniam condempnatus fuerat, se clementem exhibeat, pœnam prædictam remittendo vel saltem terminum transfretandi prorogando. (Reg. 112, p. ii, fol. 16 v°, c. 575 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 120, n° 289 [1].)

« *Regi Francie.* Ad ea libenter, fili carissime, celsitudinem tuam nostris precibus invitamus, quibus ad clementiam, qua tronus firmatur regius, inclinata, humanis mereatur attolli laudibus, et divinis beneplacitis coaptari. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Amanevus de Astariaco, familiaris noster, pretextu quorumdam excessuum, super quibus olim magnitudini tue dicitur fuisse delatus, ad tran[s]fretandum se sexto hominum armatorum in Ciprum vel Armeniam, ibique per biennium continuum commorandum, fuerit, sicut accepimus, per curiam regiam condempnatus; hinc ad festum Pasce proxime venturum prefixo sibi termino arripiendi super hoc iter suum, et ejusdem nobilis singularis transfretatio, quantum ad presens, Cipri et Armenie regnis ac partium illarum fidelibus, sicut regia non ignorat providentia, parum aut nichil utilitatis afferret, sed gravamen esset sibi non modicum, ac uxori sue juveni, et patri, cui esse noscitur unicus, ex hoc maxima desolatio proveniret, excellentiam regiam plenis affectibus deprecamur quatinus, predictis in examine benigne considerationis adductis, et attentis insuper promptis obsequiis que, tam ipse nobilis quam pater suus et alii de genere suo, hactenus exhibuerunt domui regie tam fideliter quam devote, spretis periculis ac expensis et laboribus non vitatis, et que ipsi magnitudini regie poterunt, sicut ferventer appetunt, jugiter exhibere, tam premissorum obtentu quam nostrorum precami-

num interventu, velit regia sublimitas, rigore justitie clementer condimento misericordie temperato, penam predictam misericorditer et gratiose remittere, vel saltem eidem usque ad biennium tran[s]fretandi terminum de speciali gratia prorogare. Datum Avinione, VI idus februarii, anno octavo. »

1. A la date du 13 février qui est une erreur évidente.

1952 Avignon, 8 février 1324.

Reginæ Franciæ super eodem, ut pro eodem Amanevo apud præfatum regem partes suas interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 17, c. 576; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 121, n° 290, extrait [1].)

« *Regine Francie.* Super eo quod — Datum ut supra. »

1. Daté comme la lettre précédente, et par erreur, du 13 février.

1953 Avignon, 8 février 1324.

Item Carolo, comiti Valesii. (Reg. 112, p. II, fol. 17, p. c. 576.)

1954 Avignon, 8 février 1324.

Mathildi, comitissæ Valesii, ut pro eodem Amanevo apud Carolum regem, Mariam reginam Franciæ, et Carolum, comitem Valesii, virum suum, partes suas interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 17, c. 577; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 121, n° 291, analyse [1].)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Matildi, comitisse Valesii.* Tenemus indubie, filia — Datum ut supra. »

1. Avec la même erreur de date que pour les précédentes.

1955 Avignon, 9 février 1324.

Regi Franciæ, ne permettat Catherinam de Greliaco, pro contractibus vel excessibus quondam viri sui, prægravari. (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 578; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 118, n° 286.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Cum mulieres pro delictis seu contractibus virorum suorum superstitum seu defunctorum molestari juris ratio non permittat, excellentiam regiam affectuose duximus deprecandam quatinus dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Catherinam de Greliaco, dominam de Gorsonio, ejusque bona pro contractibus vel excessibus quondam viri sui, non sinat indebite providentia regia pregravari, sed illi potius, pro divina reverentia nostreque interventionis obtentu, se velit exhibere clementia regia, in hiis et aliis que habet et habebit expedire dicta nobilis, propitiam et benignam. Datum Avinione, V idus februarii, anno octavo. »

1956 Avignon, 9 février 1324.

In. e. m. regi Angliæ. (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, p. c. 578; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1957 Avignon, 9 février 1324.

Comiti Valesii, ut pro eadem Catherina partes suas interponere velit. (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 579; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 119, n° 287, analyse.)

« *Comiti Valesii.* Cum mulieres pro — Datum ut supra. »

1958 Avignon, 9 février 1324.

Alphonso de Hispania ejusdem Catherinæ negotia commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 580; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 119, n° 288, analyse.)

« *Alfonso de Hispania.* Negotia dilecte in — propitium exhibere [1]. »

1. La date se trouve après l'*in c. m.* qui suit (n° 1960).

1959 Avignon, 9 février 1324.

In. e. m. Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi, cancellario. (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, p. c. 580; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1960 Avignon, 9 février 1324.

In. e. m. senescallo Vasconiæ. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, p. c. 580; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1961 Avignon, 12 février 1324.

Comiti Valesii, de adventus H [enrici], domini Soliaci, ad curiam dilatione. (Reg. 112, p. ii, fol. 17, c. 581.)

« *Comiti Valesii.* Magnificentie litteris tue gratanter receptis, quod dilectus filius nobilis vir H., dominus Soliaci, buticularius Francie, adeo cito, sicut disposuerat, nequit nostram adire presentiam, sed de tue magnitudinis beneplacito ad tempus aliquod illud differret, id gratum habemus pariter et acceptum, benivolentiam tuam, qua nostris te promptum offers per ipsas litteras beneplacitis, uberibus gratiarum actionibus prosequentes. Datum Avinione, ii idus februarii, anno octavo. »

1962 Avignon, 12 février 1324.

Comiti Valesii de gratiis et honoribus germano et nepotibus ipsius impensis gratias agit. (Reg. 112, p. ii, fol. 17 v°, c. 582.)

« *Eidem comiti.* Super multiplicibus favoribus exhibitis ac gratiis et honoribus germano et nepotibus nostris a tua magnificentia exuberanter impensis, quosque uberius impendere non desistit, qui nobis ignoti, tam ipsorum quam nonnullorum aliorum relatione grata et accepta plurimum, non existunt, eidem magnificentie referimus uberes gratiarum quas possumus actiones, ad ea parati, quantum cum Deo poterimus, que tuum respiciant comodum et honorem[1]. »

1. La date est indiquée après l'*in e. m.* (n° 1963).

1963 Avignon, 12 février 1324.

Item in e. m. Johanni de Cerchemont. (Reg. 112, p. ii, fol. 17 v°, c. 582.)

« *Item in e. m. magistro Johanni de Cerchamont, mutatis mutandis usque existunt*, discretioni tue referimus gratiarum uberes actiones, pro firmo sciturus quod in tuis oportunitatibus nos reperies, quantum cum Deo poterimus, favorabiles et benignos. Datum ut supra. »

1964 Avignon, 13 février 1324.

Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi, facultatem conferendi Henrico de Hispania, capellano apostolico, canonicatum, præbendam et archidiaconatum de Josayo in ecclesia Parisiensi ab Alphonso de Hispania, ejusdem Henrici germano, qui ad laycalem statum in proximo se transferre proponit, libere resignatos, eumque super defectu ætatis dispensandi concedit. (Reg. 112, p. i, fol. 80, c. 373; p. ii, fol. 19 v°, c. 593.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Cerchamont, decano ecclesie Pictavensis.* Ad nostri apostolatus auditum nuper fide digna relatione perducto quod dilectus filius Alfonsius (*sic*) de Ispania, archidiaconus de Josayo in ecclesia Parisiensi, capellanus noster, juxta beneplacitum carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, cujus ipse inscistit (*sic*) obsequiis et fulget generis claritate, proponit ad laycalem statum, per quem beneficia ecclesiastica que ipse obtinet vacatura sunt, in proximo se transferre, nos intendentes ut beneficia hujusmodi, etiam si dignitates vel personatus existant et curam habeant animarum, de quibus nullus, preter nos, disponere potest, obsistente generali reservatione dudum facta de beneficiis ecclesiasticis capellanorum Apostolice Sedis tunc ubicunque vacantibus et in antea vacaturis, personis de quibus expedire viderimus, dum vacabunt per modum predictum vel alias, conferantur, ac volentes personam dilecti filii Henrici de Ispania, capellani nostri, ejusdem Alfonsi germani, de stirpe regali originem producentis, apud nos super multis virtutum donis, et aliis probitatis meritis fide dignorum testimoniis commendatam, precipuis favoribus et gratiis specialibus honorare, discretioni tue de qua specialem in Domino fiduciam obtinemus, eidem Henrico canonicatum et prebendam ac archidiaconatum de Josayo, quos dictus Alfonsus in ecclesia Parisiensi noscitur obtinere, dum eos, per liberam resignationem ipsius Alfonsi vel procuratoris sui ad hoc legitime constituti de illis in tuis manibus faciendam, super qua recipienda auctoritate nostra tibi plenariam potestatem presentium tenore concedimus, vel alias de jure vacare primo contigerit, auctoritate conferendi predicta cum plenitudine juris canonici et aliis juribus et pertinentiis suis, ac sibi providendi de illis, ipsum-

que vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem canonicatus et prebende ac archidiaconatus predictorum, ac jurium et pertinentiarum ipsorum eadem auctoritate per te vel per alium seu alios inducendi, et inductum defendendi, amoto exinde quolibet illicito alio detentore, necnon ipsum, vel dictum procuratorem pro eo faciendi ad dictam prebendam in ecclesia Parisiensi in canonicum recipi et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo cum plenitudine juris canonici assignatis, et ad dictum archidiaconatum, ut est moris, admitti, sibique, vel procuratori prefato pro eo, de ipsorum canonicatus et prebende ac archidiaconatus fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores eadem auctoritate, appellatione postposita, compescendo, ac insuper cum eodem Henrico ut, non obstante deffectu quem in etate patitur, dictum archidiaconatum recipere et licite retinere possit, auctoritate predicta dispensandi, plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem ; non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ejusdem ecclesie Parisiensis contrariis confirmatione Sedis Apostolice vel quacunque firmitate alia roboratis, aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus, personatibus vel officiis, in eadem Parisiensi ecclesia speciales, vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales nostras vel predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum aut legatorum dicte Sedis litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione canonicatus et prebende, ac archidiaconatus predictorum eundem H. volumus anteferri, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem canonicatuum et prebendarum, dignitatum, personatuum et officiorum, ac beneficiorum aliorum, prejudicium generari; necnon si venerabili fratri nostro.., episcopo, et dilectis filiis.., decano et capitulo Parisiensibus, aut quibusvis aliis, communiter vel divisim a dicta Sede indultum existat quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, et ad id compelli non possint, quodque de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus, personatibus et officiis ejusdem ecclesie ac aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, et qualibet alia dicte Sedis indulgentia generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus litterarum nostrarum hujusmodi quomodolibet impediri valeat vel differri, et de qua cujusque toto tenore habenda sit in eisdem litteris mentio specialis, seu si dictus H. presens non fuerit ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ejusdem Parisiensis ecclesie solitum juramentum, dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum et, cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud prestet, vel si idem H. duo vel plura alia beneficia ecclesiastica sine cura et que non sint dignitates vel personatus, etiam in ecclesiis cathedralibus, obtinere noscatur. Nos enim ex nunc prout est irritum decernimus et inane si secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter super hiis contigerit attemptari. Datum Avinione, idibus februarii, anno octavo. »

1965 Avignon, 13 février 1324.

Eidem decano, ut canonicatus et præbendas quos prædictus Alphonsus in Ambianensi et Laudunensi, necnon cantoriam quam in eadem ecclesia Ambianensi ecclesiis obtinebat, singulis personis idoneis quas Carolus, rex Francia, nominandas duxerit, conferat. (Reg. 112, p. I, fol. 80 v°, c. 374; p. II, fol. 19, c. 592[1].)

« *Eidem decano.* Ad nostri apostolatus — Datum ut supra. »

1. Avec quelques variantes.

1966 Avignon, 13 février 1324.

Ludovico, comiti Flandriæ, ut Raynaldo[1] Zenardi, olim ad Romanam curiam a Roberto, avo dicti comitis, transmisso, redditus ipsi ab eodem Roberto assignatos exhiberi faciat. (Reg. 112, p. II, fol. 17 v°, c. 583; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 478, n° 291.)

« *Nobili viro Ludovico, comiti Flandrie.* Meminimus quod dilectus — Datum Avinione, idibus februarii, anno octavo. »

1. *Valardo* dans l'index du registre.

1967 Avignon, 13 février 1324.

Roberto de Flandria, ut apud præfatum Ludovicum, nepotem suum, pro eodem Raynaldo Zenardi partes suas interponat. (Reg. 112, p. ii, fol. 18, c. 584.)

« *Dilecto filio nobili viro Roberto de Flandria.* Pro dilecto filio — Datum Avinione ut supra. »

1968 Avignon, 13 février 1324.

Archiepiscopo Senonensi, de expeditione petitionum suarum respondet, eique statum ipsius notificat. (Reg. 112, p. ii, fol. 18, c. 585.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Senonensi.* Tue fraternitatis nuntium — Datum ut supra. »

1969 Avignon, 14 février 1324.

Domino de Insula respondet se tractatum cujusdam matrimonii contrahendi gratum habere. (Reg. 112, p. ii, fol. 37, c. 713; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 121, n° 292.)

« *Dicto domino de Insula.* Inter cetera que tue nobilitatis nobis misse noviter littere continebant, ad id de tractatu illius matrimonii, de quo mentio in ipsis habebatur litteris, respondemus quod, sicut alias, si tua nobilitas recolit, meminimus respondisse, placet nobis valde tractatus hujusmodi, et ut matrimonium, actore Deo, consummetur feliciter, gratum nobis existit et acceptum. Circa dotis vero congrue constitutionem super eo tua provideat providentia que in talibus, pensata qualitate negotii, consulte fuerint attendenda. Datum Avinione, xvi kal. martii, anno octavo. »

1970 Avignon, 14 février 1324.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, de zelo ad pacem cum Roberto, rege Siciliæ, perficiendam exhibito gratias agit et quædam capitula dictam pacem tangentia a Guillelmo de Sancto Victore eidem Eduardo tradi se jussisse nuntiat. (Reg. 112, p. ii, fol. 86, c. 968.)

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Sabaudie.* Per nobilitatis tue litteras noviter nobis missas, quas votis nostris expectabamus, ut sunt grata in Domino responsione conformes, multipliciter, fili, expectantis animum recreasti, dum inter carissimum in Christo filium nostrum Robertum, regem Sicilie illustrem, et bone memorie Amedeum, genitorem tuum, auctore Deo, cepta feliciter pacis exordia, zelo mentis pacifice diligis et ad finalem prosecutionem tanti negotii actione laudabili te disponis. Super quo sinceritatem tue devotionis accepte dignis in Domino laudibus attollentes, cum super tractatu pacis ipsius remanentia olim penes dilectum filium Guillelmum de Sancto Victore producta hinc inde capitula sint in hac parte tibi, ut asseris, oportuna, ne aliquatenus tepeat solicitudinis nostre mi[ni]sterium circa hujusmodi pacem fervens, ecce jam Guillelmo prefato injunximus, ut eorundem capitulorum copiam fideliter nuntiis tuis tradat. Quocirca nobilitatem tuam tanto affectius quanto frequentius obsecramus quatinus, pro reverentia nostra et Apostolice Sedis, et tuo ac amicorum et subditorum tuorum, Deo favente, notabili comodo, complementum pacis ejusdem sic libenter prosequaris et fervide quod, non sine speciali rependio multiplicis tue mercedis et laudis, Deo inde atque hominibus te gaudeas placuisse. Datum Avinione, xvi kal. martii, anno octavo. »

1971 Avignon, 14 février 1324.

Episcopo Gebennensi, ut rescribat quomodo reparationi prioratus de Servariaco subveniri poterit. (Reg. 112, p. ii, fol. 86, c. 969.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Gebennensi.* Ex tenore petitionis tue, ac dilecti filii prioris prioratus de Tallueriis, ordinis sancti Benedicti, Gebennensis diocesis, nuper nobis oblate, qua prioratum de Serviariaco (*sic*), ordinis sancti Augustini, dicte diocesis, per unum clericum secularem inibi positum pro priore gubernari solitum ab antiquo, nunc, velut inobservantia regulari collapsum, eidem prioratui de Tallueriis pe-

tebatur uniri ex causis quampluribus coloratis, miramur et qualiter prioratus idem collapsus extiterit et religiosis viris prior prefuerit secularis, cum in hac parte regentis et recti una debeat esse professio et convenienter prelatus non discrepet a subjecto. Quia igitur exigit solicitudinis nostre officium ut neglectui lapsa non deserat, sed illis potius operam reparationis impendat, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, statu prioratus ejusdem ita collapsi suisque circumstantiis et necessariis diligenter inspectis, tam illa quam alias quomodo ejus reparationi subveniri melius valeat, per tuas litteras nobis referas incunctanter. Datum ut supra. »

1972 Avignon, 16 février 1324.

Carolo, regi Franciæ, super quadam provisione quam fieri petierat, respondet. (Reg. 112, p. ii, fol. 18, c. 586.)

« *Carolo, regi Francie illustri.* Ut quid agere intendamus super promotione dignitatis illius pro qua fuerunt nuntii regii specialiter destinati celsitudo regia non ignoret, ipsam tenere indubie volumus quod persone per dictos nuntios pro parte regia nominate, de illa, si ad nos ejus provisionem devolvi contigerit, intendimus et non alii providere, dummodo nobis constet quod illa juret et faciat que predecessor in illa se facturum juravit et fecit, sperantes quod, cum nostro favore ac regio qui illi non deerunt, eidem utiliter et laudabiliter presidebit. Datum Avinione, xiiii kal. martii, anno octavo. »

1973 Avignon, 16 février 1324.

Alphonso de Hispania se regi Franciæ scripsisse nuntiat et quoddam matrimonium gratum habere respondet. (Reg. 112, p. ii, fol 18, c. 587.)

« *Alfonso de Ispania.* Super hiis que nuper tua discretio nobis scripsit, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie, scribimus quod certitudinaliter intendamus. Matrimonium autem illud, de quo in eisdem litteris mentio habebatur, gratum est nobis admodum, sicut et patri sponsi futuri, dante Domino, scripsimus hiis diebus. Datum ut supra. »

1974 Avignon, 16 février 1324.

Regi Franciæ, de provisione beneficiorum prædicti Alphonsi de Hispania. (Reg. 112, p. ii, fol. 18, c. 588.)

« *Dicto regie [Francie].* Ad providendum de beneficiis dilecti filii nobilis viri Alfonsi de Ispania, cum illa nequaquam vacent per laicalium assumptionem vestium, procedere nequeuntes, ecce quod dilecto filio magistro Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, tuo cancellario, ut resignationem suorum beneficiorum, videlicet canonicatus et prebende ecclesie Parisiensis et archidiaconatus de Josayo in eadem Parisiensi ecclesia, ac canonicatus et prebende ac cantorie Ambianensis, ac canonicatus et prebende Laudunensis ecclesiarum a dicto Alfonso recipere, ac de ipsis providere valeat, si ipsa per renuntiationem vel alias vacare contingat, prout in nostris inde confectis continetur litteris, plenam concedimus facultatem. Celsitudinem autem regiam volumus non latere quod, antequam ad nos littere regie pervenissent, prefati Alfonsi supplicatorias receperamus litteras ut providere de canonicatu et prebenda ac cantoria Ambianensibus predictis nepoti dicti cancellarii dignaremur, quibus receptis, ejus supplicationibus duximus annuendum. Datum ut supra. »

1975 Avignon, 16 février 1324.

Eidem regi respondet quod ecclesiæ Coloniensi, Apostolicæ Sedis dispositioni reservatæ, de persona Ecclesiæ Romanæ ipsique regi fideli providere intendit. (Reg. 112, p. ii, fol. 18 v°, c. 589; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 173, n° 350, extrait.)

« *Eidem regi* Dudum frequenti meditatione pensantes quantum Ecclesie Romane suisque honoribus et oportunitatibus fore noscatur expediens in ecclesia Coloniensi fidelem presidere personam, sicut et in presentiarum preesse supponimus, que promovendi honores et oportunitates hujusmodi zelum habeat specialem, ac propterea (du)dum illam pro tempore vacare contingere[t], eidem de tali providere persona, disponente Domino, intendentes, diu antequam misse nuper regie celsitudinis littere super hoc nobis presentate fuissent, eandem duxeramus ecclesiam dispo-

sitioni nostre et Sedis Apostolice specialiter reservandam, regalem excellentiam hoc tenere volentes indubie quod, ubi nobis ecclesie prelibate fienda provisio imineret, de tali disposuimus, et ad huc disponimus eidem, faventè Domino, providere persona que ipsi Coloniensi ecclesie merito fructuosa existens, nobis et Ecclesie Romane predicte in sue devotionis et fidei constantia quietem preparare non desinat, ac honores et commoda regia zelare puris affectibus non postponat[1]. »

1. La date est indiquée par la formule *ut supra* qui suit l'*in e. m.* (n° 1976).

1976 Avignon, 16 février 1324.

In e. m. comiti Valesii. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. II, fol. 18 v°, p. c. 589.)

1977 Avignon, 18 février 1324.

Guillelmum, abbatem monasterii sancti Victoris Massiliensis, ecclesiæ Dignensi per A[rmandi] ad Nemausensem ecclesiam translationem vacanti, in episcopum præficit. (Reg. 112, p. I, fol. 102 v°, c. 457.)

« *Guillelmo, electo Dignensi.* Nuper, ecclesia Dignensi — Datum Avinione, XII kal. martii, anno octavo. »

1978 Avignon, 18 février 1324.

Alphonso de Hispania, de missione litterarum commissionis super provisione beneficiorum ecclesiasticorum ejus. (Reg. 112, p. II, fol. 18 v°, c. 590.)

« *Dicto Alfonso* [*de Hispania*]. Ecce quod super provisione beneficiorum ecclesiasticorum que obtinere nosceris, tam regiis quam tuis receptis litteris deprecatoriis, sicut nosti, litteras commissionis apostolicas dilecto filio magistro Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, dirigimus prout in eis, quas per cursorem velocem tue destinamus prudentie, plenius poteris intueri. Datum Avinione, XII kal, marcii, anno octavo.

1979 Avignon, 18 février 1324.

Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi, quod Henrico de Hispania hospitia quæ prædictus Alphonsus, ejusdem Henrici germanus, in claustro Parisiensis ecclesiæ obtinebat, conferre possit. (Reg. 112, p. II, fol. 20, c. 594.)

« *Eidem decano* [*Johanni Cerchamont, decano Pictavensi*]. Cum dilectus filius Alfonsus de Ispania, archidiaconus de Josayo in ecclesia Parisiensi, capellanus noster, juxta beneplacitum carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, intendat ad statum laicalem, per quem beneficia ecclesiastica que ipse obtinet vacatura sint, ut accepimus, se transferre, nullusque preter nos possit de illis disponere, obsistente generali reservatione dudum facta de beneficiis ecclesiasticis capellanorum Sedis [Apostolice] ubicunque tunc vacantibus et in antea vacaturis, nos dilectum filium Henricum de Ispania, ejusdem Alfonsi germanum, capellanum nostrum, volentes prosequi favore gratie specialis, providendi sibi de canonicatu et prebenda ac archidiaconatu de Josayo, quos dictus Alfonsus obtinere noscitur in ecclesia Parisiensi predicta, cum per dictum modum aut resignationem ipsius vel alias de jure primo vacare contigerit, cum plenitudine juris canonici et aliis juribus et pertinentiis suis per alias nostras certi tenoris litteras concessisse tibi meminimus potestatem[1]. Intendentes itaque quod predictus Henricus, prosapie illustris conspicuus, hospitia que predictus Alfonsus in claustro ecclesie Parisiensis obtinet, que dispositioni nostre hac vice duximus specialiter reservanda, decernentes irritum et inane si secus a quoquam super hiis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, una cum predictis canonicatu et prebenda et archidiaconatu pacifice assequatur, conferendi et assignandi auctoritate nostra hospitia supradicta, postquam tibi per te de dictis canonicatu, prebenda, et archidiaconatu, litterarum predictarum auctoritate, provisum extiterit, ipsumque vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem eorundem hospitiorum inducendi et defendendi inductum, contradictores quoque per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, non obstantibus — discretioni tue plenam et liberam concedimus tenore

presentium facultatem, non intendentes tamen alias propter hoc super eisdem hospitiis dilectorum filiorum.., decani et capituli ejusdem Parisiensis ecclesie juribus derogare. Datum Avinione, XII kal. martii, anno VIII°. »

1. N° 1964.

1980 Avignon, 20 février 1324.

Matheum de Tria, regis Franciæ marescallum, commendat quod inter eum et priorem de Arenis nullus venditionis ejusdem prioratus de Arenis, ad monasterium sancti Martini de Campis Parisiensis pertinentis, initus fuerit contractus. (Reg. 112, p. II, fol. 20, c. 595.)

« *Matheo de Tria, marescallo regis Francie.* Grata fuit nobis admodum nobilitatis tue lectio litterrarum, per quas dilectum filium priorem monasterii sancti Martini de Campis Parisiensis super venditione quam ipsum de prioratu de Arenis, ad dictum monasterium pertinenti, tibi fecisse quedam alie dudum nobis misse littere supponebant, excusans, asseruisti nunquam inter te et eundum priorem initum fuisse super hoc cujuslibet venditionis contractum, sed easdem prioris litteras assertionem venditionis hujusmodi continentes, per errorem scriptoris et contra tuam intentionem potius emanasse. Profecto gaudemus, fili, et sinceritatem tuam multipliciter in Domino commendamus quod nullatenus extendere curaveris ad talia, que sine Dei offensa nequivissent fieri, manus tuas. Letamur etiam quod eundem priorem, cui facultas faciendi talia minime competebat, reperiamus super hiis innocentem, nobilitatem eandem rogantes attentius et hortantes quatinus ab hiis et similibus que merito displicent Altissimo, mundam servare animam studeas et dirigere per viam rectitudinis gressus tuos, ut merces tua sit in celis, post vite presentis exitum, magna nimis; nos enim reperies in tuis oportunitatibus propitios, quantum cum Deo poterimus, et benignos. Datum Avinione, X kal. martii, anno octavo. »

1981 Avignon, 20 février 1324.

Dominæ de Varennis, de litteris excusatoriis quas pro eodem Matheo de Tria, consorte suo, super præfati prioratus de Arenis venditione scripserat, gratias agit eique petitiones suas favorabiliter admisisse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 20 v°, c. 596.)

« *Domine de Varenis, marescallisse*[1] *regni Francie* Benigne recepimus, filia — Datum ut supra proxima. »

1. *Marescallisse* dans l'index du registre.

1982 Avignon, 28 février 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Auxitano, decem millia florenorum auri de fructibus et redditibus in terris et locis ad mensam archiepiscopalem pertinentibus, tempore novissimæ vacationis ejusdem ecclesiæ per obitum Amanevi archiepiscopi perceptis, concedit. (Reg. 112, p. II, fol. 37 v°, c. 715; — Reg. Avin., t. XIX, fol. 367, c. 1233; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 122, n° 293.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Auxitano.* Tuis et ecclesie — Datum Avinione, III kal. martii, anno octavo. »

1983 Avignon, 28 février 1324.

Capitulo ecclesiæ Auxitanæ, ut præfata decem millia florenorum auri eidem Guillelmo assignet. (Reg. 112, p. II, fol. 37 v°, c. 716; — L. Guérard, *Doct. pont.*, t. II, p. 122, n° 294.)

« *Dilecto filio capitulo ecclesie Auxitane.* Cum nos volentes — Datum ut supra. »

1984 Avignon, 28 février 1324.

Officiali Auxitano, ut præfatum capitulum, ad reddendam Cameræ rationem de fructibus tempore ejusdem vacationis perceptis, infra unius mensis spatium citet. (Reg. 112, p. II, fol. 37 v°, c. 717; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 123, n° 295.)

« *Dilecto filio officiali Auxitano.* Volentes de fructibus — Datum ut supra. »

1985 Avignon, 29 février 1324.

Raymundo de Parisius, ut circa factum Guillelmi de Batpaumas, monachi et pitancerii Majoris Monasterii Turonensis, ordinis sancti Benedicti, qui summam mille octingentarum sexaginta librarum tur. ab Odone, dicto

Berardo, ejusdem monasterii monacho, olim prioratus sancti Martini in Valle Carnotensi priore, in præfato monasterio depositam subtraxisse dicitur, veritatem inquirat. (Reg. 112, p. ii. fol. 21, c. 600.)

« *Raymundo de Parisius, canonico Turonensi.* Ad nostri apostolatus — Datum Avinione, ii kal. martii, anno octavo. »

1986 [Avignon, février 1324?]

Johanni de Cerchemont Henricum, dominum Soliaci, buticularium Franciæ, commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 18 v°, c. 591.)

« *Dicto Johanni Cerchamont, cancellario.* Magistra rerum experientia dudum et in presentiarum percepimus evidenter dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum Soliaci, buticularium Francie, tam (du)dum clare memorie Philippus, rex Francie et Navarre illustris, in rebus humanis ageret, quam post ejus obitum, te et tuos brachiis sincere dilectionis amplecti, teque sibi, presertim post dicti regis obitum, in suis necessitatibus, more fidelis amici qui tali tempore se manifestat potius, astitisse sedule et constanter, super quo alias tuam laudabilem constantiam commendantes, ipsum tue circumspectioni meminimus commendasse, ad que iteranda utique nos inducunt fides stabilis et solers prudentia quam ipse circa dicti regis, ac dilecti filii magnifici viri Caroli, comitis Valesii, regis Francie filii, et tui negotia studuit, quotiens super hiis nobiscum habuit agere, attentius observare. Et utinam pro communibus et aliis negotiis convenire sepius habeatis, ex hoc sperantes indubie quamplura rei publice ac alterutrum commoda[1] proventura[2]. »

1. Reg. *commenda.*
2. La lettre est évidemment inachevée ; la suite ne se trouve ni au folio suivant, ni dans le reste du cahier, qui est complet, et l'index ne signale aucune lacune. L'ordre chronologique étant manifestement observé dans cette partie du registre, nous croyons pouvoir attribuer ce document au mois de février.

1987 Avignon, 1 mars 1324.

Eduardi, comitis Barri, excusationem gratam habens respondet ei quod nunquam credidit eum contra Ecclesiam aliquid concepisse. (Reg. 112, p. ii, fol. 21, c. 601.)

« *Eduardo, comiti Barri.* Litterarum inspecto tenore — Datum Avinione, kalendis martii, anno octavo. »

1988 Avignon, 3 mars 1324.

Executoribus testamenti Johannis, episcopi Dolensis, de duobus millibus florenorum auri de Florentia, ab eodem episcopo in usus elemosinæ papæ et passagii transmarini convertendis legatis, quittationem dat. (Reg. 111, fol. 93 v°, c. 365.)

« *Guidoni de Lavalle, Andegavensis, et Geraldo Judicis, Redonensis, ac Johanni de Beurzeyo, Briocensis ecclesiarum canonicis, et Petro Medici, rectori ecclesie de Passibus, Abrincensis diocesis, executoribus testamenti bone memorie Johannis, episcopi Dolensis.* Cum sicut in — Datum Avinione, v nonas martii, anno octavo. »

1989 Avignon, 3 mars 1324.

Bernardo, comiti Convenarum respondet quod in cujusdam negotii præjudicium, aliquid contra justitiam, attemptare ipse non intendit. (Reg. 112, p. ii, fol. 27, c. 714 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 124, n° 296.)

« *Nobili viro B[ernar]do, comiti Convenarum.* Benigne recepimus tue nobilitatis litteras nobis novissime presentatas, missuros[1] ad nostram presentiam aliquos super impedimento illo negotio[2] de quo in eisdem litteris habebatur mentio. Inter cetera nuntiasti (quod), licet credere non possumus, cum eos intellexisse supponamus indubie, adeo fore super negotio ipso processum, quod honeste retractari non potest. Tamen si contingeret forsitan super hoc nos requiri, non intendimus aliquid in ejusdem negotii prejudicium contra justitiam attemptare. Datum Avinione, v nonas martii, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait, sans doute, *missure*, se rapportant à *nobilitatis.*
2. *Sic*, il faudrait *illius negotii* ou *impedito illo negotio.*

1990 Avignon, 4 mars 1324.

Regi Franciæ G[uillelmi], Carcassonensis episcopi, ad Auxitanam ecclesiam translationem nuntiat eique dictum archiepiscopum commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 20 v°, c. 597 ; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 124, n° 297.)

« .., *regi Francie*. Sicut excellentiam regiam supponimus indubie non latere, nos dudum ecclesie Auxitane vacanti personam talem preficere[1] intendentes, per cujus circumspectionem providam ecclesia ipsa valeret utiliter dirigi, et in spiritualibus et temporalibus prosperari, ad personam venerabilis fratris nostri G., archiepiscopi Auxitani, tunc Carcassonensis episcopi, quem talem reputavimus, sicut adhuc probabiliter reputamus, intuitum convertimus mentis nostre ipsumque, tam suorum meritorum obtentu quam precum regiarum nobis directarum super hoc, sicut tua novit sublimitas, interventu, ad eandem Auxitanam ecclesiam, de fratrum nostrorum consilio, duximus tran[s]ferendum, firma spe fiduciaque concepta quod ipse favoris regii presidio[2] specialiter communitus, ipsius ecclesie regimini adeo laudabiliter presideret, quod ipsa, restauratis bonis deperditis, et aliis integraliter et commendabiliter conservatis, prosperari sub suo fructuoso regimine non modicum spiritualiter et temporaliter letaretur. Nos igitur, fili carissime, [ne] spe nostra quomodolibet in hac parte frustremur, rogamus magnitudinem regiam attentius et hortamur quatinus, ob divine majestatis intuitum, cui procul dubio honor impenditur, dum ecclesiarum presules honorantur, prefatos archiepiscopum et ecclesiam habens favore regio propensius commendatos, eos in suis bonis et juribus gravari et opprimi providentia regia non permittat, sed eisdem potius sic assistat presidiis et favoribus oportunis, quod ecclesia ipsa preservata totaliter a noxiis, votivis commodis amplietur, nosque preter retributionis eterne premium, ab omnium retributore[3] bonorum tibi propterea provenientium, speciales tue celsitudini gratias referamus. Datum Avinione, III nonas martii, anno octavo. »

1. Reg. *proficere*.
2. Après ce mot se lisait : *favorabiliter*. Le scribe a mis au-dessus *vacat*, indiquant par là qu'il faut supprimer cet adverbe.
3. Reg. *retributione*.

1991 Avignon, 4 mars 1324.

Eidem regi Gastonis, comitis Fuxi, negotia iterum commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 20 v°, c. 598; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 126, n° 298.)

« *Eidem regi*. Sicut alias dilectum filium Gastonem, comitem Fuxi, ejusque negotia regie magnificentie meminimus commendasse, sic adhuc tanto affectuosius quanto sepius, iteratis eidem precibus commendamus, sublimitatem regiam plenis affectibus deprecantes quatenus memoratum comitem dictaque negotia, necnon dilectum filium nobilem virum Raynaldum de Marquesano, militem, per carissimam in Christo filiam nostram Sanciam, reginam Sicilie illustrem, ad regalem presentiam pro predictis negotiis destinatum, adeo velit benigno favore prosequi regia celsitudo, quod nos eidem referre propter hoc gratiarum actiones uberes teneamur. Datum ut supra proxima. »

1992 Avignon, 4 mars 1324.

Reginæ Franciæ, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 21, c. 599; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 126, n° 299, analyse.)

« *Regine Francie*. Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

1993 Avignon, 4 mars 1324.

In e. m. comiti Valesii. (Reg. 112, p. II, fol. 21, p. c. 599; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1994 Avignon, 4 mars 1324.

In e. m. comitissæ Valesii, (Reg. 112, p. II, fol. 21, p. c. 599; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1995 Avignon, 6 mars 1324.

Regi Franciæ, ut ad Florentinam civitatem, quæ ad domum Franciæ specialem gerit devotionem, de regno suo gentes venire cum armis permittat. (Reg. 112, p. II, fol. 21, c. 602.)

« *Regi Francie*. Cum civitas Florentina ad te, fili carissime, domumque regiam et regnum tuum Francie devotionis precipue zelum gerens, militari et armi-

gera gente, pro statu suo conservando pacifico, indigere noscatur ad presens, nec se posse habere de regnis et terris aliis extimans sic fidelem, ad regalem magnificentiam fiducialiter duxerit super hiis recurrendum, eandem magnificentiam attentius deprecamur quatinus, predicte civitatis votis et desideriis, super habenda de regno predicto gente hujusmodi, sic favorabiliter velit annuere regia magnitudo, quod ejus sincera devotio erga te domumque regiam et regnum predictum, magis, sicut obtamus, ferveat et concrescat. Datum Avinione, II nonas martii, anno VIII°.

1996 Avignon, 6 mars 1324.

Comiti Valesii, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, c. 603.)

« *Comiti Valesii.* Devotionem sinceram quam — Datum ut supra proxima. »

1997 Avignon, 9 mars 1324.

B[eatrici] de Hungaria, dalphinæ Viennensi, quod quasdam ejus petitiones exaudire nequivit. (Reg. 112, p. II, fol. 86, c. 970.)

« *Dilecte in Christo filie B. de Ungaria, dalfine Viennensi.* Plures et diversas preces tuas, quas nuper nobis et litteris et petitionibus porrexisti, consueta benignitate suscepimus, utpote qui tam ex tui generis clara prosapia, et ex tue devotionis in Domino extimatione pregrandi, quantum cum Deo licet, tuis annuere desideriis affectamus. Verum si pro constructione unius monasterii religionis videlicet monialis, cui dedicare te destinas, in diocesi atque provincia Viennensi citra decimas postulatas, preterea si circa conferendos dilecto filio Lantelineto Raymundi, clerico et filiano (*sic*) tuo, in annis infantie constituto, canonicatum et prebendam Majoris ecclesie Sancte Marie Vapincensis, si demum, circa conferendum dilecto filio similiter Andree de Marchusiaco, clerico seculari, quem ab ejus infantia nutrivisse te asseris, annuas viginti libras super decimis et redditibus monasterii Sancte Marie Ambronensis, ordinis sancti Benedicti, Lugdunensis diocesis, aut primum beneficium cum cura vel sine cura vacans aut proximo vacaturum, spectans ad collationem dilecti filii prioris monasterii de Nascono, ordinis memorati, Gratianopolitane diocesis, non exaudimus ad presens tue petitionis affectum, attente quesumus, filia, quod id non gerat tue nobilitatis in Deo grata devotio minus gratum; nam licet monasterii predicti constructio, presertim hujusmodi tue dedicationis obtentu, fore causa piissima dinoscatur, in hoc tamen alterius operis pietas te prevenit quod jam ipse sunt decime in alios usus necessarios deputate. Infantes vero, salva semper modestia et honestate petentis, cathedralibus quodam modo prefici non decet ecclesiis, cum illas etate majoribus subesse oporteat, et de ipsis expediat disponi salubriter discreto pondere gravitatis. Ceterum secularibus clericis de religiosorum rebus aut bonis non consuevimus providere, cum credamus recte illis rerum et bonorum ipsorum deberi stipendia quorum noscuntur esse obsequiis deputata. Sane si a nobis alias petere duxeris que honestati conveniant, prout secundum Deum nobis possibile fuerit, tuis affectibus liberaliter annuemus. Datum Avinione, VII idus martii, anno octavo. »

1998 Avignon, 12 mars 1324.

Eduardum, regem Angliæ, hortatur ut homagium præstet regi Franciæ ratione ducatus Aquitaniæ et omnia ad concordiam nutriendam idonea observare studeat. (Reg. 112, p. II, fol. 45, c. 754; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, p. II, p. 93[1]; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1324, § XXXVIII, extrait.)

« *Eidem regi Eduardo, regi Anglie.* Etsi exemplo Christi qui, migraturus in celum, dedit et reliquit in terra discipulis suis pacem, inter cunctos vigere ipsam universaliter affectemus, singulariter tamen illam desideramus inesse inter catholicos mundi reges et principes, inter quos maxime ideo divina potentia affinitatis jura coalescere voluit, ut per eorum placabilem animum optata quies proveniat subditorum. Sane cum homagium quod carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, pro ducatu Aquitanie rationabiliter debere assereris, dicaris nondum sibi juxta debitum prestitisse, nosque

cupiamus utrinque velut inter notabiles reges catholice fidei et preclara generis affinitate conjunctos, Deo fragrantia et tam utrique fructifera quam subditis pacis et concordie peremnis aromata redolere, attento quod debita, soluta prestantius, duplicata vice fiunt recipientibus letiora, excellentiam regiam affectuose rogamus quatinus, tam ad premissa quam alia que inter te ac dictum regem nutritive pacis bonum et concordie sapiant, sic, fili carissime, disponas intentionem cordis et dirigas animi tui gressus, quod inter te ac dictum regem, et utriusque subjectos antiquam sinceritatis massam alicujus nove discordie non corrumpat infectio, et apud Deum ac ipsam Sedem sepe propterea dignis laudibus resonet fame regie magnitudo. Datum Avinione, IIII idus martii, anno octavo. »

1. D'après un original sans doute mal conservé car la dernière phrase et la date sont incomplètes.

1999 Avignon, 27 mars 1324.

Johanni de Cerchemont negotia H[enrici], domini Soliaci, buticularii Franciæ, qui ad Apostolicam Sedem nuper venit, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 22, c. 608.)

« *Johanni Cerchamont.* Nosti, fili, pro — Datum Avinione, VI kal. aprilis, anno octavo. »

2000 Avignon, 27 mars 1324.

Henrico, regi Cypri, Amanevum, Bernardi comitis de Astaraco primogenitum, qui ad partes regni ejusdem regis accedat, ibidem certis ex causis per aliqua tempora moraturum, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 91, c. 993; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 126, n° 300.)

« *Carissimo in Christo filio Henrico, regi Cipri illustri.* Cum dilectus filius — Datum Avinione, VI kal. aprilis, anno octavo. »

2001 Avignon, 27 mars 1324.

Hugoni, præfati regis Cypri constabulario, eumdem Amanevum commendat. (Reg, 112, p. II, fol. 91, c. 994; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 127, n° 301.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni, carissimi in Christo filii nostri Henrici, regis Cypri illustris, constabul[ari]o.* Dilectum filium nobilem — Datum ut supra. »

2002 Avignon, 27 mars 1324.

In e. m. « *Amfredô de Monteforti, domino de Barutz*[1] », dicti regis consiliario. (Reg. 112, p, II, fol. 91 v°, p. c. 994; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1. Humfroy de Montfort, seigneur de Baruth (aujourd'hui Beyrouth), connétable de Chypre (Du Cange, *Les familles d'outre-mer*, publié par E. G. Rey, Paris, 1869, in-4°, p. 680, dans la *Collection des Documents inédits;* — cf. L. Guérard, *op.* et *loc. cit.*)

2003 Avignon, 27 mars 1324.

In e. m. « *nobili viro Johanni Picahy, baylivo de Lasecta pro eodem rege*[1] », (Reg. 112, p. II, fol. 91 v°, p. c. 994; — L. Guérard, *loc. cit.*)

1. La forme exacte des noms propres est si souvent altérée dans les registres du Vatican qu'il n'est pas téméraire de penser qu'ici encore le copiste aura mal interprété le texte qu'il a transcrit. Or au nombre des grands officiers du royaume de Chypre figurait le *Bailli de la Secrète*, c'est-à-dire le fonctionnaire placé à la tête de l'administration des finances du royaume (Du Cange, *op. cit.*, p. 667). Il semble donc bien qu'il faille lire ici « *Baylivo de la Secreta* », et, comme les membres de la famille de Picquigny établis outre mer occupèrent les premières dignités du royaume de Chypre, on peut croire qu'il s'agit ici de l'un deux dont le nom aurait été mal reproduit. On trouve en effet, par deux fois, en 1300 et en 1330, le nom de Thomas de Picquigny comme bailli de la Secrète royale (Du Cange, *op. cit.*, p. 583-587 et 667).

2004 Avignon, 28 mars 1324.

Hugoni Fabri, clerico Caturcensis diocesis, per Petrum, sancti Stephani in Cœliomonte presbyterum cardinalem, Romanæ Ecclesiæ vicecancellarium idoneo reperto, tabellionatus officium concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 81, c. 376.)

« *Hugoni Fabri, clerico diocesis Caturcensis.* Ne contractuum memoria — Dat. Avinione, V kal. aprilis, anno octavo. »

2005 Avignon, 3 avril 1324.

Inquisitorem in partibus Carcassonensibus deputatum quondam Johanni de Belna, ordinis Prædicatorum, inquisitori in eisdem partibus, in executione testamenti Petri, episcopi Carcassonensis, subrogans, mandat ei et Bertrando de Auriaco ut præfatum testamentum exequantur. (Reg. 112, p. I, fol. 82, c. 382.)

« *Dilectis filiis.., inquisitori heretice pravitatis in partibus Carcassonensibus auctoritate apostolica deputato, et Bertrando de Auriaco, canonico ecclesie sancti Vincentii Montisregalis, Carcassonensis diocesis.* Olim ad audientiam — Datum Avinione, III nonas aprilis, anno octavo. »

2006 Avignon, 5 avril 1324.

Petrum Marini et Guillelmum de Petrilia collectores constituit ad levandum quædam subsidia contra Galeacium de Vicecomitibus, fratres adjutoresque suos eroganda. (Reg. 112, p. II, fol. 86 v°, c. 971.)

« *Petro Marini, canonico Xanctonensis, et Guillelmo de Petrilia, rectori de Salis, Xanctonensis diocesis ecclesiarum.* Dum ad expugnandum dampnatos hereticos Galeacium de Vicecomitibus et fratres suos, eorumque fautores, adjutores, receptatores, defensores, sequaces, et eis quomodolibet adherentes seu prestantes auxilium, consilium et favorem, per nonnullos prelatos, capitula et conventus ecclesiarum et alias singulares personas ecclesiasticas et seculares certa peccuniaria subcidia (*sic*) zelo fidei catholice debeant, ut accepimus, erogari, nos, volentes quod subcidia hujusmodi colligantur et custodiantur, in usus predictos prudenter et fideliter dispensanda, vos, de quorum circumspectione, industria et fidelitate probata plenam in Domino fiduciam obtinemus, collectores et receptores subsidiorum hujusmodi, auctoritate presentium deputamus, discretioni vestre per apostolica scripta mandantes quatinus circa collectionem et receptionem hujusmodi, ac diligentem custodiam eorum que receperitis de predictis, vos adeo solerter habere curetis quod de fidelitatis et circumspectionis vestre prudentia inde valeatis merito commendari. Volumus autem quod infra domos habitationis venerabilis fratris nostri Gasberti, archiepiscopi Arelatensis, camerarii nostri, predicta recipiatis subcidia et etiam conservetis in usus predictos postmodum, sicut expedire videbimus dispensanda, quodque eis a quibus receperitis subcidia supradicta, litteras vel instrumenta publica recognitionis et quitationis valeatis concedere de hiis que vobis duxerint assignanda. Datum Avinione, nonas aprilis, anno octavo. »

2007 Avignon, 5 avril 1324.

Stephano de Vidilhaco mandat ut diligenter inquirat et fideliter sibi referat veritatem super apostasia ab ordine, variis criminibus et delictis quæ dicuntur commissa a Bertrando Aulrici, canonico monasterii sancti Ruphi Valentini, ordinis sancti Augustini, qui nunc, ut fertur, in comitatu Venayssini in curiæ papalis carceribus mancipatus detinetur. (Reg. 112, p. II, fol. 86 v°, c. 972 [1].)

« *Magistro Stephano de Vidilhaco, archidiacono de Aureliaco in ecclesia Claromontensi.* Cum Bertrandus Olrici — Datum ut supra. »

1. Cet acte ne figure pas dans l'index du registre. L'adresse seule s'y trouve reproduite, et d'une écriture contemporaine.

2008 Avignon, 6 avril 1324.

Regi Franciæ, ut initium guerræ cum Eduardo, rege Angliæ, habendæ differat. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, c. 605; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 128, n° 302.)

« *Regi Francie.* Volenti, fili carissime, aggredi ardua, expedit illa vitare provide per que posset ejus impediri propositum vel periculose differri, ne, si forsan ad utrumque intenderet, frustraretur altero seu utroque, juxta illud poeticum :

Qui duos lepores una sectabatur hora
Uno quandoque, quandoque carebit utroque.

Scimus autem celsitudinem regiam talia jam dudum concepisse prosequi, que utique ardua, utilia et multum statui regio honorabilia sunt censenda [1]. Verum quia, sicut habet rumor implacidus, ad suscitanda dissidia inter te et carissimum in Christo filium nostrum Eduardum, regem Anglie illustrem, hostis pacis et caritatis emulus adeo laboravit quod jam in partibus Vasconie officiales tui et regis prefati ad congressus bellicos se disponunt, ex quibus profecto, ut de dispendiis rerum, stragibus corporum ac animarum periculis, que inde possent subsequi, taceamus [2], premissorum negotiorum prosecutio difficultates posset periculosas suscipere vel totaliter impediri, providentie regie sano consilio suademus ut, sic caute guerre predicte initia differat, quod vie, per quam juri regio

provideri posset commodius, non obsistat. Et ecce, fili carissime, quod nos regi prefato super hoc scribimus, ne tam enormem injuriam, qualis est tuo culmini in combustione bastite Sancti Sacerdotis[3] et aliis commissis inibi irrogata, velit defendere, nec te in executione justitie impedire; sed si juri suo per ea que circa corrigendam dictam injuriam fecisti hactenus vel feceris in futurum, credat in aliquo derogari, illa coram te per semitas justitie tractatusque amicabiles prosequatur; ad quos obtinendum eidem nos paratos offerimus apud tuam magnificentiam diligentiam sedulam adhibere. Ceterum petimus ut intentionem in hac parte tuam, per tuas responsales litteras, celeritate qua convenit, nobis scribas, ut, juxta tenorem responsionis hujusmodi, quod expedit dicto negotio per oportunos nuntios vel alias prosequamur. Datum Avinione, VIII° idus aprilis, anno VIII°. »

1. Reg. *sencenda.*
2. Reg. *teneamus* qui est sans doute une erreur du copiste. Voyez ci-après n° 2010.

2009 Avignon, 6 avril 1324.

Comiti Valesii, ut initium guerræ inter prædictos Franciæ et Angliæ reges habendæ differre studeat. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, c. 606.)

« *Comiti Valesii.* Sicut, fili, tua prudentia, te docente magistra rerum experientia, non ignorat, guerrarum facilis motio nascitur[1], sed procul dubio ipsarum finis est dubius et incertus, eorumque prosecutio et plena periculis ac dispendiis variis est onusta. Ideoque principiis expedit obviare, ne forsan ad ipsas extinguendas, (nedum) cum odia[2] ex dampnis illatis utrinque inter dissidentes profundius radicata[3] fuerint, serius recurratur. Hec, fili, protanto dicimus quia, sicut habet rumor implacidus, hostis pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Eduardum, Anglie reges illustres, discensionum (*sic*) videtur jessisse (*sic*) semina que pullulare jam incipiunt, cum hinc inde in partibus Vasconie se dicantur ad congressus bellicos preparare. Sane, quia veremur ne, si procedatur ulterius, non faciliter occurretur, desideranter appetimus ut suo prefocentur in ortu hujusmodi semina ne perniciosam in segetem coalescant, presertim cum ardua negotia circa que rex Francie prefatus est soli[ci]tus, sicut tua magnificentia non ignorat, possent ex guerra hujusmodi, si procedat, dilationem recipere vel totaliter impediri[4]. Quocirca prudentiam tuam, cujus singulariter interest, et que singulariter potest, pacis pensatis commodis et dissentionum incommodis non ommissis, exhortamur attente quatinus studeat premissis malis vigilanti studio providere, et ecce nos prefatis regibus super hoc scribimus, Francie videlicet, ut caute guerre predicte initia differat, Anglie vero ne injuriam sic enormem etc. ut in proxima superiori[5]. Datum ut supra. »

1. Reg. *noscitur.*
2. Reg. *hodia.*
3. Reg. *radicatas.*
4. Reg. *impedire.*
5. Voyez la lettre précédente, n° 2008.

2010 Avignon, 6 avril 1324.

Regem Angliæ hortatur ut super excessibus in bastida Sancti Sacerdotis commissis, per vias pacificas cum rege Franciæ procedat. (Reg. 112, p. II, fol. 45 v°, c. 755.)

« *Regi Anglie.* Dum quantum te, fili carissime, quantumque carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, deceat, quantumque vestrorum subditorum utilitati congruat universitatique fidelium sit expediens pacis inter vos nutriri federa ipsaque inviolabiliter observari in examen recte considerationis adducimus, profecto desideranter appetimus et desideramus attente quod discentionum (*sic*) procurantibus scandala oportunis obvietur remediis, sic quod illa in suo debeant robore illibata manere, quod utique posse fieri arbitramur et credimus si quilibet vestrum jure suo contentus existeret, et inter vos emergentia dubia non viribus, sed juribus, non congressibus bellicis, sed pacificis tractatibus et per semitas justitie disponeretis terminari. Sane, fili carissime, quia, sicut habet rumor implacidus, inter te dictumque regem cui sanguine nosceris et affinitate conjunctus, occasione quorundam excessuum in bastida Sancti Sacerdotis de mense octobris proximo preteriti detestabiliter com-

missorum, via non ad ea que pacis sunt, sed possius (*sic*) ad dissentionis discrimina preparatur, providentiam regiam duximus attentius exhortandam quatinus, premissis in sedula consideratione deductis, ad ea que pacis sunt regalem disponere studeas animum, et dissentionum discrimina declinare. Cumque, fili carissime, tu excessus predictos sic laudabilibus[1] in tuis litteris directis dilecto filio nobili viro Hugoni, domino de Soliaco, detesteris, considera quatinus si expediat te periculis tantis exponere pro excessibus tam nephandis, et si apud Deum et homines, si hoc feceris, haberi poteris excusatus ; sed, si tuo juri per processus aliquos contra officiales tuos propterea habitos vel habendos extimas in aliquo derogari, insta, fili, per licitos et amicabiles modos, ut illa debeant revocari. Nos enim offerimus nos paratos ut revocari talia debeant, apud regem ipsum instare et sedule opem efficacem et operam adhibere. Et ecce jam regi prefato super hiis scripsimus[2] prout vidimus expedire. Ceterum petimus ut intentionem in hac parte tuam per tuas responsales litteras nobis scribas. Datum Avinione, VIII idus aprilis, anno octavo. »

1. Reg. *laudabilis*.
2. Voyez plus haut, n° 2008.

2011 Avignon, 7 avril 1324

Reginæ Angliæ de eisdem, ut regem, virum suum, ad prædictas vias pacificas inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 45 v°, c. 756.)

« *Regi*[*ne*] *Anglie.* Certi sumus quod ex puritatis affectu quem habes ad carissimum in Christo filium nostrum Eduardum, regem Anglie illustrem, virum tuum, cordi tuo ita incidet (*sic*) sicut suo quicquid potest sibi esse proficuum et tranquillum statum ejus respicit subditorum ; et quoniam hac de causa cum eodem viro tuo continuare te decet quecunque sibi contingentia prospera et adversa, quedam nuper instantia que, nec sibi, nec hujusmodi subditis expedire cognoscimus, tibi, carissima filia nobis in Christo, paterna solicitudine nuntiamus. Cum itaque inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, Francie et Navarre regem illustrem, et prefatum regem, virum tuum, tam sanguine, sicut nosti, quam affinitate conjunctos, occasione quorundam excessuum in bastida Sancti Sacerdotis, de mense octobris proximo preteriti, detestabiliter commissorum, hoste humani generis procurante, via non ad ea que pacis sunt, sed potius ad dissensionis formidanda discrimina preparetur, excellentiam tuam rogamus et hortamur attente quatinus apud eundem regem, virum tuum, cui super hoc speciales nostras dirigimus litteras, insistas sedule ac labores quod ipse hortationibus nostris in sedula consideratione deductis, ad ea que pacis sunt regalem disponere studeas animum, et inter eum ac dictum regem dissensionum discrimina declinare, ita quod, operante solicitudinis tue mi[ni]sterio, inter eosdem reges pax vigeat loco discordie, tuque propterea apud Deum et homines multas vendices tibi laudes. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno VIII°. »

2012 Avignon, 7 avril 1324.

Regem Franciæ de morte Mariæ, reginæ, conjugis suæ, consolatur, eumque ad uxorem quærendam hortatur. (Reg. 112, p. II, fol. 22, c. 607.)

« *Regi Francie.* Cum mortis jactura restitutionis beneficium non admittat, mors profecto carorum, presertim illorum qui creduntur ad perennia gaudia transiisse, nequaquam debet prudentis animum immensitate doloris opprimere nec tristitia perturbare. Sane, fili carissime, si vita quam, dum in humanis ageret, clare memorie Maria, consors tua, regina Francie et Navarre, gerere studuit, attendatur, cerni debét indubie ipsam a temporali dampno[1] ad eternum pertransisse cum gaudio, vitamque caducam et miseram in perennem, omnique carentem miseria, commutasse. Ideoque a regali debent animo, propter ipsius transitum, dolor prorsus et tristitia exulare, precipue cum hec sibi nequirent proficere, ac ad tuum possent tam corporale quam spirituale dispendium provenire. Quantum autem res publica egeat quantumque statui sit expediens regio sine[2] divine ac humane domus socia, ex qua, si Dominus annueret, posses prompte et absque more dispendio ad divinum servitium et regimen publicum sobolem procreare hostisque humani generis obviare versutiis, te diutius

non carere, circumspectionem regiam credimus non latere. Ideoque ipsam merito duximus exhortandam, sibique sano consilio consulendum ut ad hoc sedule non ommittat intendere, ac ad illum a quo uxor bona tribuitur, devotius recurrendo confidenter, nec longe curet querere quod propius et cum majori morum et status persone certitudine poterit invenire. Datum Avinione, VII idus aprilis, anno octavo. »

1. *Sic*, il faut évidemment *regno*, ainsi que le prouve une formule analogue que l'on lira plus loin, à la fin de l'avant-dernière phrase du n° 2191.
2. *Sic*, mot qu'il faut supprimer à cause de la négation qui vient après.

2013 Avignon, 9 avril 1324.

Comiti Valesii de benivolentia erga fratrem et nepotes ipsius gratias agit, ducissam Calabriæ versus Siciliam iter arripuisse nuntiat, nonnullaque matrimonium inter Gastonem, comitem Fuxi, et sororem B[ernardi] comitis Convenarum perficiendum ac duellum inter R[aynaldum] de Ponte et dictum B[ernardum] prorogandum tangentia ab eo petit. (Reg. 112, p. II, fol. 22, c. 609; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. I, p. 130, n° 303.)

« *Comiti Valesii.* Pro habundanti benivolentia quam ad nos te, fili, gerere in personis fratris et nepotum nostrorum hiis diebus preteritis evidentius demostrasti, tue magnificentie gratiarum iteratas exolvimus uberas actiones, intimantes eidem quod dilecta in Christo filia Maria, ducissa Calabrie, nata tua, die[1] una [cum] carissimis in Christo filiis nostris rege et regina Sicilie illustribus versus Sicilie regnum iter arripuit, prefatos regem et reginam sua conversatione placida multipliciter consolans, et de ipsorum multa benivolentia admodum consolata, quibus omnipotens Deus angelum suum bonum Raphaelem dignetur mittere, qui eos in via dirigat ab omnique adversitate protegat et ad propria cum obtata incolumitate perducat. Et quia, fili, tua circumspectio non ignorat non decere catholicum principem licita matrimonia impedire, benivolentiam tuam affectuose rogamus quatenus apud carissimum in Christo filium nostrum C., regem Francie et Navarre illustrem, efficaciter intercedat ut matrimonium contractum inter dilectum filium nobilem virum Gastonem, comitem Fuxi, et sororem dilecti filii nobilis viri B., comitis Convenarum, sibi placeat ipsumque solemnizari permittat, dicto comiti dando licentiam ad propria propterea redeundi cum uxore sua reversuro in Franciam, si regi prefato visum fuerit expedire. Et quia duella velut illa, in quibus Deus temptari videtur, ac in quibus sepe subcumbit justitia, reprobantur, et principes catholici, precipue sanctus Ludovicus, avus tuus, illa non faciliter admiserunt, tuam prudentiam deprecamur attente quatinus diem assignatam inter dilectos filios nobiles viros R. de Ponte, et B., comitem Convenarum, procuret excellentia regia usque ad parlamentum aliud prorogari, et ut inter ipsos concordia tractari et fieri valeat partibus indulgeri. Datum Avinione, V idus aprilis, anno VIII°. »

1. *Sic*, il y a évidemment une lacune.

2014 Avignon, 10 avril 1324.

Regi Franciæ processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, et fautores ejus habitos mittit; eum deprecatur ut terminum super duello inter præfatos Bernadum, comitem Convenarum, et Raynaldum de Ponte, dominum de Ribayraco, Parisius assignatum, prorogare velit, et ut matrimonium inter Gastonem, comitem Fuxi, sororemque dicti comitis Convenarum solemnisari permittat. (Reg. 112, p. II, fol. 22 v°, c. 610; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 131, n° 304, analyse.)

« *Regi Francie.* Ut regalis excellentie processus quos[1] contra magnificum virum Ludovicum, ducem Bavarie, discorditer in regem Romanorum electum, necnon et Mediolanenses hereticos eorumque fautores, adjutores et sequaces nuper habuimus non ignoret, ecce quod tenores ipsorum processuum contentos in cedula presentibus interclusa regie magnitudini destinamus. Ceterum cum duella per catholicos principes, specialiter sancte memorie Ludovicum, beatum proavum tuum, consueverint evitari, paxque inter magnates dissidentes sedule procurari, serenitatem regiam deprecamur quatinus terminum dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, ex parte una, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribayriaco, ex altera, super hoc assignatum Parisius, prorogare velit regia magnificentia licentiamque concedere questionem subortam inter ipsos nobiles per viam pacificam ter-

minandi. Ad hoc, quia quos Deus conjunxit non decet hominem impedire, sublimitatem regiam rogamus attente ut matrimonium inter dilectos filios nobilem virum Gastonem, comitem Fuxensem, et sororem dicti comitis Convenarum contractum, quod utique ad honorem regium et dictorum contrahentium cedere credimus, solempnizari et consummari gratiose permittat regia celsitudo, quo peracto, dictus comes cum sua consorte, vel sine ipsa, redire in Franciam poterit, moram inibi juxta beneplacitum regium contracturus. Datum Avinione, IIII idus aprilis, anno octavo. »

1. Reg. *quod*.

2015 Avignon, 10 avril 1324.

Comitissæ Valesii Mariam, ducissam Calabriæ, natam suam, iter versus regnum Siciliæ arripuisse nuntiat, eamque rogat ut pro prædictis Fuxi et Convenarum comitibus ac Raynaldo de Ponte partes suas apud regem Franciæ necnon apud comitem Valesii, virum suum, interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 22 v°, c. 611.)

« *Comitisse Valesii.* Tuam, filia, volumus magnificentiam non latere quod dilecta in Christo filia nobilis mulier Maria, ducissa Calabrie, nata tua, cum carissimis in Christo filiis nostris Roberto rege, et Sancia, regina Sicilie illustribus, eosdem regem et reginam sua placida conversatione plurimum consolans, et ab ipsis multipliciter consolata, versus regnum Sicilie arripuit iter suum, quibus bonus angelus ducatum salutis prebeat, eos clementer ab omni adversitate defendens. Ceterum tuam magnificentiam deprecamur quatinus apud carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, ac dilectum filium magnificum virum Carolum, comitem Valesii, virum tuum, ut dilectus filius nobilis vir comes Fuxi, matrimonium inter ipsum et sororem dilecti filii nobilis viri Bernardi, comitis Convenarum, contractum, obtenta ab eodem rege licentia, solemnizare valeat ac etiam consumare, quodque prefixus terminus prefato Convenarum comiti et dilecto filio nobili viro Raynaldo de Ponte, invicem dissidentibus, per eundem regem usque ad aliud parlamentum prorogetur, et concedatur licentia dissensionem ipsam per viam pacificam terminandi, velis efficaciter insistere et interponere sedule partes tuas. Datum ut supra. »

2016 Avignon, 10 avril 1324.

Comiti Fuxi nuntiat se pro ejus negotiis Carolo, regi Franciæ, et nonnullis aliis preces suas porrexisse. (Reg. 112, p. II, fol. 23, c. 612; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 131, n° 305.)

« *Comiti Fuxi.* Scire te volumus, fili, quod pro tua et negotiorum tuorum expeditione celeri, quam desiderabiliter affectamus, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, ac dilectis filiis magnificis viris Carolo, comiti Valesii, Alfonso de Ispania, marescallo Francie, necnon et comitisse Valesii[1] ac quibusdam aliis porrigamus (*sic*)[2] per alias diversas litteras preces nostras, quas eis et eorum singulis per te, si presens fueris, alias per nostrum nuntium volumus presentari. statum tuum et negotiorum ipsorum nobis nichilominus rescripturus, et habiturus tanquam vir fortis semper in adversis patientiam, ad Dominum in omnibus dirigens vota tua, qui tibi gratiam adaugeat, et, sublatis noxiis, omnia profutura concedat. Datum ut supra. »

1. N°s 2014, 2015, 2020, 2021, 2022.
2. Voyez ci-après n° 2017, note.

2017 Avignon, 10 avril 1324.

Cuidam de matrimonio Gastonis, comitis Fuxi, celebrando, necnon de termino comiti Convenarum et Raynaldo de Ponte, pro quadam dissensione sopienda præfixo, prorogando scribit eique Bernardum Jordani, dominum de Insula, commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 23, c. 613.)

« (*Comiti Convenarum*[1].) Pro dilecto filio nobili viro Gastone, comite Fuxi, quem gerimus in visceribus caritatis, nobilitatem tuam duximus attentius deprecandam quatinus, super obtinenda licentia carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, quod dictus comes matrimonium inter ipsum, et sororem dilecti filii nobilis viri Bernardi, comitis Convenarum, contractum solemnizare libere valeat et etiam consummare, quodque prefixus terminus prefato comiti Convenarum et dilecto filio nobili viro Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco, invicem dissidentibus, usque ad sequens parlamentum per eundem regem prorogetur favorabiliter, et licentia concedatur dis-

sensionem hujusmodi per viam pacificam terminandi, apud regem predictum sic velis efficaciter, prout expedire videris, interponere partes tuas, quod inde fructus obtatus proveniat nosque sinceritatem tuam debeamus digne laudis preconiis commendare. Ad hoc, dilectum filium Bernardum Jordani, dominum de Insula, et ejus negotia tue nobilitatis benivolentie affectione qua possumus commendamus. Datum ut supra. »

1. Ainsi que le fait remarquer M. Guérard (*Doc. pont.*, t. II, p. 132, note 2), cette adresse est mise ici par erreur, puisque dans la suite de la lettre, Jean XXII parle du comte de Comminges comme d'un tiers. Le destinataire est sans doute une de ces personnes que le pape ne nomme pas, auxquelles il dit avoir écrit, à la même date, au sujet de la même affaire (n° 2016).

2018 Avignon, 10 avril 1324.

Roberto de Atrebato, ut apud regem Franciæ pro ejusdem termini prorogatione necnon pro dicti matrimonii celebratione partes suas interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 23, c. 614. — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 132, n° 306, extrait.)

« *Roberto de Atrabato*. Carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, quod terminum dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, ex parte una, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco, ex altera, periculose dissidentibus invicem, Parisius assignatum velit prorogare favorabiliter, et licentiam concedere dissensionem hujusmodi per viam pacificam terminandi, quodque matrimonium inter dilectum filium nobilem virum Gastonem, comitem Fuxi, et sororem dicti comitis Convenarum, quod utique ad honoren regium et commodum contrahentium eorundem cedere credimus, solemnizari et consummari permittat[1] dirigimus preces nostras[2]. Quocirca nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus, ut preces nostre hujusmodi per eundem regem exaudiantur favorabiliter, procuret tua nobilitas interponere sedule partes tuas. Datum ut supra. »

1. Reg. *permittas*.
2. Voyez n° 2014.

2019 Avignon, 10 avril 1324.

In e. m. magistro Johanni de Cerchemont, decano Pictavensi, cancellario regis Francie. (Reg. 112, p. II, fol. 23, p. c. 614; — L. Guérard, *loc. cit.*)

2020 Avignon, 10 avril 1324.

Alphonso de Hispania, de prædictis negotiis, de facto Vasconiæ et de nonnullis regem Franciæ tangentibus. (Reg. 112, p. II, fol. 23, c. 615.)

« *Alfonso de Ispania*. Super facto Vasconie quod nobis insidet multum cordi, carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, per alias nostras scribimus litteras sicut in eis videbis, ut credimus, contineri, nobilitatem tuam rogantes et hortantes attentius quatinus, ut nostris in hac parte desideriis, que commodum et honorem respiciunt regium, satisfiat, interponas efficaciter, ut expedire videris, partes tuas. Ceterum eidem regi formam processuum contra magnificum virum Ludovicum, ducem Bavarie, in discordia in regem Romanorum electum, necnon et Mediolan[enses] hereticos per nos habitorum novissime tra[n]smittimus nostris litteris interclusam. Rursus de negotio super quo tibi, nuper in nostra presentia constituto, locuti fuimus, quodque tu recitare regi debuisti predicto, et hiis que circa illud tibi videbuntur expedientia, nos certiores reddere non ommittas. Preterea oblatis predicto regi precibus nostris adicimus ut diem assignatam dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco, ex mansuetudinis regie benignitate prorogans, pacem et concordiam inter eos reformandi velit licentiam favorabiliter impertiri. Recomendamus quoque sibi dilectum filium nobilem virum comitem Fuxensem et ejus negotia, nostris instantes precibus apud eum quod contractum inter ipsum comitem Fuxi, et sororem prefati comitis Convenarum matrimonium, quod ad honorem cedere regium et partium illarum statum pacificum et tranquillum non modicum proficere probabiliter credimus, permittat libere consummari, super quibus apud regem ipsum tue solicitudinis precordiales instantias appetimus non deesse. Ad hec, regem eundem super transitu inclite memorie Marie, regine,

consortis sue, per alias nostras litteras, sicut expedire vidimus, consolamur, ipsum ad contrahendum[1] pro utilitate regni sui et totius Christianitatis publica citius exhortantes[2]. Super quibus procurandis, prout expedierit, tue diligentie studium non tepescat, nobis super predictis et aliis que tibi occurrerint, quantocius commode poteris, rescripturus. Datum Avinione ut supra. »

1. *Sic*, il faut sans doute sous-entendre ici *novum matrimonium*, ou un terme analogue.
2. Voyez n° 2012.

2021 Avignon, 10 avril 1324.

Comitem Valesii rogat ut, pro dictorum negotiorum expeditione, partes suas apud regem Franciæ sedule interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 23 v°, c 616.)

« *Comiti Valesii.* Carissimo in Christo filio nostro C., regi Francie et Navarre illustri, tam super facto Vasconie, quod nobis insidet pro honore regio et utilitate publica multum cordi, per alias nostras certi tenoris scribimus litteras sibi formam processuum contra magnificum virum Ludovicum, ducem Bavarie, in discordia in regem Romanorum electum, necnon et contra hereticos Mediolan[enses] per nos habitorum novissime transmittimus nostris litteris interclusam, sicut tue magnificentie, ut indubie supponimus, per easdem patefiet litteras et transcripta. Rogamus etiam regem eundem super prorogatione termini dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco, assignati, et licentia reformandi inter ipsos concordiam concedenda, eidem regi nichilominus dilectum filium nobilem virum Gastonem, comitem Fuxi, et ejus negotia commendantes, ipsumque rogantes attentius ut matrimonium contractum inter eundem comitem Fuxi et sororem dicti comitis Convenarum permittat libere consummari ; et insuper regem eundem super obitu inclite memorie Marie, regine, consortis sue, sicut expedire vidimus per nostras litteras consolamur, ipsum pro utilitate rei publice ad contrahendum[1] citius exhortantes. Quocirca tuam magnificentiam attentius deprecamur quatinus in predictis et circa ea, ut ad exauditionis introducantur effectum, velis, sicut expedire cognoveris, operosum adhibere studium et interponere sedule partes tuas. Datum ut supra. »

1. Voyez ci-dessus, n° 2020, note 1.

2022 Avignon, 10 avril 1324.

In e. m. marescallo Franciæ. (Reg. 112, p. II, fol. 23 v°, p. c. 616.)

2023 Avignon, 11 avril 1324.

Guillelmum, Bajocensem episcopum, ad ecclesiam Remensem per obitum pastoris nuper vacantem Sedique Apostolicæ hac vice reservatam, transfert. (Reg. 112, p. I, fol. 103, c. 458[1].)

« *Guillelmo, episcopo olim Bajocensi, electo Remensi.* Vacante nuper ecclesia — Datum Avinione, III idus aprilis, anno octavo. »

1. L'acte ne figure pas dans l'index du registre.

2024 Avignon, 11 avril 1324.

Guidonem, Tornacensem episcopum, ad ecclesiam Cameracensem per translationem Petri, episcopi, ad Bajocensem ecclesiam vacantem, transfert. (Reg. 112, p. I, fol. 103, c. 459.)

« *Guidoni, episcopo*[1] *Cameracensi.* Cum Cameracensi ecclesia — Datum ut supra. »

1. *Electo* dans l'index.

2025 Avignon, 11 avril 1324.

Petrum, episcopum Cameracensem, ad ecclesiam Bajocensem per translationem Guillelmi ad ecclesiam Remensem vacantem, transfert. (Reg. 112, p. I, fol. 103, c. 460.)

« *Petro, episcopo*[1] *Bajocensi.* Nuper ecclesia Bajocensi — Datum ut supra. »

1. *Electo* dans l'index.

2026 Avignon, 11 avril 1324.

Heliam ecclesiæ Tornacensi per Guidonis, episcopi, ad Cameracensem ecclesiam translationem vacanti, præficit, (Reg. 112, p. I, fol. 103, c. 461.

« *Helie, electo Tornacensi.* Ecclesia Tornacensi ex — Datum ut supra. »

2027 Avignon, 11 avril 1324.

Regi Franciæ super certis negotiis ab Atrebatensi et Vivariensi episcopis expositis respondet. (Reg. 112, p. II, fol. 23 v°, c. 617.)

« *Regie Francie.* Dudum providentia regia venerabiles fratres nostros Atrabatensem, et Vivariensem episcopos personaliter super certo negotio ad nostram presentiam destinavit, qui profecto, circa illa que oportuna erant dicto negotio, operosum curaverunt studium, velut viri profûndi sensus et litterature maxime, adhibere. Quid autem super negotio prefato hactenus actum fuerit, transcripta processuum super eodem negotio habitorum celsitudini regie transmissorum, ac relatio dilectorum filiorum nobilium virorum Alfonsi de Ispania, et marescalli Francie certiorem, ut credimus, reddiderunt, prefatus que Attrabatensis [episcopus], qui redit ad eum a quo missus fuerat, supplere poterit, si relationi desit aliquid premissorum, quem benivolentie regie sincero commendamus affectu. Datum ut supra. »

2028 Avignon, 19 avril 1324.

Eidem regi, de provisione ecclesiæ Jerosolimitanæ. (Reg. 112, p. II, fol. 23 v°, c. 618.)

Eidem. Tuam, fili carissime, celsitudinem volumus non latere quod nuper, antequam nobis presentate fuissent littere regie nobis misse, quibus certam personam per nos promoveri ad Jerosolimitanam ecclesiam regalis excellentia supplicabat, nos, de persona dilecti filii Raymundi Beguini, fratris ordinis Predicatorum, de regno tuo Francie oriundi et, ut indubie supponimus, tibi grati, providere disposueramus et de ipso postmodum providimus ecclesie memorate ; quare super hoc nos habeat circunspectio regia, quesumus, excusatos. Datum Avinione, XIII kal. maii, anno octavo. »

2029 Avignon, 19 avril 1324.

Ludovico, comiti Clarimontis, excusationem ratione ejusdem electionis mittit. (Reg. 112, p. II, fol. 24, c. 619.)

« *Ludovico, comiti Clarimontis.* Scire te volumus — Datum ut supra. »

2030 Avignon, 20 avril 1324.

Cancellario Franciæ, ut terminum quem H[enricus], dominus Soliaci, contra gentes castri de Dunoregis habere Parisius dicitur, prorogare velit, cum idem nobilis apud Sedem Apostolicam diebus aliquibus remanere habeat. (Reg. 112, p. II, fol. 24, c. 622.)

« *Cancellario Francie.* Cum dilectus filius nobilis vir H., dominus de Suliaco, buticularius Francie, propter certa negotia dilectum filium magnificum virum Carolum, regis Francie filium, comitem Valesii, tangentia apud nos diebus aliquibus habeat remanere, discretionem tuam attentius deprecamur quatinus terminum quem idem nobilis contra gentes castri de Dunor[e]gis habere Parisius in proximo dicitur, velit tua discretio, ne sibi paretur interim prejudicium propter hoc, facere prorogari. Datum Avinione, XII kal. maii, anno octavo. »

2031 Avignon, 21 avril 1324.

Carolo Valesii, de eodem termino prorogando. (Reg. 112, p. II, fol. 24, c. 620.)

« *Comiti Valesii.* Cum pro certis — Dat. Avinione, XI kal. maii, anno octavo. »

2032 Avignon, 23 avril 1324.

Gastoni, comiti Fuxi, de licentia a rege Franciæ habita matrimonium cum sorore Bernardi, comitis Convenarum, solemnisandi gratias agit, eumque ad prudentiam in agendis hortatur. (Reg. 112, p. II, fol. 37 v°, c. 718; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 133, n° 307.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi.* Letanter audivimus, fili, te a[1] carissimo filio in Christo nostro Carolo, Francie et Navarre rege illustri, ad propria remeandi ac solennisandi contractum inter te et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem sororem dilecti filii nobilis viri Bernardi, comitis Convenarum, matrimonium licentiam habuisse, super quibus nobis insidentibus multum cordi, prefato regi duxeramus, jam diu est, speciales nuntium et litteras destinandos. Verum quia ea que recte aguntur et disponuntur consulte felices exitus sortiuntur, nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur quatenus sic prudenter, semper Deum habens pre occulis, in tuis actibus te disponas, quod tibi cedat ad honorem et meritum, in conspectu dicti regis merito reddaris acceptior et ejus gratiam uberius merearis. Datum Avinione, IX kal. maii, anno octavo. »

1. Reg. *ac*.

2033 Avignon, 24 avril 1324.

Comitem Valesii, de Petri, Vivariensis episcopi ad C[arolum], regem Franciæ, missione pro cujusdam negotii, sub secreto domino Soliaci expositi, prosecutione, certiorem facit. (Reg. 112, p. II, fol. 24, c. 621.)

« *Eidem* [*comiti Valesii*]. Die lune post octabas Pasce (*sic*), tue, fili, magnificentie litteras nos recepisse noveris, earumque seriem non absque ingenti exultatione animi perlegisse, tenentes indubie tuum desiderium, quod exprimebant ipse littere circa illa que dicte littere continebant, Deo gratum reique publice, si effectum sortiatur obtatum (*sic*), multipliciter fructuosum, quod, ut fiat, venerabilem fratrem nostrum Petrum, Vivariensem episcopum, qui cras iter suum, Deo dante, debet arripere ad carissimi filii nostri C., regis Francie et Navarre illustris, ducimus presentiam destinandum, cui et dilecto filio nobili viro H., domino Suliaci, buticulario Francie, quos utique ad ipsum negotium affici noscimus, sub secreto duximus dictum negotium exponendum. Qui quidem episcopus nostrum circa premissa regi prefato et tibi propositum plenius reserabit, sciturus quod, ut conceptus tuus partu non careat, intendimus quantum decenter poterimus, sedulam diligentiam adhibere, tuam prudentiam deprecantes ut in eodem proposito cum prosecutione debita usque ad consummationem negotii perseveres. Datum Avinione, VIII kal. maii, anno octavo. »

2034 Avignon, 24 avril 1324.

Eidem comiti de benivolentia exhibita gratias agit præfatumque dominum Soliaci, cujus moram excusat, in agendis commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 24, c. 623.)

« *Comiti Valesii.* Tam ex gestis per te, fili, circa nostros hiis diebus preteritis, quam ex nobis scripto ac verbo pro parte tua per dilectum filium nobilem virum Henricum, dominum de Suliaco, buticularium Francie, letanter non indigne percepimus affectum tuum benivolum erga nos et sanctam matrem Ecclesiam plenius habundare, pro quibus eidem exhibemus merito gratias quas valemus. Sane quia premissa tibi non leviter nos astringunt, ut circa tua negotia dirigenda et supportanda simus solliciti et attenti, vias et modos quesivimus per quos in presentiarum possemus premissis realiter respondere; sed novit ille qui nichil ignorat, quod, faciente malitia temporis, què, illo permittente cujus judicia sunt abyssus, supra vires nos premit, illos reperire nequivimus ut vellemus. Tandem tamen ad hoc exequendum vie alique occurrerunt que tue magnificentie prefatus buticularius, tui honoris procurator fidelis et sedulus, seriosius explicabit, cui circa illa et circa nonnulla tam pacificum statum regnorum Francie et Anglie tangentia, quam circa alia, tua magnificentia fidem, quesumus, adhibere velit indubiam, ipsumque, quem paratum incunctanter supponimus et bona et personam suam pro tuo honore exponere, non vitatis periculis, suorum meritorum intuitu nostreque interventionis obtentu, habere propentius (*sic*) commendatum, ac de mora prolixiori, et nos et ipsum habere plenius excusatos, cum et innumera negotia occurentia et desiderium inveniendi viam magis accomodam per quam possemus tue benivolentie respondere, ejus celeriori obstiterunt missioni. Datum Avinione, VIII kal. maii, anno octavo. »

2035 Avignon, 24 avril 1324.

Alphonso de Hispania nonnulla negotia commendat eique pro quadam gratia a rege [Franciæ] impetrata gratias agit. (Reg. 112, p ii, fol. 24 v°, c. 624.)

« *Alfonso de Ysmania.* Venerabili fratri nostro P., Vivariensi episcopo, super diversis negotiis tue nobilitati nonnulla commisimus referenda, cui velit tua prudentia credere, ipsumque necnon dilecti filii nobilis viri Henrici, domini de Suliaco, negotia habere propensius commendata. Ceterum pro impetrata gratia regia dilectis filiis nobilibus viris Gastoni, Fuxensi, et Bernardo, Convenarum comitibus, super reditu dicti Fuxensis ad propria et contracto per eum matrimonio consummando, tibi referimus uberes [gratiarum] actiones. Datum Avinione, ut supra. »

2036 Avignon, 24 avril 1324.

In e. m. marescallo Franciæ. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, p. c. 624.)

2037 Avignon, 24 avril 1324.

In e. m. cancellario Franciæ « *obmissa illa clausula : ceterum* ». (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, p. c. 624.)

2038 Avignon, 24 avril 1324.

Raynaldo de Ponte, ut P[etro], episcopo Vivariensi, in sibi commissis fidem credulam adhibere studeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, c. 625.)

« *Raynaldo de Ponte, domino de Ribayraco.* Quedam venerabili fratri — Datum ut supra. »

2039 Avignon, 24 avril 1324.

Comiti Valesii, de quodam matrimonio contrahendo et de nonnullis a Vivariensi episcopo exponendis. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, c. 626.)

« *Comiti Valesii.* Ad presulis officium satis, fili, credimus pertinere catholicos principes celibes, prole carentes precipue, ad matrimonium, ex quo prolem possint ad divinum obsequium et regimen suscipere publicum, invitare, et si forsan impedimentum illi obsistere[t] aliquod, illud tollere, prout expedire videret. Sane quod ad certam personam descendere debeat, non sic illi credimus convenire, tum quia diversi diversa requirunt in uxoribus, que an in illa concurrant persona ipsi principes ut plerumque possunt esse presule certiores, tum propter multa alia que expedit sub silentio retinere. Hoc profecto, fili, quoad illum de quo in tuis habetur litteris mentio, studuimus observare, illi quidem, sicut te scire credimus, matrimonium per nostras meminimus litteras suasisse, ac venerabilem fratrem nostrum Vivariensem episcopum, quem ad prefatum negotium affici novimus, ordinasse, qui sibi pro parte nostra exponeret quod, si persona ad hoc alias habilis se offerret, si forsan illi impedimentum aliquod obviaret, quod illud parati eramus tollere, si ex hoc non crederemus divino beneplacito displicere. Verum cum prefatus episcopus a nobis, die lune post octabas Pasche[1] licentiam recepisse[t], tue magnificentie eadem die fuerunt nobis hora tarda littere presentate, quas utique perlegimus et intelleximus exultanter, prefatoque episcopo, quem utique sciebamus totum in hac parte concurrere, ad nostram presentiam evocato, eidem sub secreto tuum propositum Deo gratum, ut credimus et rei publice oportunum, pandimus, eidem que oportuna circa premissa exequenda credidimus, clarius quam prius et apertius injungentes, qui cras, dante Domino, iter suum arripiet, tibique et illi nostrum circa premissa reserabit propositum juxta traditum sibi modum, cui tua prudentia velit credere, ac ne conceptus tam laudabilis partu careat, operosum studium adhibere. Datum ut supra. »

1. 23 avril.

2040 Avignon, 25 avril 1324.

Petro de Palude, ut Petro, Vivariensi episcopo, in, sibi commissis fidem adhibere studeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, c. 627.)

« *Petro de Palude, ordinis fratrum Predicatorum, sacre theologie professori.* Certa venerabili fratri — Datum Avinione, vii kal. maii, anno VIII°. »

2041 Avignon, 25 avril 1324.

In e. m. Viberto, ordinis Prædicatorum, Caroli, regis Franciæ, confessori. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, p. c. 627.)

2042 Avignon, 26 avril 1324.

Regi Angliæ, ut referendis ab Hugone, domino Soliaci, pro pace cum Carolo, rege Franciæ, habenda, fidem adhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 46, c. 757.)

« *Regi Anglie.* Intensis desiderantes affectibus dissensionem, quam inter te et carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, suscitare super facto ducatus Aquitanie pacis emulus nititur, per vias pacificas, congressibus cessantibus bellicis, terminari, regie celsitudini nuper direxisse meminimus super hoc exhortatoria scripta nostra[1] et ecce quod dilecto filio nobili viro Hugoni, domino de Suliaco, buticulario Francie, qui, tui zelator honoris et commodi fervidus, per multos dies in Romana curia moram traxit, explicavimus que tuis honoribus et commodis super premissis credimus expedire, per ipsum tue celsitudini fideliter vive vocis oraculo refferenda. Quocirca serenitatem regiam attentius deprecamur quatinus, eidem nobili fidem super predictis adhibens indubiam, velit regia providentia nostris obtemperare monitis, et regium animum ad vias pacificas, sublatis periculosis dissensionibus, inclinare. Datum Avinione, vi kal. maii, anno octavo. »

1. Voyez n° 2010.

2043 Avignon, 27 avril 1324.

Regi Franciæ, qui ad tempus negotium Vasconiæ suspenderat, diem præfixam comiti Convenarum et Raynaldo de Ponte prorogarat, comitique Fuxi redeundi ad propria et matrimonium contrahendi licentiam concesserat, gratias agit. (Reg. 112, p. ii, fol. 24 v°, c. 628 ; — L. Guérard, *Doct. pont.*, t. II, p. 133, n° 308[1].)

« *Regi Francie.* Letanter audivimus providentiam regiam ad tempus negotium Vasconie suspendisse, diem prefixam dilectis filiis nobilibus viris comiti Convenarum et Raynaldo de Ponte nichilominus prorogasse, comiti quoque Fuxi redeundi ad propria, et contractum solennisandi[2] matrimonium licentiam concecisse (*sic*). Profecto, fili carissime, hec Deo grata credimus honorique regio convenire, et agendis plurimum expedire, ac circumspectionem regiam propter hoc favore commendabilem et multiplici laude dignam. Datum Avinione, v kal. maii, anno octavo. »

1. Avec la date du 28 avril qui est une erreur, le v des calendes de mai correspondant au 27.
2. Reg. *solennisandum.*

2044 Avignon, 27 avril 1324.

Eidem regi, de Dolensis et Trecensis ecclesiarum provisione. (Reg. 112, p. ii, fol. 25, c. 629.)

« *Eidem.* Dudum, fili carissime, magistrum Michaelem de Maloconductu ecclesie Pampilonensi, tunc vacanti, prefecisse meminimus in pastorem, qui propter passiones et debilitates quasdam corporales, que ipsum ad onus pontificalis officii inhabilem reddere videbantur, fuit a dicto onere excusatus. Ideoque, fili carissime, non miretur nec egre ferat celsitudo regia si de eo Dolensi ecclesie hiis diebus commisimus providere, sed ad illam venerabilem fratrem nostrum G., Trecensem episcopum, virum utique magne litterature ac approbate experientie, qui in multis servivit Romane Ecclesie, duximus transferendum, sub cujus regimine, ut speramus, prefata ecclesia in spiritualibus et temporalibus grata suscipiet incrementa. Trecensi autem dilectum filium Johannem Cerchamont, decanum sancti Germani Autisiodorensis, quem nobis sepius per suas litteras commendaverat excellentia regia, prefecimus in episcopum et pastorem, per cujus circumspectionem providam regiumque favorem speramus quod prefata ecclesia votiva suscipiet incrementa. Datum ut supra. »

2045 Avignon, 27 avril 1324.

Eidem regi, de constitutione dotalitii Mariæ, natæ comitis Valesii, ducissæ Calabriæ, et quod litteræ regis Siciliæ super dicta constitutione confirmari non possunt. (Reg. 112, p. ii, fol. 25, c. 630.)

« *Eidem.* Regie celsitudinis litteras nobis per dilectum filium nobilem virum H., dominum de Suliaco,

buticularium Francie, presentatas recepimus, per quas supponens excellentia regia super ordinatione dotis dilecte in Christo nobilis mulieris Marie, nate dilecti filii magnifici viri Caroli, regis Francie filii, comitis Valesii, ducisse Calabrie, nobis fuisse attributam a partibus potestatem, nos instanter rogabat ut taliter super hoc ordinare vellemus, quod predictus comes minime gravaretur, litterasque carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, confectas super constitutione dotalitii ducisse prefate confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Nos autem prefato nobili negotium hujusmodi solerter et fideliter prosequenti respondimus et providentie regie respondemus quod, inter tractationes matrimonii dicte ducisse, extitit ordinatum quod prefati rex Sicilie et comes Valesii, ac regina et comitissa, eorum consortes, deberent super dote hujusmodi, prout eis videretur expediens, ordinare; et, si forsan super hoc convenire non possent, nos et tu, fili carissime, tunc haberemus interponere partes nostras. Verum cum nondum tractatus fuerit habitus inter ipsos, nos de premissis intromittere non valemus. Ceterum, presentibus nuper rege predicto ac suis et dicte comitisse Valesii consiliariis, coram nobis et super dicta confirmatione nostra diutius altercato, tandem, quia rex prefatus, asserens litteras suas ad hoc plene sufficere, predicte confirmationi noluit consentire, nec Sedes Apostolica consuevit in regno Sicilie, nisi ad petitionem regis ipsius, talia confirmare, comitisse predicte consiliarii contenti fuerunt in hac parte littera dicti regis, et sic eadem comitissa recessit, quare nos habeat, quesumus, eadem celsitudo regia excusatos. Datum Avinione, v kal. maii, anno octavo. »

2046 Avignon, 27 avril 1324.

Comiti Valesii, super eisdem. (Reg. 112, p. ii, fol. 25, c. 631.)

« *Comiti Valesii.* Litteris carissimi in — Datum ut supra. »

2047 Avignon, 27 avril 1324.

Eidem comiti, ut domino Soliaci, buticulario Franciæ, in hiis sibi super facto Imperii et regnorum commissa, fidem adhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, c. 632.)

« *Eidem comiti.* Quia dilecto filio nobili viro H. domino de Suliaco, buticulario Francie, super facto imperii et regnorum eaque tangentia, nonnulla com[m]isimus tue magnificentie referenda, placeat tibi super hiis, quesumus, eidem fidem indubiam adhibere. Datum Avinione, ut supra. »

2048 Avignon, 28 avril 1324.

Henrico de Soliaco utendi carnibus, vel ovis et caseis in temporibus prohibitis, cum physicus ejus hoc oportunum cognoverit, facultatem concedit. (Reg. 112, p. i, fol. 81 v°, c. 379.)

« *Henrico, domino de Soliaco.* Eximie devotionis affectus — Dat. Avinione iiii kal. maii, anno octavo. »

2049 Avignon, 28 avril 1324.

Reginæ Angliæ, ut ad concordiam inter regem Angliæ et regem Franciæ reformandam studiosam operam adhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 46, c. 758.)

Eidem regine [*Anglie*]. Non revocantes in dubium te, filia, intensis affectare desideriis unitatem spiritus inter carissimos in Christo filios nostros Carolum Francie, germanum, ac Eduardum Anglie, virum tuos, reges illustres, in caritatis servari vinculo, sicut et ratio multiplex te astringit, ac tenentes indubie quod ad hoc tua sedula diligentia multum potest, tuam magnificentiam superhabundanter duximus exhortandam quatinus, cum hostis humani generis, pacis emulus, inter ipsos semina zisaniarum (*sic*) in partibus Vas[c]onie jesserit, que pullulare incipiunt, nisi provide occurratur, ut semina tam pestifera suo prefocentur in ortu, intente velis intendere ac efficaciter operam adhibere, scitura quod nos ad id intendimus et vigilanti studio, ut prefertur, vicem studiosam operam adhibere. Datum Avinione, iiii kal. maii, anno VIII°. »

2050 Avignon, 4 mai 1324.

Archambaldo, comiti Petragoricensi, de oblatis per Heliam Vigerii, militem, nuntium suum, quamvis non admissis, regratiatur et de exauditione quarumdam pe-

titionum suarum respondet. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, c. 635.)

« *Dilecto filio nobili viro Arcambaldo, comiti Petragoricensi.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, iii nonas maii, anno VIII°. »

2051 Avignon, 7 mai 1324.

Magalonensi et Nemausensi officialibus, ut, ad reddendum rationem de administratis in ecclesia Bracharensi, citent Valascum Martini, scholasticum Bracharensem, qui apud loca Magalonensis vel Nemausensis diocesis se transtulit. (Reg. 112, p. i, fol. 82 v°, c. 384.)

« *Dilectis filiis.., Magalonensi, et..., Nemausensi officialibus.* Accepimus nuper quod — Dat. Avinione, nonis maii, anno octavo. »

2052 Avignon, 7 mai 1324.

Decano ecclesiæ Rothomagensis, ut in prosecutione bonorum olim a Benedicto Roterii, cive Astensi, Cameræ apostolicæ relictorum, sollicitus sit. (Reg. 112, p. i, fol. 82 v°, c. 385.)

« *Dilecto filio.., decano ecclesie Rothomagensis.* Olim per dilectum — Datum Avinione, nonis maii, anno octavo. »

2053 Avignon, 7 mai 1324.

Johannem, ecclesiæ Trecensi per Guillelmi, episcopi, ad Dolensem ecclesiam translationem vacanti, præficit. (Reg. 112, p. i, fol. 103 v°, c. 464.)

« *Dilecto filio Johanni, electo Trecensi.* Nuper ecclesia Trecensi — Dat. Avinione, vi nonas maii, anno octavo. »

2054 Avignon, 7 mai 1324.

Regi Franciæ, ut regis Armenorum nuntios benigne recipiat. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, c. 633.)

« *Prefato regi Francie.* Ecce, fili carissime, quod venerabilis frater noster Basilius, archiepiscopus Tarcensis[1], et dilecti filii nobiles viri Aythonus Manuzac et Balduynus, nuntii carissimi in Christo filii nostri Ludovici, regis Armeniorum[2] illustris, ad regalem proficiscuntur presentiam, ut statum eorumdem regis et regni eidem exprimant et fiducialiter recomendent, quos velit, quesumus, audire benigne celsitudo regia et expedire mature. Datum Avinione, nonis maii, anno octavo. »

1. *Sic*, la forme correcte, *Tarsensis*, est donnée par la lettre suivante (n° 2055).
2. *Sic*, il faudrait *Leonis, regis Armenorum.*

2055 Avignon, 7 mai 1324.

Comiti Valesii eosdem nuntios commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, c. 634.)

« *Dicto comiti Valesii.* Accedunt, venerabilis frater — fiducialiter deprecandam[1]. »

1. La date est donnée plus bas, après les *in. e. m.* (n° 2057).

2056 Avignon, 7 mai 1324.

In e. m. Ludovico, comiti Clarimontis. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, p. c. 634.)

2057 Avignon, 7 mai 1324.

In e. m. Alphonso de Hispanía. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, p. c. 634.)

2058 Avignon, 12 mai 1324.

Regi Franciæ, de informatione facienda super degradatione quarumdam personarum ab archiepiscopo Senonensi condempnatarum, ut restringi valeat canonum censura. (Reg. 112, p. ii, fol. 25 v°, c. 636.)

« *Dicto regi Francie.* Solita benignitate recepimus litteras, nuper nobis a regia serenitate transmissas, super degradatione quarumdam personarum ex commisso crimine condempnatarum per venerabilem fratrem nostrum.., archiepiscopum Senonensem, ad quam certum suffraganeorum numerum, quod non habetur, ut asseris, statuunt sacri canones adhibendum, ut censuram ipsorum canonum restringamus. Ut igitur consultius valeat in hac parte, ordinet, si expedire putaverit, excellentia regia quod prefatus archiepiscopus per suas litteras nos informet de personis

hujusmodi, qualitate criminis, et utrum persone ipse sue jurisdictionis existant, qua informa[tione] prehabita, vel in premissis restringemus ipsorum canonum, si viderimus expedire, censuram, vel alias, ne impediatur justitia, adhibebimus remedia oportuna, Datum Avinione, IIII idus maii, anno octavo.»

2059 Avignon, 14 mai 1324.

Petrum, episcopum Atrebatensem, de diligentia in quibusdam Carolo, regi Franciæ, suadendis adhibita commendat, et de inchoatis a gentibus Eduardi, regis Angliæ, super facto ducatus Aquitaniæ congaudet. (Reg. 112, p. II, fol. 26, c. 637.)

« *Venerabili fratri Petro, episcopo Atrabatensi.* Fraternitatis tue litteras benigne recepimus, et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu, studiose devotionis diligentiam quam, in exponendis et salubriter suadendis carissimo in Christo filio nostro Carolo, regi Francie et Navarre illustri, eis que tibi nuper imposuimus sibi fideliter exponenda, necnon et in rescribendo nobis celeriter super hoc, adhibere sedule curavisti, plurimum in Domino commendantes, leti nichilominus quod ea, sicut grata lectione litterarum ipsarum percepimus, rex prefatus gratanter admisit, nec auxit insuper modicum letitie cordi nostro quod inchoatum super facto ducatus Acquitanie per gentes carissimi in Christo filii nostri E., regis Anglie illustris, nobis litterarum ipsarum series patefecit, cum videatur ad pacem solidandam inter reges ipsos tendere, quam desiderabiliter affectamus. Datum Avinione, II idus maii, anno octavo. »

2060 Avignon, 14 mai 1324.

Philippo, comiti Cenomanensi, de nuntiorum ejus receptione et de quarumdam petitionum exauditione. (Reg. 112, p. II, fol. 26, c. 638.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Cenoman*[*ensi*]. Benigne recepimus nobilitatis tue litteras nobis per dilectum filium Johannem de Vienna, canonicum Cenomanensem, cancellarium, et Petrum de Jaunay, militem tuos nuper destinatos ad Sedem Apostolicam presentatas, et que ipsi, sub commissa sibi per easdem litteras credentia, coram nobis proponere voluerunt intelleximus diligenter, sibique respondimus quod expedire vidimus super eis, sicut ipsi eidem nobilitati referre plenius poterunt viva voce. Illas autem de petitionibus pro parte tua nobis per ipsos oblatis, quas honeste potuimus, ad exauditionis effectum duximus favorabiliter admittendas. Datum ut supra proxima. »

2061 Avignon, 14 mai 1324.

Petro, Benaugiarum et Castellionis vicecomiti, de petitionum suarum ab Helia de « Batseuba », domicello, præsentatarum expeditione. (Reg. 112, p. II, fol. 35, c. 719.)

« *Dilecto filio nobili viro Petro Benaugiarum et Castellioni*[*s*] *vicecomiti.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, II idus maii, anno octavo. »

2062 Avignon, 14 mai 1324.

Catherinæ de Greliaco litteras suas a prædicto Helia praesentatas recepisse nuntiat eamque consolatur. (Reg. 112, p. II, fol. 38, c. 720.)

« *Dilecte in Christo filie nobili mulieri Catherine de Greilino*[1]. Nobilitatis tue litteras nobis per dilectum filium nobilem virum Heliam de Batseuba, tuum nuntium, presentatas recepimus, et que pro parte tua dictus nuntius nobis exposuit, benigne audivimus, contentis in eisdem litteris nichilominus plenius intellectis. Sane, filia, super tuis oppressionibus et angustiis paterno tibi compasientes (*sic*) affectu, nobilitatem tuam duximus exhortandam quatinus ad illum qui mestorum est consolatio et sublevator inennarabilis (*sic*) oppressorum devotis precibus dirigas mentem tuam, in ipso fiduciam habitura quod ipse[qui] sperantes in se non deserit, tibi tranquillitatis serenitatem tribuet post fluctus varios tempestatum, presertim si disciplinam ejus non abicieris, sed patienter sustinueris et absque murmure virgam ejus. Nos equidem in tuis oportunitatibus reperies, quantum cum Deo poterimus, propitios et benignos. Datum ut supra. »

1. Au sujet des formes de ce nom, voir plus haut n° 1955, *et* Ed. Philippon, *Dictionnaire topographique du département de l'Ain*, Paris 1911, in-4°, au nom *Grilly*.

2063 Avignon, 14 mai 1324.

Gastoni, comiti Fuxi, respondet se ad provisionem monasterii de Manso Garnerii [1], antequam supplicationes ejusdem comitis pervenissent, processisse et excusationem petit. (Reg. 112, p. II, fol. 38, c. 721.)

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi.* Nobilitatis tue litteras — Datum Avinione, ut supra. »

1. Le nom du diocèse, dans le registre, est remplacé par deux points. Il s'agit évidemment de l'abbaye du Mas-Garnier (aujourd'hui Mas-Grenier, Tarn-et-Garonne, ar. Castel-Sarrazin, c. Verdun-sur-Garonne). L'abbé Raymond IV de Montaigu, qui était mort, venait d'être remplacé par Aimeri de Montaigu (*Gallia christiana*, t, XIII, col. 118, c; — DD. Vaissete et Devic, *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. IV, 1872, p. 589.

2064 Avignon, 16 mai 1324.

Burgimagistros, scabinos et consules villæ de Brugis ad concordiam cum Ludovico, comite Flandriæ, nutriendam hortatur, et abbatis Virziliacensis, qui ad statum pacis procurandum laudabiliter laboravit zelum commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 26, c. 639; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 496, n° 1337.)

« *Dilectis filiis burgimagistris, scabinis et consulibus ville de Burgis* (sic). Dum pacis commoda diligenter attendimus, dum discensionum (*sic*) dispendia attentius cogitamus, profecto vobis pacis gaudiis, sicut vestre nobis innotuere littere, perfruentibus, merito congaudemus. Sane quia hostis pacis, caritatis emulus, humani generis inimicus, quasi leo circuit querens in vobis, inter vos ac dilectum filium nobilem virum Ludovicum, comitem Flandrie, zizaniorum jacere semina, vos duximus exhortandos, sano vobis nichilominus consilio suadendo quatinus ejus insidiis obviare vigilanti studio studeatis, ac circa concordiam, in qua res parve consueverunt crescere nutriendam, ac vitandam discordiam in qua res maxime dilabuntur, curetis sedule studiosam operam adhibere. Ad hec, dilectum filium.., abbatem Verzeliacensem, qui ad statum pacis hujusmodi procurandum, ut vestre testantur littere, laudabiliter laboravit, meritorum ejusdem intuitu, vestreque interventionis obtentu, habere recomendatum intendimus loco et tempore oportunis. De devotione autem quam ad nos et sanctam Romanam Ecclesiam geritis, prout vestrarum asseruit gerulus litterarum, vobis gratiarum referimus uberes actiones, vestram benivolentiam deprecantes ut in eadem constanter velitis persistere, ac nobis et sibi assistere contra ejusdem rebelles Ecclesie auxiliis et favoribus oportunis. Nos enim parati sumus et esse intendimus, dum in humanis agere divina providentia nos permittet, vobis, preter eterne retributionis premium, quod ex hoc promereri poteritis, grata vicissitudine respondere. Datum Avinione, XVII kal. junii, anno VIII° ».

2065 Avignon, 16 mai 1324.

Præfatum Ludovicum, comitem Flandriæ, ad pacem cum dictis Flandrensibus conservandam hortatur, abbatis Virziliacensis, qui ad dictam concordiam procurandam sedule laboravit, zelum commandat, et de oblatis ab eodem Ludovico gratias agit. (Reg. 112 p. II, fol. 26, c. 640; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 497, n° 1338.)

« *Dicto comiti Flandrie.* Ex tuarum, non absque ingenti gaudio, percepimus serie litterarum quod, quiescentibus discordiarum fluctibus, quos inter te et dilectos filios nonnullos Flandrenses tibi subditos hostis pacis et caritatis emulus exitavit (*sic*), in pacis pulcritudine sedere nosceris et requie opulenta letari. Sane, fili, quia hostis ille qui mille modos nocendi habere noscitur, quique tue et ipsorum subditorum tuorum invidet caritati, zizaniarum inter te ac ipsos jacere semina, si poterit, non cessabit, tuam prudentiam deprecamur ut ejusdem hostis resistere cures insidiis et ad pacem conservandam hujusmodi operosum studium adhibere. Et quia dilectus filius.., abbas Verzeliacensis ad sedandam discordiam et procurandam concordiam antefatas, sedule, prout tue testantur littere, laboravit, habere illum tue interventionis obtentu suorumque meritorum intuitu, loco et tempore intendimus commendatum. Ad hec de personali visitatione, super qua se duxit ex habundanti tua benivolentia excusandam, ipsa non indigne admissa, de oblatione nobis facta per easdem litteras, quam gratam admodum habuimus et habebimus, nobilitati tue referimus gratiarum uberes actiones, te

rogantes ut oblata verbo, opere oportuno studeas tempore adimplere[1]. »

1. La date est la même que celle de l'acte précédent, comme l'indique la formule *ut supra* qui figure ci-après (n° 2066).

2066 Avignon, 16 mai 1324.

In e. m. Roberto de Flandria, domino de Cassello. *Datum ut supra proxime.* (Reg. 112, p. II, fol. 26, p. c. 640.)

2067 Avignon, 21 mai 1324.

Alphonso de Hispania, qui ipsum de discordia inter Carolum, Franciæ, et Eduardum, Angliæ reges, via pacis terminata certiorem fecerat, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 26 v°, c. 641.)

« *Dilecto filio nobili viro Alfonso de Ispania.* Leta manu recepimus nobilitatis tue litteras, discordiam quam inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et Eduardum, Anglie reges illustres, suscitare periculose nitebatur hostis humani generis, via pacis terminatam amicabilis nuntiantes, tanto ex eisdem placidis rumoribus letiores effecti, quanto ex ipsa concordia, quam intensis desideramus affectibus, varia videmus vitata pericula, et bona proventura multiplicia contemplamur, ejusdem nobilitatis solicitudinem, quam in notificando nobis votivos rumores hujusmodi curasti celeriter adhibere, multipliciter in Domino commendantes. Datum Avinione, XII kal. junii, anno octavo. »

2068 Avignon, 22 mai 1324.

Regem Siliciæ rogat ut ad pacem cum Eduardo, comite, et Philippo de Sabaudia, habendam, amota quadam novitate in ejusdem regis procuratorio inserta, se pronum exhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 80 v°, c. 939.)

« *Regie Sicilie.* Super tractatu reformande pacis et concordie inter te, fili carissime, et gentes tuas, ex parte una, et dilectos filios nobiles viros Edwardum, comitem, et Philippum de Sabaudia, ex altera, dudum vivente quondam Amadeo, comite Sabaudie, dicti Edwardi genitore, incepto procedere nuper, vocatis nobiscum et presentibus dilectis filiis nostris Lucha, sancte Marie in Via Lata, Johanne, sancti Theodori, Bertrando, sancte Marie in Aquiro, et Arnaldo, sancti Eustachii, diaconis cardinalibus, cupientes, tam tua quam dictorum comitis et Philippi procuratoria vidimus exhibita coram nobis, quorum neutrum repertum fuit sufficiens ad pacem ipsam, juxta tractatum[1] hujusmodi, consummandam, sed non modicam habuimus materiam admirandi quod, licet in predicto tractatu, post diversas altercationes habitas super scambio equivalenti et equiadjacenti pro castro de Savillario, pro parte tua, dicto Philippo prestando, contineatur expresse, sicut regia sublimitas non ignorat, quod infra triennium et non ultra dare deberes scambium memoratum, in procuratorio tamen noviter exhibito coram nobis, cum conditione : si posse commode, posuisti terminum sex annorum. Cumque pacem predictam, quam desideranter appetimus, tam tibi quam aliis partibus antedictis ac utilitati rei publice expedire multipliciter supponamus, et ad eam perficiendam ferventer suspiret intentio mentis nostre, regalem excellentiam attentius deprecamur quatinus, ad illam regium dirigens animum et inclinans totaliter mentem tuam, procuratorium, amota novitate predicta, sufficiens secundum formam matura deliberatione consilii ordinatam, quam continet cedula presentibus interclusa, in quo nichilominus de dissensione dilecti filii nobilis viri marchionis Saluciarum sopienda per tractatum pacis hujusmodi habeatur expressa mentio, e vestigio mittere regia providentia non postponat. Datum Avinione, XI kal. junii, anno octavo. »

1. Reg. *tractatus.*

2069 Avignon, 22 mai 1324.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, ut ad pacem cum eodem rege Siciliæ, habendam mentem suam inclinat et procuratorium sufficiens, secundum formam præsentibus interclusam, mittat. (Reg. 112, p. II, fol. 87, c. 973.)

« *Dilecto filio nobili viro Eduardo, comiti Sabaudie.* Super tractatu reformande — hujusmodi consummandam[1]. Verum cum illam quam desideranter appetimus, tam tibi quam aliis partibus antedictis, ac utilitati rei publice multipliciter expedire indubie supponamus, et ad eam perficiendam ferventer suspiret intentio mentis nostre, no-

bilitatem tuam attentius deprecamur quatinus, ipsius pacis commoda et dissensionis discrimina diligenter attendens, ad vitanda dissensionis incommoda et pacis federa procuranda inclinare sedule studeas mentem tuam, procuratorium sufficiens, secundum formam matura deliberatione consilii ordinatam quam continet cedula interclusa presentibus, transmissurus. Datum Avinione, XI kal. junii, anno octavo. »

1. Le passage supprimé ici se trouve dans la lettre précédente, *mutatis mutandis*.

2070 Avignon, 22 mai 1324.

In e. m. Philippo de Sabaudia, « *mutatis verbis ubi dicitur genitore. Datum utsupra* ». (Reg. 112, p. II, fol. 87, p. c. 973.)

2071 Avignon, 25 mai 1324.

Quibusdam ducis Calabriæ litteris respondens, nuntiat ei se preces ejus pro Johanne, abbate monasterii sancti Sebastiani Neapolitani ad monasterium sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, promovendo, exaudire non potuisse et excusationem petit. (Reg. 112, p. II, fol. 81, c. 941.)

« .., *duci Calabrie*. Nobilitatis tue diversas — Datum Avinione, VIII kal. junii, anno octavo ».

2072 Avignon, 25 mai 1324.

Stephano de Vidilhaco, ut contra clericos et laycos quos in comitatu Venayssini de usuris publice diffamatos invenerit procedens, eos ad satisfaciendum compellat et debite corrigat. (Reg. 112, p. II, fol. 87, c. 974.)

« *Dilecto filio magistro Stephano de Vidiliaco, archidiacono de Aureliaco in ecclesia Claromontensi, capellano nostro*, Frequens et clamosa — Datum Avinione, VIII kal. junii, anno octavo. »

2073 Avignon, 25 mai 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ut treugas inter capitulum ecclesiæ Viennensis, ex una parte, et Girardum de Illino Humbertumque, fratrem ejus, ex altera, usque ad festum Penthecostes proximo venturum duraturas, usque ad instans festum Nativitatis dominicæ prorogari faciat. (Reg. 112, p. II, fol. 87 v°, c. 975[1].)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Viennensi*. Auditui nostri apostolatus — Datum Avinione, ut supra ».

1. L'adresse seule figure à l'index, d'une écriture contemporaine, mais d'une autre main.

2074 Avignon, 26 mai 1324.

Vicario ac diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum Prædicatorum et fratribus apud Burdegalam in ipso generali capitulo congregatis, de magistri ordinis electione. (Reg. 112, p. II, fol. 38, c. 722.)

« *Dilectis filiis.., vicario ac diffinitoribus capituli generalis ordinis fratrum Predicatorum et ceteris fratribus ejusdem ordinis apud Burdegalam in ipso generali capitulo congregatis.* Licet doctam vestram prudentiam circa ea salubriter exequenda que agenda sunt in instanti vestro generali capitulo Burdegalis (*sic*), dante Domino, celebrando, indubie supponamus sollicitam et attentam, quia tamen nonnunquam expedit emisso subdere calcar equo, sollicitudinem superaddendam sollicitis credimus non obesse. Sane, quia circa electionem magistri vestri ordinis, quo caretis ad presens, in premissis primis intendere provide vos oportet, obsecramus vos per vi[s]cera misericordie Dei nostri quatenus, vigilantius attendentes quantum corpori sit salus et integritas capitis oportuna, quantaque ex ipsius indispositione capitis possent, quod absit, incom[m]oda corpori provenire, relegatis prorsus a vestris mentibus amore, odio et favore, ad illum vestros intuitus quem Deo gratum ac dignum ad tantum laudabiliter exequendum officium extimaveritis dirigere studeatis. Verum quia sine illo sine quo nichil, ipso testante, facere possumus, hec adimplere nequitis, paterno vos rogamus affectu quatenus apud illum devotis ac sedulis orationibus insistatis ut ipse qui in sui dispositione non fallitur, et que sit in homine plene novit, sic in hac parte vota vestra aspirando preveniat, sic et ea dignetur adjuvando prosequi, quod electionis ejusdem ipsum actorem, vosque ministros fideles et sedulos, pandet exitus extitisse. Rursus quia tante congregationis regimen salusque animarum, circa quam nunc docendo, nunc predicando, nunc consulendo, nunc alia que ad ipsam

pertinent exercendo, habet intendere, merito exigunt ut vigilanti studio ad hec exequenda viri Deo fideles et devoti sancte Romane Ecclesie, ac alias ad talia exequenda sufficienter ydonei deputentur, futurum magistrum, diffinitores et alios ad quos talium dispositio pertinet, duximus exhortandos, ut circa hec, Deum solum habentes pre oculis, adhibere studeant operam studiosam. Adhuc, quia ubi gubernaculum discipline contempnitur, restat ut religio naufragetur, tam magistrum prefatum quam alios ad quos correctio in eodem ordine pertinet, obsecramus quatinus circa perversorum correctionem sic sint solliciti, sic attenti, quod, propter impunitatem ipsorum excedentium, talia non transeant ceteris in exemplum, ipsosque delinquentes a talibus disciplinis severitas retrahat a quibus ipsos non retrahit timor Dei. Denique devote petimus et humiliter imploramus ut compatientis occulo onus in Dei permissione supra vires impositum[1] intuentes, ad ejus sublevationem pie velitis intendere, illi cui, cum voluerit, subest posse, preces devotas humiliter offerentes, ut ipse infirma nostra suo robore fulciat suaque virtute sustentet, ut in commissi executione regiminis sic suum beneplacitum exequamur quod, una cum grege nobis credito, post presentis vite misericordiam, eterne retributionis premium misericorditer assequamur. Datum Avinione, VII kal. junii, anno octavo. »

1. Reg. *supra viros imposuit*. Il faut sans doute sous-entendre *nobis* dans la correction que nous proposons.

2075 Avignon, 27 mai 1324.

Ludovico, comiti Clarimontis, de cujusdam negotii expeditione. (Reg. 112, p. II, fol. 26 v°, c. 642).

« *Nobili viro Ludovico, comiti Clarimontis*. Nobilitatis tue recepimus litteras, et que continebant intelleximus diligenter, super quibus benivolentie tue commendantes solicitudinem, eidem gratiarum referimus uberes actiones. Te autem, fili, super illis nequivimus dirigere quousque prefatum negotium nobis fuerit magis specifice manifestum; credimus tamen expediens quod in illis procedi debeat provide, alias poterit[1] forsitan difficultates magis arduis et utilibus adhibere. Datum Avinione, VI kal. junii, anno octavo. »

1. Le sujet, sous-entendu, doit être *negotium*.

2076 Avignon, 30 mai 1324.

Regi Franciæ quod in cujusdam viri, cujus nomen non exprimitur, promotione, via electionis sit alteri præferenda rescribit, eique de prorogatione diei Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte assignate, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 26 v°, c. 643.)

« *Predicto regi Francie*. Innotuere nobis celsitudinis regie littere noviter nobis misse quod vir ille de cujus promotione agitur, si ipsum per viam electionis seu provisionis ad statum illum vocari contingat cum auxilio, consilio et bona diligentia que nos sperat adhibituros et extimat, est consentire paratus, via tamen electionis, propter multa que tacere potius expedit quam proferre, acceptior sibi foret. Profecto, fili carissime, nos cum illo sentimus quod electionis via, si obtineri valeret, sit alteri preferenda, ipsumque tenere volumus incunctanter quod favor noster et consilium, dummodo nobis constet [quod] ille juret nobis et faciat que predecessor ejus juravit et fecit, sibi non deerunt, quantum status nostri decentia patietur. De auxiliis autem que a nobis sperat, que sunt illa non exprimit, quare super illis responsum non possumus certum dare[1]. Ad hec, attendentes commoda ex pace, si vigeat inter te, fili carissime, et ca[rissimum] in Christo filium nostrum, E., regem Anglie illustrem, proventura, et dispendiis variis proventuris ex discordia, si duraret, attentis, actori pacis qui ad pacem ipsam regios animos inclinavit, gratias agimus quas valemus. Porro de prorogatione[2] diei assignate dilectis filiis nobilibus viris Bernardo, comiti Convenarum, et Raynaldo de Ponte, benivolentie regie gratiarum referimus uberes actiones. Datum Avinione, III kal. junii, anno VIII°. »

1. Voyez, sur le même sujet, n° 2080. Peut-être aussi s'agit-il de la même affaire dans la lettre n° 2084.
2. Reg. *porrogatione*.

2077 Avignon, 31 mai 1324.

Eduardo, comiti Sabaudiæ, litteras ejus se recepisse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 87 v°, c. 976[1].)

« *Eduardo, comiti Sabaudie.* Nobilitatis tue benigne — Datum Avinione, II kal. junii, anno octavo. »

1. A l'index ne figure que l'adresse, d'une écriture contemporaine, mais d'une autre main.

2078 Avignon, 31 mai 1324.

Armando de Narcesio, ut ad monasterium sancti Victoris Massiliensis, ordinis sancti Benedicti, se conferens, capitulo generali in proximo ibi celebrando intersit, una cum abbate et monachis conditionem et statum ejusdem monasterii et in quibus spiritualiter et temporaliter reformari, necnon vias et modos quibus reparationi hujusmodi provideri valeat, oportune requirat omniaque referat. (Reg. 112, p. II, fol. 87 v°, c.977.)

« *Dilecto filio magistro Armando de Narcesio, decano ecclesie sancti Stephani de Tescone Montisalbani, capellano nostro.* De statu et — Datum Avinione, II kal, junii, anno VIII°. »

2079 Avignon, 31 mai 1324.

Bernardo de Appamiis, ut apud Montempessulanum, Magalonensis diocesis, se conferens, capitulo generali a fratribus Heremitis beati Augustini ibi in proximo celebrando intersit, conditionem hujus religionis requirat omniaque referat. (Reg. 112, p. II, fol. 88, c. 978.)

« *Dilecto filio Bernardo de Appamiis, de ordine fratrum Heremitarum beati Augustini, penitentiario nostro.* Audito quod per — Datum ut supra ».

2080 Avignon, 1er juin, 1324.

Alphonso de Hispania, quid in cujusdam viri, cujus nomen non exprimitur, promotione agendum sit. (Reg. 112, p. II, fol. 26 v°, c. 644.)

« *Nobili viro Alfonso de Ispania.* Ex tenore litterarum carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, noviter intellecto quod vir ille de cujus promotione agitur, si ipsum per viam electionis seu provisionis ad statum illum vocari contingat cum auxilio et diligentia que nos exhibituros existimat[1], paratus est consentire, quodque via electionis, propter multa que tacere quam exprimere potius expedit, acceptior sibi foret, regali celsitudini per alias nostras litteras duximus rescribendum[2] quod, super via electionis predicta ibidem cum promovendo eodem, si obtineri valeat sentientes, ipsum tenere volumus incunctanter, quod favor noster et consilium eidem non deerunt, dum nobis constet quod ille juret nobis et faciat que illius predecessor juravit et fecit, licet de auxiliis que a nobis sperat, quia illa non exprimit, certum responsum eidem facere nequeamus. Sane quoniam oportune pretacti negotii qualitas videtur exigere quod citra instantem illius terminum nuntii destinarentur aliqui ad plenum instructi, cum quibus deliberari consulte valeret an decidere vel differre adhuc potius ipsum negotium, ut ordinaretur utilius et solemnius, expediret, consultius agi quoad hoc videretur, si prelati qui missi fuerunt alias super hoc, et qui plenius negotii[3] merita sunt experti, informati plene de omnibus que ad ipsum negotium pertinent, vel saltem Vivariensis episcopus, cum mittendis aut in solidum mitterentur, super quibus tua nobilitas sublimitatem regiam, sicut expedire pro meliori cognoverit, poterit informari. Datum Avinione, kalendis junii, anno octavo. »

1. Reg. *existimas*, la correction est indiquée par le passage analogue de la lettre ci-dessus, n° 2076.
2. Voyez n° 2076.
3. Reg. *negotia*.

2081 Avignon, 1er juin 1324.

Ferrico, duci Lotharingiæ, de oblatione gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 69 v°, c. 871.)

« *Nobili viro Ferrico, duci Lothoringie.* Liberales tue nobilitatis litteras dudum nobis per tuum nuntium presentatas, solita benignitate recepimus, ex illis commendantes in Domino oblationem tuam gratam nobis non modicum, et actiones uberes tibi refferentes propterea gratiarum : quod si tarde forsan super hiis ad te paterne gratitudinis responsales iste manaverint, quesumus, fili, ut inde tua devotio non miretur; audivimus enim quod proficiscebaris peregre, nichilo-

minus et de illis idem nuntius non curavit. Datum Avinione, kalendis junii, anno octavo. »

2082 Avignon, 1er juin, 1324.

Tarantasiensi et Bisuntino archiepiscopis eorumque suffraganeis, ut processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, Marcumque et Galeacium de Vicecomitibus habitos, ubi expedire viderint publicari faciant. (Reg. 112, p. II, fol. 59 v°, c. 872.

« *Venerabilibus fratribus.., Tarantasiensi et.., Bisuntino archiepiscopis eorumque suffraganeis.* Volentes processus per — litteras certiores[1]. »

1. La date est donnée par la formule *ut supra* que porte l'acte suivant.

2083 Avignon, 1er juin 1324.

In e. m. archiepiscopo Viennensi ejusque suffraganeis. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. II, fol. 69 v°, p. c. 872.)

2084 Avignon, 4 juin, 1324.

Regi Franciæ, de cujusdam prælati electione et de quadam dignitate conferenda. (Reg. 112, p. II, fol. 27, c. 645.)

« *Dicto regi Francie.* Noverit regia celsitudo quod, receptis litteris regiis novissime nobis missis et contentis in eis plenius intellectis, cum illo prelato, cui tua magnificentia duxerat litteras[1], super contentis in regiis litteris seriose locuti fuimus, cujus responsio talis fuit. In primis siquidem tibi, fili carissime, voluit fieri manifestum quod nonnulli fabricatores mendacii electo illi, qui jam pro prelato se gerit, et nonnullis ex illis ad quos spectat dicte prelationis electio, ac pluribus aliis falso presumpserunt suggerere quod ejusdem prelati respondentis erat intentio et ejus processus contra electum predictum habiti ad illum finem facti fuerant ut, nedum electus ipse jure suo, sed et electores ipsi jure privari debeant eligendi, et ille ad dignitatem illam prefici debeat quem tua desiderat celsitudo; hoc autem ad illum finem dicere presumpserunt ut electores et alios possit dictus electus ad partem suam trahere ac dicti prelati processus et regium propositum impedire. Quo fide digna multorum relatione percepto, volens prelatus ipse tante malitie obviare, scripsisse se asserit nonnullis ex dictis electoribus quod hoc, videlicet quod ipse electores ipsos jure suo privare intenderit, erat prorsus obvium veritati, quia hoc nequaquam sue intentionis existerat nec existit, suadens eis quod talibus detractoribus fidem nullatenus adhiberent, quare veretur prelatus ipse admodum quod electus prefatus, qui callidus reputatur, procedat circa tractatum de quo in dictis litteris regiis fiebat mentio fraudulenter. Ad id autem quod in eisdem litteris regiis continetur, videlicet quod prelatus ipse deberet prelato illi ab electo predicto pro uno ex detractoribus nominato scribere, dixit quod, deliberatione cum consiliariis suis solitis prehabita diligenti, non videbatur quod ipse pro nunc illi eidem scriberet certis ex causis aliquatenus expedire; licet enim de ipso hactenus confisus fuerit et magnam habuerit et habeat, si fideliter ageret, de ipso materiam confidendi, ad presens tamen ex causis probabilibus adeo non confidit, possetque scriptura hujusmodi, juxta eorum malitiam, suis detrahere processibus et impedimenta prebere. Sane ad illud quod circa prorogandum eidem electo prefiximus terminum, vel circa id aliter ordinandum, dicte littere continebant, respondit quod satis adhuc superest de tempore, infra quod tempus venturos prelatos aliquos intentionis regie plene conscios prestolatur, et tam cum suis solitis, quam cum illis consiliariis deliberatione prehabita diligenti, intendit super hoc providentiam regiam contentare[2].

De dignitate autem illa pro qua excellentia regia pro certa persona institit, sic respondit quod jam adeo pro alia persona processerat, quam gratam illi ob cujus favorem excellentia institerat regia indubie reputabat, quod sine nota alicujus variationis et inconstantie non poterat resilire. De dignitate autem alia, nisi per alium de eadem fuerit jam provisum, intendit juxta regiarum litterarum seriem, quantum sciet et poterit, ordinare. Porro videtur prelato illi admodum expedire quod ille, quem illi desideras prefici dignitati, propinquos coelecti supradicti electi ad se traheret, eorumque curet benivolentiam obtinere, ad quod idem prelatus jam cepit dare operam, loquendo nuntiis pro parte aliquorum propinquorum coelecti predicti ad suam presentiam destinatis, daturus imposterum am-

pliorem, adiciens quod cum illis nuntiis nichil perfecerat, quia mandata sufficientia non habebant. Laudavit insuper prelatus ipse admodum quod tractatus super collectorum concordia suspensus fuerat, et quod duret suspensio, reputat negotio plurimum expedire. Quocirca ut hoc expedit, providentia regia diligentiam curet sedulam[3] adhibere. Datum Avinione, II nonas junii, anno octavo. »

1. Il faut sans doute sous-entendre *committendas*.
2. Peut-être s'agit-il ici de l'affaire dont il est question dans les lettres précédentes n°s 2076 et 2080.
3. Reg. *cedulam*.

2085 Avignon, 5 juin 1324.

Petrum Marini de quibusdam pecuniarum summis ad Cameram Apostolicam pertinentibus, ab eo receptis et in certis usibus de mandato ipsius papæ expensis, quittat. (Reg. 112, p. I, fol. 101 v°, c. 450.)

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi.* Cum, sicut nobis exponere curavisti, tu summas pecuniarum infrascriptas, videlicet septingentas quadraginta unam libras, sex solidos, quinque denarios turonensium parvorum a dilecto filio Petro Jaurentii (*sic*), canonico Rivensi, officiali Tholosano, qui quantitatem hujusmodi pecunie ad nostram Cameram pertinentem a dilectis filiis Matheo et Johanne Gaite, vel alio pro eis solvente, de mandato nostro receperat, necnon duo milia septingentos decem octo denarios ad agnum auri, ac centum octo libras turonensium grossorum argenti cum *o* rotundo, et insuper quinque libras, undecim solidos turonensium parvorum a venerabilibus fratribus Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario, et Ademaro, episcopo Massiliensi, thesaurario nostris, tam per manus suas quam per dilectos filios societatis de Scala, mercatores et socios Florentinos, de peccunia Camere nostre receptas, in certis usibus, juxta voluntatem et mandatum nostrum, duxeris fideliter expendendas, per te de illis reddita ratione fideli, nos tuis volentes indempnitatibus super hiis precavere, te predictas peccuniarum quantitates, ut premittitur, per te receptas pro nobis et de mandato nostro utiliter expendisse recognoscimus et fatemur, de quibus septingentis quadraginta una libris, sex solidis, quinque denariis turonensium parvorum, ac duobus milibus septingentis decem octo denariis ad agnum de auro, et centum octo libris turonensium grossorum argenti cum *o* rotundo, ac quinque libris, undecim solidis turonensium parvorum, te et omnia bona tua perpetuo absolvimus et quitamus, volentes, tibique tenore presentium concedentes, ut nulli alii respondere de illis imposterum quomodolibet tenearis. Datum Avinione, nonis junii, anno octavo. »

2086 Avignon, 6 juin 1324

Alphonso de Hispania nuntiat se quasdam litteras Carolo, regi Franciæ, iterum scripsisse. (Reg. 112, p. II, fol. 27 v° , c. 646.)

« *Prefato Alfonso de Ispania.* Scire, fili, te volumus, quod super negotio de quo, sicut nosti, nuper carissimus in Christo filius noster Carolus, rex Francie et Navarre illustris, nobis scripsit, nosque sibi duximus per alias nostras litteras rescribendum, verentes quod hujusmodi littere forsan, propter viarum discrimina, non fuerint celsitudini regie presentate, prefato regi scribendum providimus iterato[1], sicut tue providentie per earundem litterarum seriem, ut indubie supponimus, innotescet, quas ut idem rex plene et perfecte intelligat, diligentiam adhibeas studiosam. Datum Avinione, VIII idus junii, anno octavo. »

1. Peut-être la lettre ci-dessus, n° 2084.

2087 Avignon, 6 juin 1324.

In e. m. comiti Valesii « *mutatis mutandis et detracta ultima clausula, scilicet : quas idem rex etc. usque in finem. Datum ut supra* » (Reg. 112, p. II, fol. 27 v°, p. c. 646.)

2088 Avignon, 7 juin 1324.

Petrum Marini et Guillelmum de Petrilia de decem octo millibus florenorum auri, quæ pro subsidio ad expugnationem Galeacii de Vicecomitibus sequaciumque suorum erogando, a diversis prælatis et aliis ecclesiasticis personis receperant Cameræque Apostolicæ assignaverant, quittat. (Reg. 112, p. I, fol. 102, c. 452.)

« *Dilectis filiis Petro Marini, canonico Xanctonensis, et Guillelmo de Petrilia, rectori de Salis, Xanctonensis diocesis ecclesiarum.* Vestra nobis exhibita — Dat. VII idus junii, anno octavo. »

2089 Avignon, 9 juin 1324.

Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, a festo beate Mariæ Magdalenæ proximo futuro ad unum annum, solutionis decem millium librarum turonensium passagio Terræ Sanctæ a Petro, episcopo Carcassonensi, legatorum, terminum prorogat. (Reg. 112, p. II, fol. 38 v°, c. 723.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus.* Olim ex parte — Datum Avinione, V idus junii, anno octavo. »

2090 Avignon, 10 juin 1324.

Carolo, regi Franciæ, de expeditione causæ Guillelmi, episcopi Mimatensis. (Reg. 112, p. II, fol. 27 v°, c. 647.)

« *Dicto regie Francie.* Venientem nuper ad Sedem Apostolicam venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Mimatensem, nobis tue serenitatis litteris commendatum, benigne recepimus nosque sibi, obtentu regie celsitudinis, favorabiles exhibuimus et benignos ; et ut causa sua que olim venerabili fratri Guillelmo, episcopo Sabinensi, et dilectis filiis nostris Bertrando, sancte Marie in Aquiro diacono cardinalibus, commissa fuerat audienda, posset utilius et favorabilius expediri, venerabilem fratrem nostrum Raynaldum, episcopum Ostiensem et Velletrensem, prefatis cardinalibus super hoc duximus adjungendum. Cumque cardinales prefati, viis et modis quibus melius poterant, cause expeditionis predicte intenderent diligenter, supervenit infirmitas ejusdem episcopi, qua gravatus, a nobis instanter et humiliter petiit licentiam recedendi, quam nos sibi concessimus gratiose, ipsum que regalis consideratione magnitudinis super hiis prosequi favorabiliter, quantum cum Deo poterimus, intendentes. Datum Avinione, IIII idus junii, anno octavo. »

2091 Avignon, 10 juin 1324.

Comiti Valesii, de eisdem et de Tricaricensis ecclesiæ[1] provisione. (Reg. 112, p. II, fol. 27 v°, c. 648.)

« *Comiti Valesii.* Venientem nuper ad Sedem Apostolicam venerabilem fratrem nostrum Guillelmum, episcopum Mimatensem, nobis tue magnificentie litteras commendatum, benigne recepimus, nosque sibi, tuarum precum interventu, favorabiles exhibuimus et benignos etc., ut in alia[2] verbis competenter[3] mutatis. Ceterum eandem magnificentiam tuam volumus non latere quod antequam nobis presentate fuissent tue magnitudinis littere, per quas de provisione Tricaricensis ecclesie nos rogabas, ad preces carissimi in Christo filii nostri Roberti, regis Sicilie illustris, duxeramus eidem ecclesie de persona sibi devota et accepta, et ipsi ecclesie, sicut credimus, perutili providendum. Quare super hoc nos habeat tua providentia, quesumus excusatos. Datum ut supra. »

1. L'évêché de Tricarico (Italie Méridionale, prov. de Potenza, dist. de Matera), qui venait d'être pourvu, le 4 mai 1324, d'un nouveau titulaire (C. Eubel, *Hierarchia catholica Medii Evi*, p. 524).
2. N° 2090.
3. Reg. *competentibus*.

2092 Avignon, 10 juin 1324.

Johanni de Cerchemont, ut ab electo Trecensi, nepote suo, restitui faciat Guillelmo, episcopo Dolensi, bona quæ idem Guillelmus habebat dum Trecensi ecclesiæ præsidebat, de bonis eisdem decenti provisione dumtaxat retenta. (Reg. 112, p. II, fol. 27 v°, c. 649.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Cerchamont, decano ecclesie Pictavensis, et carissimi in Christo filii nostri C[aroli], Francie et Navarre regis illustris, cancellario.* Accepimus nuper quod — materia conquerendi[1]. »

1. La date est donnée par l'acte suivant.

2093 Avignon, 10 juin 1324.

In e. m. eidem electo. *Datum Avinione, quarto idus junii, anno* VIII°. (Reg. 112, p. II, fol. 28, p. c. 649.)

2094 Avignon, 10 juin 1324

Johanni, duci Britanniæ, ut Guillelmum, episcopum Dolensem, ad suam Dolensem ecclesiam accedentem, commendatum habeat. (Reg. 112, p. II, fol. 28, c. 650.)

« *Nobili viro Johanni, duci Britanie.* Venerabilem fratrem nostrum — Datum ut supra. »

2095 Avignon, 10 juin 1324.

Officiali Auxitano, ut Petrum Fabri, priorem ecclesiæ. «Cellægrandis[1]», Auxitanæ diocesis, Vitalem de Campeto, sacristam ecclesiæ Auxitanæ, Dominicum de Orto, presbyterum, et Senhoretum de Helisona, clericum ejusdem diocesis Auxitanæ, infra unius mensis spatium citet, de bonis, tempore vacationis ecclesiæ post Amanevi archiepiscopi obitum, perceptis rationem redituros. (Reg. 112, p. II, fol. 39, c. 724; — L. Guérard, *Doc, pont.*, t. II, p. 134, n° 309.)

« *Dilecto filio.., officiali Auxitano.* Auditui nostri apostolatus — Datum Avinione, IIII idus junii, anno VIII°. »

1. Serregrand, aujourd'hui occupé par une ferme, près de Barran, Gers (Cf. L. Guérard, *op. cit*, p. 134, note 1).

2096 Avignon, 10 juin 1324.

Eduardum, regem Angliæ, iterum rogat ut, ratione cujusdum terræ Bernardo Jordani de Insula restituendæ, saltem ab officialibus ejus Aquitaniæ summarie eidem comiti justitiæ complementum fieri mandet. (Reg. 112, p. II, fol. 49,. c. 779; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 112, n° 270, extrait[1].)

« *Predicto regi Anglie.* Quod celsitudo regia, benigne agens cum dilecto filio nobili viro Bernardo Jordani de Insula, quem, obtentu sue devotionis ad nos et sanctam Romanam Ecclesiam, speciali favore prosequimur, mandet sibi restitui terram ad ipsum, ut asserit, de jure spectantem, quam utique quondam maternus avus et successive Jordanus, germanus dicti nobilis, tenuisse ac possedisse noscuntur, quamque officiales tui ducatus Aquitanie pro parte tua nunc detinent, preces paterne fiducie frequenter, fili carissime, tibi direximus efficaces ; que cum adhuc super hiis ad exauditionis gratiam introducte non fuerint, cum consueta fiducia hujusmodi precum instantiam duximus iterandam, eo affectuosius quo sepius serenitatem, regiam deprecantes quatinus erga prefatum nobilem, benivole suis meritis in hac parte tractandum nostro intuitu, liberaliter condescendens, saltem mandes per dictos officiales tuos simpliciter, summarie et de plano, sine strepitu et figura judicii, sibi fieri justitie complementum, ut ex hoc debitum regie dignitatis adhibeas, et inde commendandus in Domino tam nostris precibus quam desiderio dicti nobilis acquiescas. Datum Avinione, IIII idus junii, anno octavo. »

1. A la date du 7 janvier 1324, qui est une erreur manifeste. On trouve d'ailleurs à cette dernière date, n° 1903, une autre lettre adréssée au roi d'Angleterre sur le même sujet et qui est sans doute une de celles auxquelles le pape fait allusion ici.

2097 Avignon, 10 juin 1324.

Hugoni le Despensier, ut eumdem Eduardum regem ad præmissa inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 49 v°, c. 780; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 112, n° 271, analyse[1].)

« *Dicto Hugoni lo Despencier*[2]. Quod carissimus in — Datum ut supra. »

1. Avec la même erreur de date que pour la lettre précédente.
2. *Dispensatori* dans l'index.

2098 Avignon, 10 juin 1324.

In. e. m. episcopo Exoniensi Eduardi, regis Angliæ, thesaurario. (Reg. 112, p. II, fol. 49 v°, p. c. 780; — L. Guérard, *loc. cit.*)

2099 Avignon, 14 juin 1324.

Petro Marini, canonico Xanctonensi, concedit ut fructus beneficiorum suorum in absentia usque ad triennium percipere possit. (Reg. 112, p. I, fol. 84, c. 391.)

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi*[1]. Provenit ex devotionis — Datum Avinione, XVIII kal. julii, anno octavo. »

1. Il était alors légat en Lombardie (Voyez reg. 112, p. I, fol. 84, c. 390).

2100 Avignon, 14 juin 1324.

Judicibus, ut præfato Petro eosdem fructus juxta concessionis tenorem ministrari faciant. (Reg. 112, p. I, fol. 84 v°, p. c. 391.)

« *Judicibus.* Quocirca discretioni vestre — Contradictores etc. »

2101 Avignon, 14 juin, 1324.

Item in e. m. pro Raymundo de Valle, præposito ecclesiæ Mirapicensis. *Datum ut supra.* Reg. 112, p. I, fol. 84 v°, p. c. 391.)

2102 Avignon, 15 juin 1324.

Carolo, regi Franciæ, respondet super diversis articulis de oblatione eidem facta ab ambassiatoribus et nuntiis Sagonensibus. (Reg. 112, p. II, fol. 28, c. 651.)

« *Dicto regi Francie.* Serenitati regie placuit hiis diebus per suas nobis innotescere litteras oblationem quamdam quam sibi ambassiatores et nuntii Sagonenses faciebant, ac articulos pertinentes ad oblationem hujusmodi mittere sub sigillo regio interclusos, ut, quid super hiis expediens videremus, nuntiare per nostras litteras providentie regie curaremus. Et licet, fili carissime, in hiis te vidisse plene cum regio consilio que videnda sunt supponamus, tuis tamen volentes satisfacere desideriis, que nobis occurrerunt videnda circa premissos articulos tenore presentium regie benivolentie nuntiamus.

Sane in primis visum est nobis quod, recte volenti circa premissa consulere, tria sunt attendenda, videlicet : qualis sit status et conditio offerentis, quod offerat, et quod petat. Circa primum, nostre considerationi se obtulit quod est universitas multis principibus et comunitatibus, propter dampna illata gravia et irrogatas injurias, tam ipsis quam eorum subditis, infesta nimium et exosa, inter quos sunt carissimi in Christo filii nostri Robertus, rex Sicilie illustris, qui ipsam reputat velut hostem, ac rex Aragonum qui in suis subditis ab ipsa nimium reputat se offensum, civitas quoque Januensis ipsam prosequitur velut hostem. Et preter hec, propter offensas graves et injurias multiplices Deo, nobis et Romane Ecclesie irrogatas, supposita noscitur ecclesiastico interdicto, ac plures ex ipsa sunt, et diu fuerunt excommunicationis vinculo innodati[1]. Circa secundum, videlicet quid et qualiter offerant, liquet ex ipso (*sic*) articulorum serie evidenter instare universitatem predictam quod celsitudo regia civitatem Sagonensem cum castris, villis, hominibus et jurisdictionibus quibuscumque ad dictam civitatem spectantibus, in protectione, custodia et dominio ipsius recipere dignaretur, ita quod dictam civitatem et territorium cum omnibus predictis in suo semper dominio, gubernatione et protectione detineat, absque eo quod alicui persone, collegio vel universitati tempore aliquo vel aliqua occasione concedat. Offerunt quoque quod excellentia regia in dicta civitate rectorem ponat, judicibus et familiis competenter sociatum, secundum quod sibi videbitur expedire, qui dictam civitatem gubernet et regat secundum formam statutorum et bonarum consuetudinum dicte civitatis, que nunc sunt et pro tempore per consilium civitatis ejusdem fuerunt ordinati et ordinate.

Preterea offerunt quod dicta celsitudo regia in civitate jam dicta et ejus territorio duas gabellas et redditus et proventus ipsarum habeat, videlicet gabellam salis et gabellam denarii maris, videlicet quatuor denarios pro libra, ex quarum proventibus salaria rectoris solvat, et alias expensas faciat que in dicta civita[te] fuerint faciende ; ita tamen quod cives civitatis ejusdem, de dicta gabella denarii maris, quantum est pro bonis eorum tantum sint liberi et inmunes, quodque nulla collecta vel alia impositio fieri valeat in Sagona vel territorio ipsius vel super homines Sagonenses et territorii ipsius et bona eorum, aliquo tempore vel aliqua ex causa. Item quod homines civitatis Sagone, territorii ipsius sint liberi et inmunes ab exercitibus et cavalcatis per terram extra territorium Sagonense faciendis, nisi forte fierent specialiter ratione civitatis predicte ; per mare vero exercitum ad soldum regium facere teneantur, nisi forte exercitus fieret occasione civitatis jam dicte, quo casu sine aliquo soldo ipsum per mare facere teneantur, usque ad loca que distent a civitate Sagonensi per miliaria LX, et non ultra ; premissa autem obtulerunt jure imperii semper salvo.

Circa oblationem predictam videntur subsequentia,

que nobis sunt dubia, attendenda, videlicet : quantum possint assendere (*sic*) illarum duarum gabellarum oblatarum annui redditus et proventus, cum ille sole offerantur pro omnibus oneribus supportandis. Estque advertendum quod ab una gabellarum ipsarum, videlicet denarii maris, quantum est pro bonis eorum, cives civitatis predicte debent esse liberi et inmunes, quorum forsan proventus plus ascenderent quam omnium aliorum ; est enim ibi prope civitas Januensis, solennior quam Sagona, ad quam, ut probabiliter creditur, extranei libentius cum suis mercibus applicabunt.

Item est advertendum quod adicitur in oblatione predicta quod, secundum statuta et consuetudines bonas que nunc sunt, et pro tempore per consilium civitatis ejusdem fuerint ordinati et ordinate, rector regius civitatem ipsam regere teneatur, unde advertendum esset qualia sunt statuta et consuetudines presentialiter ordinata; possent enim esse talia quod non expediret honori regio talia sequi. De faciendis autem statutis grave videtur, quod illa, que sine ipso statuta per consilium et ordinata fuerint, magnificentia regia debeat observare.

Et insuper advertendum quod ab exercitibus et cavalcatis per terram extra territorium Sagonense faciendis, nisi forte fierent occasione dicte civitatis, cives civitatis ejusdem esse debent liberi et inmunes, et, quod est gravius, per mare, nisi ad soldum regium, exercitum facere non tenentur, nisi forte exercitum contingeret[2] fieri occasione civitatis ejusdem, quo casu exercitum tenentur sine soldo aliquo per mare facere, usque ad loca tantum que distent a civitate predicta per LX milliaria et non ultra.

Ulterius est advertendum quod fit predicta oblatio imperii jure salvo, unde sciendum esset, antequam procederetur ulterius, que sint imperatoris jura; talia siquidem possent esse quod oblationem hujusmodi acceptare nullatenus expediret.

Circa tertium videlicet quod cives Sagonenses requirant, patet ex articulorum serie predictorum ipsos petere quod providentia regia dictam civitatem et territorium, et omnes habitantes et habi[ta]turos in eis tenea(n)tur gubernare, tueri et defendere contra quascunque personas a quibuscunque injuriis, gravaminibus, oppressionibus et violentiis, secundum quod defendit et defendere consuevit ceteras civitates et fideles ipsius in ejus regno consistentes, et tam circa represalias concedendas quam circa omnia alia in predictis utilia et etiam oportuna.

Petunt insuper quod cives civitatis Sagonensis sint liberi et inmunes a quibuscunque gabellis et impositionibus in toto territorio regio pro rebus eorum dumtaxat. Sed hoc non videntur petere ut ex debito fieri debeat, sed ut munificentia regia liberaliter, prout viderit, hoc concedat.

Petunt quoque quod dignetur celsitudo regia dicte civitati prestare auxilium, consilium et favorem ad recuperandum certa castra que ad dictam civitatem pertinere asserunt et ab aliis detineri.

Profecto, fili carissime, si emolumenta proventura ex oblatione hujusmodi oneribus que illi adjacent comparentur, reperietur ipsa oblatio quoad emolumenta sterilis, et quoad onera et pericula plurimum habundare. Satis enim exiles sunt duarum gabellarum predictarum redditus reputandi, quos dumtaxat habet rex ipse recipere, deductis tamen ex gabella denarii maris redditibus et rebus dictorum civium proventuris, respectu onerum predictorum, unde advertat providentia regia quid super hoc sit agendum ; nos enim, dubii super hiis que dubia sunt superius reputata nescimus certum consilium impertiri, presertim quia forsan acceptatio oblationis hujusmodi plus officeret principali negotio ad quod intendit providentia regia, quam prodesset. Si tamen posset in suspenso teneri dictum negotium, forsitan expediret, exitus enim alterius negotii viam providendi in isto consultius aperiret, que quidem dilatio videretur posse probabiliter obtineri, sub colore obtinendi declarationem dubiorum superius expressorum, nec forcitan esset malum si exprimeretur nuntiis quid in effectu offerunt, et quid petunt, inmo (*sic*) ipsos seu eorum dominos deberet inducere ad ampliandum oblationem hujusmodi et ipsam restringentia summovendum.

Scribere autem prefato regi Sicilie quod, hinc ad festum proximum Assumptionis Beate Virginis, cessaret ab impedimentis et molestiis ipsorum Sagonensium, expediens non videtur ; tamen quia sine assensu Januensium, quibus preesse noscitur, honeste promittere hoc non posset nec cum ipsis Januensibus trac-

tare propter ipsorum distantiam et brevitatem temporis, hoc non posset, nichilominus tamen ei, quantum honeste poterimus, id intendimus suadere.

Et quia circa nonnulla salutem proprii corporis concernentia oportuit nos vacare, si responsionem ultra quam vellemus distulimus, habeat nos, quesumus, regia magnificentia excusatos. Datum Avinione, XVII kal. julii, anno octavo. »

1. Reg. *innodata*.
2. Sur le mot *contingeret* on lit *va* et sur le mot *exercitum* qui est plus loin, *cat* (*va-cat*). Or, si l'on observe ici le sens habituel de ce terme qui désigne les mots à supprimer, la phrase est tronquée et incompréhensible. On peut donc croire que le scribe a, au contraire, rétabli une partie de phrase omise dans le texte qu'il transcrivait, et comprendre *vacat* [*in originali* ou *in regesto*].

2103 Avignon, 15 juin 1324.

Johanni, duci Britanniæ, qui bona avi sui, decimas ecclesiarum nonnullaque alia sibi pro ultramarino passagio concedi petierat, respondet postulata fieri non posse. (Reg. 112, p. II, fol. 29, c. 653.)

« *Nobili viro Johanni, duci Britanie.* Presens olim in curia, et nunc absens in partibus, oblata petitione per nuntium, quam solita benignitate suscepimus, supplicasti ut bona reliqua bone memorie avi tui, ejus testamento excecutioni (*sic*) mandato, decimas insuper ecclesiarum, annalia quoque beneficiorum vacantium, ac fructus bonorum olim Templi in ducatu Britanie usque ad quinquennium in subsidium expensarum pro ultramarino passagio, ad quod obligasse te asseris, tibi concedere dignaremur. Sane, fili, quamquam sit prudentis in melius mutare consilium, tamen, sicut premittitur, tibi presenti super hiis alias respondisse recolimus per nos omnimodo non fieri posse que postulas, sic respondemus ad presens, cum nobis non occurrat presentialiter aliud respondendum; nichilominus parati existimus, ex patris benignitate propitia, exaudire in aliis, quantum bono modo cum Deo poterimus, vota tua. Datum Avinione, XVII kal. julii, anno octavo. »

2104 Avignon, 16 juin 1324.

Henrico, electo Metensi, ut ab agressione bellica contra Ferricum, ducem Lotharingiæ, desistat et dampnum illatum emendet. (Reg. 112, p. II, fol. 71 v°, c. 883.)

« *Dilecto filio Henrico, electo Methensi.* Infesta relatione nuper audivimus quod tu, fili, terram et gentes dilecti filii nobilis viri Ferrici, ducis Lothoringie (*sic*), causa cessante rationabili, hostiliter invasisti, dampna varia propter hoc ejusdem ducis subditis inferendo. Verum cum ex talibus aggressionibus dispendiosa pericula quibus, postquam ex illis hinc inde crevissent odiorum fomites, non valeret forsitan obviari faciliter, possent sequi, discretionem tuam monemus et hortamur attentius, tibi nichilominus districtius injungentes quatinus, premissa diligenter attendens quodque honori et statui tuo non congruit talia scandala comminantia personarum et rerum dispendia suscitare, ab invasionibus et aggressionibus bellicis de cetero prorsus abstineas et desistas, ac [de] dampnis que, occasione predicta, per te gentesque tuas illata fuerint indebite subditis dicti ducis, emendam prestari facias competentem, cum nos prefatum ducem ad hoc idem per alias nostras litteras exhortemur. Datum Avinione, XVI julii, anno octavo. »

2105 Avignon, 16 juin 1324.

Dicto duci Lotharingiae quasdam ejus petitiones exaudire non posse respondet, eique nuntiat se electo Metensi scripsisse. (Reg. 112, p. II, fol. 72, c. 884.)

« *Dicto duci* [*Ferrico, duci Lotharingie*]. Nobilitatis tue litteras nuper nobis per dilectum filium Hugonem, tuum nuntium, presentatas, benigne recepimus, et que predictus nuntius pro parte tua proponere voluit coram nobis, queve continebantur in eisdem litteris intelleximus diligenter. Et licet velimus nos tibi super tuis oportunitatibus, quantum cum Deo possumus, favorabiles exhibere, quia tamen quedam, que dictus nuntius postulavit a nobis, cum nostra decentia nequivimus admittere ad exauditionis effectum, habeat nos, quesumus, eadem nobilitas super hoc excusatos. Ceterum dilecto filio Henrico, electo Metensi, per alias nostras litteras scribimus[1] ut de cetero ab invasione hostili terre et subditorum tuorum abstineat, et de dampnis, si qua per eum vel gentes suas indebite tibi

dictisque subditis per aggressiones preteritas intulerit, emendam fieri faciat competentem, quod tu, fili, quantum ad te pertinet eidem electo facere similiter non ommittas. Datum ut supra proxime. »

1. Voyez la lettre précédente.

2106 Avignon, 21 juin 1324.

Carolo, regi Franciæ, ut non obstante secundo consanguinitatis gradu, possit cum Johanna, inclite recordationis Ludovici, comitis Ebroicensis filia, matrimonium contrahere. (Reg. 111, fol. 33 v°, c. 150; — Reg. 112, p. I, fol. 92, c. 419; — Arch. Nat., J. 437, n°s 30[1] et 30[2], orig. scellés sur soie[1].)

« *Carissimo in Christo filio Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Scimus quidem fore consentaneum rationi conditorem canonum canones a se vel suis predecessoribus editos observare, nec nos latet quin interdum rigori possit juris humani non indigne detrahere, ac postulantium meritis quod jus ipsum non patitur, diversis suadentibus circumstantiis, indulgere. Sane habebat exhibite nobis tue petitionis instantia quod tu, fili carissime, ac dilecta in Christo filia puella nobilis Johanna, inclite recordationis Ludovici, comitis Ebroicensis nata, desideratis matrimonialiter invicem, actore Domino, copulari; sed quia secundo consanguinitatis gradu ex utroque latere, respectu ejusdem stipitis vos invicem attinetis, matrimonium hujusmodi contrahere absque dispensatione Sedis Apostolice non valetis. Quare nobis tua serenitas humiliter supplicavit ut, tecum et cum eadem Johanna quod, impedimento hujusmodi aut quibusvis aliis, si qua forsan existant, nequaquam obstantibus, possitis copulari matrimonialiter dispensare de benignitate apostolica dignaremur. Nos autem, fili carissime, considerantes attente quantum tibi regnoque tuo expediat te, absque dilatione morosa, divine et humane domus assumere sociam, quam tam persone decor et elegantia quam morum honestas ac nobilitas generis et etas congrua consortio tanti principis dignam reddant, ex qua prolem possis probabiliter de presenti suscipere ad serviendum Deo viventi et rem publicam gubernandam, quodque non credimus facile personam prompte, in qua concurrant hec omnia sicut in memorata nobili plene premissa dicuntur concurrere, reperire, multisque aliis non facile litteris exprimendis tam circa utrumque, quam circa vestrum alterutrum deductis in exacte discussionis examen, que omnia dispensationem petitam, cum per eam juri divino non derogetur in aliquo, nedum fieri suadebant, immo ad eam faciendam nostrum animum accendebant, ad Dei honorem, et utriusque vestrum totiusque domus regie, immo totius christianissimi regni tui consolationem, securitatem et gaudium, ut cum Johanna predicta, impedimento predicto aut quibusvis aliis, si qua forsan existant, sive ratione consanguinitatis[2] respectu ejusdem, seu diversorum stipitum, sive ab ipso stipite equaliter vel inequaliter distaretis, sive ratione affinitatis vel affinitatum aliarum[3] in eodem vel remotiore gradu, seu publice honestatis justitia aut sp[irit]ualis proximitatis seu proximitatum procederent, per canonicas vel alias humanas constitutionés introductis quomodolibet, super quibus consuevit Sedes Apostolica, precipue cum personis sublimibus dispensare, nequaquam obstantibus, possitis tu et ipsa Johanna, in Dei nomine matrimonialiter copulari, ex certa scientia et de apostolice plenitudine potestatis, de speciali gratia dispensamus, prolem suscipiendam ex te et eadem Johanna legitimam nuntiantes. Nulli ergo[4] omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensationis et nuntiationis infringere vel ei ausu temenario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Avinione, XI kal. julii, anno octavo. »

1. Sous la même cote (n°s 30[3] et 30[4]) figure, en double exemplaire (orig. scellés sur soie), la confirmation par Jean XXII, le jour des nones d'avril, an X de son pontificat (5 avril 1326) de cette dispense, reproduisant intégralement le texte de celle-ci.
2. Reg. 111 : *consanguinitatis vel consanguinitatum.*
3. Reg. 111 : *aliarum quantamcumque?*
4. La formule finale, dans le registre 111, n'est indiquée que par les mots : *Nulli ergo etc.*

2107 Avignon, 21 juin 1324.

Dicto regi præfatam dispensationem quam in patentibus litteris mittit, se concessisse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 29 v°, c. 654.)

« *Memorato regi Francie.* Serenitatis regie heri, post consistorium, dum iremus ad mensam, recepimus litteras per quas dispensationem ut cum dilecta in Christo filia nobili domicella Johanna, nata clare memorie Ludovici, comitis Ebroicensis, posses copulari matrimonialiter, cum instantia postulabas. Et quia, fili carissime, in prefata Johanna concurrere credimus omnia que sunt in sponsa tanti principis requirenda, que forsan de facili nequirent omnia simul in alia reperiri, tueque prudentie premissa nota possunt existere, quantum humana fragilitas nosse sinit[1], multisque aliis in consideratione deductis que dispensationem, non obstante quod tibi prefata Johanna in gradu tam proximo sit conjuncta, in quo quidem raro audivimus dispensasse Sedem Apostolicam, suadebant, dispensationem ipsam velut Deo gratam tibique accomodam et toti domui regie, ymmo regno consolatoriam et acceptam, prompte plenam, ut expedire credimus, duximus concedendam, prout in nostris aliis patentibus litteris, quas celsitudini regie cum istis mittimus, plenius continetur, illi qui steriles potest fecundas reddere obnixius supplicantes ut suam super vos ambos dignetur benedictionem infundere, ipsamque sic fecundam efficiat, ut ex ea possis filios et filiorum filios videre ad Dei[2] gloriam et rei publice commodum in circuitu mense tue. Datum Avinione, XI kal. julii, anno octavo. »

1. Reg. *nosce scirit.*
2. Dans le registre après *Dei*, était écrit le mot *servitium* qui a été barré.

2108 Avignon, 21 juin 1324.

Alphonso de Hispania eandem dispensationem se dicto regi concessisse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 29 v°, c. 655.)

« *Alfonso de Ispania.* Letanter in litteris regiis legimus dispensationem super contrahendo matrimonio inter ipsum et dilectam in Christo filiam Johannam, natam clare memorie Ludovici, Ebroicensis comitis, postulatam, quam indilate plenam, prout expedire credidimus, duximus concedendam, prout in patentibus litteris apostolicis, quas cum hiis mittimus, plenius continetur. Fiat ergo in Dei nomine dictum matrimonium absque mora, cui Dominus benedicat, ipsosque faciat prole multiplici ad Dei gloriam et servitium habundare. Datum ut supra. »

2109 Avignon, 21 juin 1324.

Comiti Valesii de eadem dispensatione scribit eique nuntiat regem et reginam Siciliæ, una cum ducissa Calabriæ, in crastinum Ascensionis dominicæ Neapolim applicuisse, et sequenti dominica matrimonium duci et ducisse solemnisatum fuisse. (Reg. 112, p. II, fol. 29 v°, c. 656.)

« *Dicto comiti Valesii.* Et ecce, fili, quod dispensationem super matrimonio contrahendo inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, et dilectam in Christo filiam nobilem domicellam Johannam, clare memorie Ludovici, Ebroicensis comitis, filiam, neptemque tuam, celsitudini regie mittimus plenam, ut expedire credimus, postulatam, prout in apertis apostolicis litteris, quas per latorem presentium mittimus, plenius continetur, credentes firmiter quod dictum matrimonium Deo sit gratum, contrahentibus expediens ac toti domui Francie, immo regno, consolatorium et acceptum. Fac ergo, fili, ut in nomine Domini dictum matrimonium absque more dispendio contrahatur. Ceterum ad gaudium tue magnificentie nuntiamus quod carissimi in Christo filii nostri rex et regina Sicilie illustres, una cum dilecta in Christo filia nobili muliere ducissa Calabrie, nata tua, in crastinum Ascensionis dominice Neapolim applicuerunt incolumes, Dei gratia mediante, ubi cum honore et letitia permaximis a suis regnicolis sunt recepti, et, sequenti dominica, matrimonium ducis et ducisse predicte in facie Ecclesie solemnizatum ac consummatum extitit, ad magnam ipsorum conjugum complacentiam ac regionis totius, sicut hec omnia noviter accepimus per litteras dicti regis. Datum Avinione, XI kal. julii, anno octavo. »

2110 Avignon, 22 juin 1324.

Regi Siciliæ de matrimonio Caroli, primogeniti ejus, solemnisato congaudet eique nonnulla discordiam inter C[arolum], Franciæ, et E[duardum], Angliæ reges, necnon ducis Bavariæ negotium tangentia notificat. (Reg. 112, p. II, fol. 82 v°, c. 947.)

« *Eidem*. Celsitudinis regie litteras ingressum, progressum et egressum tui felicis itineris necnon festivam et jocundam receptionem per tuos regnicolas, sicut decebat, in adventu jocundo regio celebratas, ac contractum inter dilectum filium nobilem virum Carolum, primogenitum tuum, et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Mariam, consortem suam, in facie Ecclesie solemnisatum matrimonium nuntiantes, tanto letitiori manu recepimus quanto earum grata lectio nobis amplioris jocunditatis et letitie materiam ministravit, et ei qui sua potenti virtute tibi tribuit iter prosperum, in gratiarum jubilum propter hoc exurgentes, ipsum devotis precibus exoramus ut, super predictos conjuges plenitudinem sue benedictionis infundens, eos numerose prolis ad laudem divini nominis et domum stabiliendam regiam fecunditate letificet et sua clementi bonitate conservet in dierum longitudinem et salutem. Et ut de statu nostro et rumoribus qui nobis in presentiarum occurrunt, efficaciter regia providentia certior[1], eam volumus non latere quod nos, licet curis et solicitudinibus variis jugiter anxiemur, divina tamen propitiante clementia, corporea sospitate letamur.

Ceterum cum super discordia inter carissimos in Christo filios nostros C., Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, seu officiales suos dudum, sicut nosti, suborta, speraremus de pace inter ipsos amicabili reformanda, tamen quia dictus rex Anglie certo tractatui, nuper inter fratrem et certos consiliarios suos propter hoc Parisius destinatos ac gentes dicti regis Francie habito, noluit, sicut asseritur, consentire, gentesque armorum prefati regis Francie, que prius contramandate sub spe pacis fuerant, ad octabas instantis festi beati Johannis Baptiste iterum sunt mandate, presumitur de guerra, nisi Deus aliter providerit, potiusquam de pace. Nos autem circa pacis reformationem hujusmodi intendimus interponere, quantum cum Deo poterimus, partes nostras.

Super negotio vero ducis Bavarie, cum adhuc terminus ultimi processus non venerit, quamvis instare noscatur breviter, nichil per nos ordinatum extitit postmodum, sed tibi curabimus quod ulterius ordinabitur nuntiare. Rursus, intellecto nuper quod hostes et inimici Ecclesie presertim Firmani et Fabrianenses perfidi aspirabant ad habendum et extrahendum victualia et alia subsidia de terris et partibus regni tui, preces et exhortationes nostras regie magnificentie, ne hoc quovismodo fieri permitteret, meminimus direxisse, quas adhuc affectione qua possumus iteramus, eandem magnificentiam deprecantes quatenus officiales nostros et Ecclesie, necnon dilectum filium magistrum Philippum de Chamberlhaco, legum professorem, quem dilectus filius noster Arnaldus, sancti Eustachii diaconus cardinalis, ad eas partes dirigit pro suis negotiis prosequendis, habere velit regia sublimitas propensius comendatos, ei et eorum cuilibet assistendo, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia, auxiliis et favoribus oportunis. Datum Avinione, x kal. julii, anno octavo. »

1. Il manque ici un mot tel que *fiat*, ou bien il faut corriger *efficaciter* en *efficiatur*.

2111 Avignon, 26 juin 1324.

Universis personis ecclesiasticis et laicis, ut officiali Lingonensi qui ad Apostolicam Sedem Guidonem Peregrini, ordinis fratrum Prædicatorum apostatam, adducit, auxilium et favorem impendant. (Reg. 112, p. 1, fol. 88, c. 405[1].)

« *Venerabilibus fratribus universis archiepiscopis, episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis ipsorumque vices gerentibus, conventibus quoque, capitulis, ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et religiosis, exemptis et non exemptis, Cistertiensis, Cluniacensis, Premostratensis, Grandimontensis, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, necnon nobilibus viris senescallis, vicariis, ballivis, prepositis, justitiariis et ceteris officialibus et dominis temporalibus eorumque loca tenentibus ad quos presentes littere pervenerint.* Cum dilectus filius — Datum ut supra [Avinione, vi kal. julii, anno octavo]. »

1. Cet acte ne figure pas à l'index.

2112 Avignon, 28 juin 1324.

Ademarum de Pictavia juniorem hortatur ut super casum Ademari, nati ejus, deponat tristitiam et dolo-

rem, consulte deliberet qualiter sit agendum et Agauto de Baucio fidem adhibere velit. (Reg. 112, p. ii, fol. 29 v°, c. 657.)

« *Dilecto filio nobile viro Ademario* (sic) *de Pictaria juniori.* Casum adversum, amaritudine plenum et turbatione non vacuum, qui in personam Ademarii, nati tui, contingit hiis diebus, non absque multa displicentia et compassione magna, tua nobilitas nos noverit audivisse. Sane quia quod factum est nequid (*sic*) non fieri nec pro infecto haberi, prudentiam tuam rogamus et hortamur in Domino, tibi nichilominus sano co[n]silio suadentes quatinus, hoc consideranter attendens, tristitiam et dolorem, qui utique illi nequaquam proficerent teque ledere graviter possent, cures deponere, teque divine permissioni que casum sic infelicem, nescimus quo occulto Dei judicio, hunc permisit, studeas conformare. Et quia mens commotionis tempore nequid (*sic*) recte quod expediat agere judicare, sed plerumque in precipitium preceps currit, tue providentie suademus ut ad ulciscendum casum prefatum non precipites, sed cum caris tuis mature delibera qua via progredi debeas in hac parte. Et quia circa hec dilecto filio nobili viro Agauto de Baucio, familiari nostro, aliqua duximus imponenda, circa illa velis eidem fidem indubiam adhibere. Gratia Dei sit tecum qui te in tribulatione hujusmodi consoletur. Datum Avinione, iiii kal. julii, anno octavo. »

2113 Avignon, 28 juin 1324.

Ademarum de Pictavia seniorem de eadem morte consolatur. (Reg. 112, p. ii, fol. 30, c. 658.)

« *Dilecto filio nobili viro Ademario* (sic) *de Pictavia seniori, comiti Diensi.* Nosti, fili, quod que facta sunt haberi nequeunt pro infectis, nec de morte ad vitam reduci potest aliquis nisi divina potentia infinita, nec ignoras quod pro hiis que recuperari nequeunt, immoderate sapientes non condecet contristari, sed, mestitia prorsus deposita, divino beneplacito seu permissioni, secundum que adversa queque et prospera in hac misera vita contingunt, potius conformare. Quocirca prudentiam tuam rogamus attentius, eidem nichilominus sano consilio suadentes quatinus, hoc attente considerans, super infelici casu qui in personam Ademarii, nati tui, contingit hiis diebus, consolationem assumens, alios, quos casus ipse turbat, sicut vir prudens et magnanimus consoleris. Datum Avinione ut supra. »

2114 Avignon, 28 juin 1324.

In e. m. Ludovico, episcopo Lingonensi, mutatis mutandis (Reg. 112, p. ii, fol. 30, p. c. 658.)

2115 Avignon, 28 juin 1324.

Alienordi de Monteforti, comitisse Vindocinensi, de laudabili ejus proposito pacem cum Petro Raymundi et Guidone de Convenis, nepotibus suis, habendi gratias agit et preces dictæ Alienordis pro cujusdam promotione commendatas habere promittit. (Reg. 112, p. ii, fol. 30, c. 659.)

« *Dilecte in Christo nobili mulieri Alienordi de Monteforti, comitisse* (*de*) *Vindocinensi.* Presentatas nobis nobilitatis tue litteras benigne recepimus et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Sane, filia, quia nobis innotuit series earundem quod, circa reformationem pacis et concordie inter te ac dilectos filios [1] Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, nepotes tuos, dissidentes invicem, illius qui pacis est actor beneplacitis et nostris exhortationibus te coaptans, viam elegisti liberaliter quam, super reformatione pacis ejusdem, descriptam in nostris exhortatoriis nuper tibi directis litteris reperisti, quamvis pro parte altera quedam subtilitates seu conditiones fuerint super compromisso inde facto adhibite, propter quas tractatus pacis hujusmodi totaliter est ommissus, ad hoc viam illam vel aliam, super hoc accomodam, prosequi per easdem tuas litteras offerendo, prudentiam plurimum in Domino commendamus, illam rogantes attentius et hortantes quatinus, in hujusmodi laudabili proposito solida continuatione perscistens (*sic*), cum eisdem nepotibus tuis tanta tibi sanguinis connexitate conjunctis viam [2] pacis hujusmodi efficacibus operibus prosequaris. Nos enim eisdem per alias litteras nostras scribimus [3] quod, obmissis subterfugiis et subtilitatibus, ad viam predictam redeant, et efficaciter prosequantur. Illum autem pro cujus promotione preces nobis humiliter obtulisti [4] tam

sue probitatis obtentu, quam precum tuarum interventu, habere recomendatum proponimus loco et tempore oportunis. Datum Avinione, IIII kal. julii, anno octavo. »

1. Entre ces deux mots *filios* et *Petrum* se trouvent ajoutés dans le registre d'une autre main et en lettres très fines, les mots « *Joan[nem] virum* », addition qui n'est pas justifiée par les lettres écrites sur le même sujet (Voyez nos 1836 à 1838 et 2116).
2. Reg. *jam*.
3. Voyez la lettre suivante, n° 2116.
4. Ici se trouvent intercalés dans le registre par une erreur évidente du copiste, les derniers mots de la lettre : *proponimus loco et tempore oportunis*.

2116 Avignon, 28 juin 1324.

Dictos Petrum Raymundi et Guidonem de Convenis, fratres, hortatur ut, sublatis subtilitatibus et subterfugiis, pacem cum præfata Alienorde de Monteforti inceptam perficiant. (Reg. 112, p. II, fol. 30, c. 660.)

« *Dilectis filiis nobilibus viris Petro Raymundi et Guidoni de Convenis, fratribus.* Fide digna relatione percepimus quod, licet dilecta in Christo filia nobilis mulier Alienordis de Monteforti, comitissa Vindocinensis, ad pacem et concordiam inter vos et ipsam dissidentes invicem reformandam, se disposuisset liberaliter, secundum tenorem litterarum sibi super hoc directarum, vos tamen, viam subterfugientes pacificam, in compromisso facto super hoc quasdam subtilitates apponere studuistis, per quas inceptus tractatus pacis hujusmodi, qui utique usque ad perfectionem ipsius dicebatur attingere, totaliter est ommissus, quod nobis merito displicet, si est ita. Quocirca nobilitatem vestram rogamus et hortamur attentius, vobis nichilominus sano consilio suadentes quatinus, dissensionis incommodis et pacis commodis in scrutinio vestre considerationis adductis, sublatis predictis et quibusvis aliis subtilitatibus et subterfugiis, ad viam pacis inceptam redeatis totaliter, eam usque ad perfectionem et solidationem pacis ejusdem, vobis utique perutilis, prosequentes. Datum ut supra. »

2117 Avignon, 30 juin 1324.

Petro Marini indulgentiam in mortis articulo concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 85 v°, c. 396.)

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi*[1]. Sincere devotionis affectus — Dat. Avinione, II kal. julii, anno octavo. »

1. Ce personnage et celui auquel est adressé l'acte suivant étaient envoyés en Lombardie, comme en fait preuve une lettre du IV des ides de juin (10 juin) 1324, enregistrée avant celles-ci, fol. 84, c. 390.

2118 Avignon, 30 juin 1324.

Item in e. in. Pontio de Crecio, rectori ecclesiæ sancti Vincentii de Castronovo, Narbonensis diocesis. (Reg. 112, p. I, fol. 86, p. c. 396.)

2119 Avignon, 30 juin 1324.

Eidem Petro licentiam testandi concedit. (Reg. 112, p. I, fol. 86, c. 397.)

« *Dilecto filio Petro Marini, canonico Xanctonensi.* Quoniam humane fragilitatis — Datum Avinione, II kal. julii, anno octavo. »

2120 Avignon, 30 juin 1324.

Item in e. m. prædicto Pontio de Crecio. (Reg. 112, p. I, fol. 86, p. c. 397.)

2121 [Avignon, 30 juin 1324.]

Guillelmum, archiepiscopum Remensem, intuitu Caroli, regis Franciæ, de mora excusat. (Reg. 112, p. II, fol. 30 v°, c. 661.)

« *Venerabili fratri Guillelmo, archiepiscopo Remensi.* Fraternitatis tue litteris benigne receptis, quamquam, frater, post tue translationis auspitia ad Remensem ecclesiam, te ad presentiam nostram conferre disponeres, considerantes tamen tuam in servitiis carissimi in Christo filii nostri Caroli, regis Francie et Navarre illustris, ad presens utilem esse moram, te habemus inde non immerito excusatum[1]. »

1. La date est donnée par la lettre suivante qui a le même objet.

2122 Avignon, 30 juin 1324.

Prædicto regi, de ejusdem archiepiscopi mora. (Reg. 112, p. II, fol. 30, c. 662.)

« *Eidem regi.* Regie magnificentie litteris solita benignitate receptis, quamquam venerabilis frater noster Guillelmus, archiepiscopus Remensis, post sue translationis auspicia ad Remensem ecclesiam, ad se presentiam nostram conferre disponeret, considerantes tamen suam in servitiis tuis presentialiter utilem esse moram, ipsum habemus inde tuo intuitu non immerito excusatum. Datum Avinione, II kal. julii, anno octavo. »

2123 Avignon, 30 juin 1324.

Carolum, regem Franciæ, iterum rogat ut bellicos apparatus differens, se ad pacem cum Eduardo, rege Angliæ, reformandam præbeat. (Reg. 112, p. II, fol. 33, c. 690; — Raynaldi, *Annales eccles.*, 1324, § xxxviii.)

« *Carolo, regi Francie et Navarre illustri.* Exultavit cor nostrum in Domino per tue, fili carissime, magnificentie litteras hiis diebus preteritis intellecto quod solemnes nuntii carissimi in Christo filii nostri Edwardi, regis Anglie illustris, ad tuam presentiam destinati, tecum convenerant super hiis que in partibus Vasconie per arresta tua fuerant ordinata, per quod probabiliter guerre materia prorsus videbatur esse sublata; sed, proh dolor, exultatio illa nimis cito evanuit per hoc quod fide digna relatione percepimus quod, quia promissa renuebant prefati nuntii adimplere, ad exequendum armata manu arresta hujusmodi excellentia regia, et ad resistendum prefati nuntii similiter se parabant. Et quia, fili carissime, sicut alias prudentie regie scripsimus[1], dissensio hujusmodi posset parare grande prejudicium negotiis arduis que cepisti prosequi, vel etiam forsan totaliter impedire, nec, guerra cepta, sic prompte tractatus posset amicabilis recipi sicut ante, regalem providentiam adhuc rogamus attente sibique sano consilio suademus ut, attentis dispendiis variis que non solum circa prefata negotia sed et circa alia, precipue circa transmarinum negotium quod, ut asseris, cordi tuo insidet plurimum, possent sequi, quamque sit indecens et absurdum principes tanta consanguinitate et affinitate conjunctos, qui se debent mutuis fulcire presidiis et favoribus confovere, ac illa que temporum diversitate contingit inter ipsos emergere, quantumcunque gravia, quantumcumque difficilia, trac[ta]tibus ordinare domesticis et familiaribus colloqutionibus (*sic*) expedire, sic ad invicem adversari, sic caute, sic prudenter executionem hujusmodi differat, quod amicabilem tractatum non impediat aliisque negotiis, ad que intendit magnificentia regia, non obsistat. Et ecce nos regi prefato super hoc scribimus[2], sibi, ut expedire vidimus, efficaciter suadendo ut, via resistentie facti prorsus ommissa, ad vias justitie et tractatus amicabiles se convertat, responsum suum super hoc absque more dispendio prestolantes, quo habito, indilate celsitudinem regiam curabimus reddere certiorem. Placeat quoque benivolentie regie nobis per suas innotescere litteras quid super premissis intendat, ut sic possimus circa prefatum negotium disponere provide quod viderimus expedire. Et quia tenemus indubie quod tua, fili carissime, et dicti regis personalis presentia esset pro sedanda dicta discordia plurimum oportuna, prefato regi per nostras litteras suademus ut ad diem condictam pro faciendo homagio, si non preteriit, vel ad condicendam, si preteriit, curet, si omnimode[3] poterit, interesse, subjungentes quod tua providentia dare litteras de securo conductu obtulerat se paratam, quod, fili carissime, digneris facere, si fueris requisitus, sic enim venerabilis frater noster Petrus, episcopus Vivariensis, te nobis retulit liberaliter concessisse. Dat. Avinione, II kal. julii, anno octavo. »

1. N° 2008.
2. N° 2130.
3. *Sic*, il faudrait *commode*.

2124 Avignon, 1 juillet 1324

Alphonso de Hispania, ut videat quis fructus ex oblatis ab universitate Sagonæ regis [Franciæ] commodis obvenire poterit. (Reg. 112, p. II, fol. 29, c. 652.)

« *Dicto Alphonso de Ispania.* Quia nuper celsitudo regia[1] quod super articulis oblatis sibi pro parte universitatis Sagone sentiremus nos duxit per suas litteras benivole requirendos, ecce quod, adductis in recte considerationis examen que nobis, ex articulorum ipsorum serie super hiis, offerentium et oblatorum attentis conditionibus, occurrerunt, motiva nostra et dubia emergentia circa illa sibi ducimus per nostras litteras reseranda. Super quibus tua utinam circumspectio velit mentalibus occulis intueri quis fructus ex

ipsis oblatis regiis obvenire poterit commodis, eis incumbentibus invicem compensatis. Datum Avinione, kalendis julii, anno octavo. »

1. Le roi de France, voyez n° 2102.

2125 Avignon, 1 juillet 1324.

In e. m. comiti Valesii. *Datum ut supra.* (Reg. 112, p. II, fol. 29, p. c. 652.)

2126 Avignon, 1 juillet 1324.

Henricum de Soliaco, ut ad pacem inter Carolum, regem Franciæ, et Eduardum, regem Angliæ, reformandam studium adhibeat. (Reg. 112, p. II, fol. 33 v°, c. 691.)

« *Nobili viro Henrico, domino de Suliaco.* Quam sit nobis exosa dissensio, quam hostis pacis inter carissimos filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et Edwardum, Anglie reges illustres, nititur suscitare, tuam nobilitatem credimus non latere; cumque obviare principiis necessarium extimemus, ne, si forsan, quod absit, ad actus procedatur bellicos, remedia prompte ad ipsam tollendam nequeant adhiberi, ecce prefatis regibus super hoc scribimus[1], efficaciter suadentes ut, vitatis congressibus bellicis, ad vias pacis et tractatus amicabiles se convertant. Et quia tuam diligentiam ad hoc promptam supponimus et multipliciter oportunam, nobilitatem tuam rogamus attente ut, ad hoc consequendum, partes tui operosi studii sic interponas sedule, quod pacis actori debeas uberius complacere. Datum Avinione, kalendis julii, anno octavo. »

1. N°s 2123 et 2130.

2127 Avignon, 2 juillet 1324.

Comiti Valesii, de eadem pace inter dictos reges procuranda. (Reg. 112, p. II, fol. 33 v°, c. 692.)

« *Comiti Valesii.* Grata nobis admodum relatione fide digna percepimus hiis diebus inter carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, et solemnes nuntios carissimi in Christo filii nostri Edwardi, regis Anglie illustris, ad prefati regis presentiam destinatos, super facto Vasconie, occasione cujus inter prefatos principes via dissensionis periculose nimium parabatur, faciente pacis actore, concordia facta erat. Sed, proh dolor, non diu post audivimus quod, pro eo quod dicti nuntii renuebant que promiserant adimplere, ad exequendum arresta sua cum armorum potentia memoratus rex Francie, ac prefati nuntii ad resistendum similiter se parabant. Et quia, fili, ex guerra hujusmodi strages corporum, lapsus rerum, et animarum pericula innumera possunt sequi, et difficultas ingeri negotio transmarino, et ardua negotia ad que intendit prefatus rex, sicut novit tua prudentia, forsitan impediri, tuam hortamur prudentiam et rogamus quatinus hiis et aliis, per que dissentio (*sic*) hujusmodi detestabilis potest reddi, consideranter attentis, ad ipsam impediendam partes tue solicitudinis interponas; nos autem qui hoc intensis desideriis affectamus, prefatis regibus scribimus, Francie videlicet quod, attentis gravibus dispendiis que predicta dissensio verisimiliter comminatur, et quam sit indecens et absurdum principes tanta consanguinitate ac affinitate conjunctos, qui se debent mutuis fulcire presidiis, ac illa que pro temporum diversitate contingit inter ipsos emergere, quantumcumque gravia seu difficilia, tractatibus et collocutionibus domesticis expedire, sic ad invicem adversari, sic caute sic prudenter executionem arrestorum hujusmodi differat, quod amicabilem tractatum non impediat aliisque negotiis ad que intendit, ut predicitur magnificentia regia, non obsistat; Anglie vero similibus et aliis de quibus expedire vidimus persuasionibus recensitis, ut via resistentie facti prorsus ommissa, ad vias justitie et tractatus amicabiles se convertat, eidem nichilominus suadendo ut, cum ad dissentiones hujusmodi sopiendas utriusque regum ipsorum credamus presentiam plurimum oportunam, ad diem condictam super homagio ducatus Aquitanie studeat personaliter se conferre. Datum Avinione, VI nonas julii, anno octavo. »

2128 Avignon, 2 juillet 1324.

Alphonso de Hispania, ut ad eamdem pacem obtinendam partes suas interponat. (Reg. 112. p. II, fol. 34, c. 693.)

« *Nobili viro Alfonso de Ispania.* Ad impediendam viam — Datum ut supra. »

2129 Avignon, 2 juillet 1324.

Matheo de Tria, marescallo Franciæ, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 34, c. 694.)

« *Nobili viro Matheo de Tria, marescallo Francie.* Dum discrimina varia que ex dissentione (*sic*) quam hostis pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Eduardum, Anglie reges illustres, suscitare nititur, possent subsequi consideramus attente, dum quam difficilis esse poterit ejusdem dissensionis abolitio si, quod absit, ad [con]gressus bellicos procedi contingeret, sedule meditamur, profecto desideranter appetimus tantorum malorum principiis obviare, super quo prefatis regibus scribimus prout credimus expedire. Et quia ad hoc tuum credimus operosum studium oportunum, nobilitatem tuam rogamus attente ut apud regem Francie memoratum instes sedule ut, ommissis quantum ad presens congressibus bellicis, ad vias pacis et tractatus amicabiles, quas regem Anglie credimus prosequi, ne via pandatur tantis periculis, regium animum habilitet et inclinet, ut ex hoc regis pacifici gratiam uberius merearis. Datum ut supra. »

2130 Avignon, 2 juillet 1324.

Eduardum, regem Angliæ, ad homagium regi Franciæ præstandum et ad pacem cum eodem reformandam hortatur. (Reg. 112, p. II, fol. 51 v°, c. 793; — Rymer, *Fœdera*, éd. 1739, t. II, p. II, p. 102.)

« *Eduardo, regi Anglie illustri.* Percepto dudum quod pacis emulus inter te, fili carissime, ac inter carissimum filium nostrum Carolum, Francie et Navarre regem illustrem, occasione quorundam excessuum in bastida Sancti Sacerdotis commissorum, et processuum ratione eorundem excessuum contra nonnulos tuos officiales et subditos per curiam prefati regis factorum, zisaniarum jecerat semina, que profecto vastitati bona, stragi corpora, et animas, quod esset amarius deplorandum, salutis dispendio, si coalescerent, exponebant, ut suo prefocarentur in ortu excellentiam regiam per nostras duximus litteras exhortandam[1] ut, premissis in sedula consideratione deductis, ad ea que pacis sunt regium disponeret animum et dissensionum discrimina declinaret, et, quia excessus predictos regalis, ut accepimus, non indigne detestabatur magnificentia, cogitaret solicite si expediebat, pro tam nefandis excessibus tantis periculis se exponere, et si apud Deum et homines, si illis pro talibus se exponeret, haberi deberet merito excusata; sed, si juri suo per processus predictos contra dictos officiales habitos vel habendos, extimaret in aliquo derogari, instaret illos per modos amicabiles et licitos revocari, ad quod apud regem predictum Francie cui scripseramus super hiis, nos obtulimus sedule instituros[2]. Post hec autem multorum fide digna relatione, quod ad prefati regis presentiam tuos solennes nuntios, videlicet venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Dublinensem, et dilectum filium Edmundum, comitem Cansie, fratrem tuum, miseras, qui cum eodem amicabiliter super premissis convenerant intellecto, exultavit cor nostrum in Domino, pacis actori gratias super hoc merito referentes.

Sane, quia subsequenter displicenter nimis audivimus quod prefati tui nuntii nedum recusabant que promiserant adimplere, immo ad resistendum regi prefato volenti arresta sua prolata contra nonnullos tuos officiales et subditos exequi, cum armorum potentia se parabant, nos dispendiis variis que ex dissensione hujusmodi possent sequi, necnon et impedimentis que ex ea transmarino possent passagio ingeri, ad quod affici diceris et teneri, in consideratione deductis, adhuc regalem providentiam exhortantes, rogamus eandem, eidem nichilominus sano consilio suadentes quatinus, premissis diligenter attentis, necnon quantum sit reputandum indecens et absurdum principes tanta consanguinitate ac affinitate conjunctos, qui se deberent mutuis fulcire presidiis ac favoribus confovere, ac illa que inter ipsos pro temporum diversitate contingit emergere, quatumcumque gravia, quatumcumque difficilia, tractatibus ordinare domesticis et collationibus expedire familiaribus, sic pro minimis sibi invicem adversari, quamque sit in vassallo periculosum et reprehesibile judicandum suo superiori sic armata manu resistere super hiis que per ipsum superiorem sunt judicialiter ordinata, quantumque tua gravetur opinio, si hiis que talis tuus nuntius, videlicet frater

tuus, promiserat, tali modo obviare temptaveris, etiam si proponas quod super premissis eidem tuo nuntio nullam concesseras potestatem, cum credentia effuse per tuas litteras ei data ejusque conditio arguant contrarium satis clare, viam hujusmodi onustam tantis periculis velit et studeat evitare. Sed, si per arresta premissa credat magnificentia regia suis juribus prejudicium generari, non viribus sed juribus, non congressibus bellicis sed viis pacificis tuam justitiam prosequeris. Et quia, ad disce[n]siones (*sic*) hujusmodi sopiendas, tuam et ipsius regis presentiam insimul credimus plurimum oportunam, celsitudinem regiam deprecamur ut, ad diem condictam pro faciendo homagio, si non preteriit et possis commode, studeas interesse, presertim cum rex prefatus tibi sit paratus concedere, sicut fide digna relatione percepimus, litteras de securo conductu; quod si jam dicta dies transierit, ad diem super ipso homagio faciendo condicendam, non obmittas, annuente Domino, interesse. Quid autem intendit super premissis providentia regia, curet nos indilate reddere per suas litteras certiores. Nos enim prefatum regem per nostras alias litteras duximus exhortandum[3] ut ab executione predicta supersedeat, saltem quousque nos super hiis potueris reddere de tuo beneplacito certiores.

Quocirca, fili carissime, ne tardes, quesumus, nobis quidquid intendas super hiis per tuas litteras intimare, ut sic possumus (*sic*), circa impediendam dissensionem hujusmodi, quod admodum insidet nobis cordi, quod exequi viderimus expedire[4], nec propterea quod ad diem jam condictam vel condice[n]dam pro faciendo homagio disposueris interesse, ommittas per nuntios et litteras tuam justitiam interim per vias pacificas vel justitie congruentes prosequi ac guerre initium impedire, nam ex quo cepta fuerit, quod ille dignetur avertere qui non est Deus dissensionis, sed pacis, sero, ut veremur, recursus ad vias hujusmodi haberetur. Datum Avinione, VI nonas julii, anno VIII°. »

1. N° 2010.
2. N° 2008.
3. N° 2123.
4. *Sic;* Rymer (*op. et loc. cit.*) met plus clairement « *quod expedire viderimus provide procurare* ».

2131 Avignon, 2 juillet 1324.

Isabelli, reginæ Angliæ, ut regem, virum suum ad concordiam cum præfato rege Franciæ habendam, inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 52, c. 794.)

« *Isabelli, regine Anglie illustri.* Quia nonnunquam expedit — Datum Avinione ut supra. »

2132 Avignon, 2 juillet 1324.

Hugoni le Despensier juniori, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 52, c. 795.)

« *Dilecto filio nobili viro Hugoni lo Despensier juniori.* Ad id, fili — Datum ut supra. »

2133 Avignon, 2 juillet 1324.

Archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis, ut ad pacem inter dictos regem Angliæ et regem Franciæ habendam operam dent. (Reg. 112, p. II, fol. 52 v°, c. 796.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis.* Occasione quorundam excessuum — Datum ut supra. »

2134 Avignon, 3 juillet 1324.

Johanni de Arpadella ut quatuor processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, Bituricensi, Remensi, Senonensi et Rothomagensi archiepiscopis eorumque suffraganeis directis, eisdem archiepiscopis presentari et ab eis publicari faciat. (Reg. 112, p. II, fol. 30 v°, c. 663; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 181, n° 371, analyse.)

« *Dilecto filio magistro Johanni de Arpadella, decano ecclesie Xanctonensis, capellano nostro.* Mittimus tibi quatuor — Datum Avinione, V nonas julii, anno octavo. »

2135 Avignon, 3 juillet 1324.

Hugoni de Engolisma, ut quasdam litteras Eduardo, regi Angliæ, et nonnullis aliis personis super facto pacis cum rege Franciæ habendæ directas, eisdem regi et personis præsentare studeat. (Reg. 112, p. II, fol. 53, c. 797.)

« *Dilecto filio magistro Hugoni de Engolisma, sacriste ecclesie Narbonensis, Apostolice Sedis nuntio.* Ecce quod carissimo in Christo filio nostro Eduardo, regi Anglie illustri, super dissensione inter ipsum et carissimum in Christo, filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem exhorta (*sic*), sicut nosti, per juris semitam vel viam sopienda pacificam scribimus secundum formam quam continet cedula presentibus interclusa. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, ad dicti regis presentiam ubicunque sit, te, quavis dilatione cessante, conferens, eidem dictas litteras necnon et alias quas personis aliis super eodem negotio diriginus, eis studeas presentare, dictumque negotium solerter et prudenter prosequi sicut videris oportunum. Si vero aliquo casu te contingeret super hiis impediri, per certam et sufficientem personam statim facias regi prefato, ac aliis quibus easdem litteras mittimus, presentari, instaturus nichilominus solicite super responsione per eundem regem ad contenta in predictis litteris facienda, nosque de illa et aliis que tibi occurrerint redditurus, quantocius commode poteris, certiores. Datum Avinione, v nonas julii, anno octavo. »

2136 Avignon, 7 juillet 1324.

Carolo, regi Franciæ, Johannem, dominum de Pertiniaco, se recepisse nuntiat. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, c. 664; — J.-M. Vidal, *Le sire de Parthenay et l'Inquisition* dans *op. cit.*, p. 430, n° xiii.)

« *Prefato regi Francie.* Celsitudinem regiam volumus non latere quod dilecti filii nobiles viri Petrus de Macheriaco, miles, et Antonius, serviens armorum tui, ad nostram presentiam venientes, nobilem virum Johannem Archiepiscopi, militem, dominum de Pertiniaco, nobis ex parte regia die date presentium presentarunt. Datum Avinione, nonis julii, anno octavo. »

2137 Avignon, 7 juillet 1324.

Ermengavo, archidiacono de Pardiaco, Augerio de Pazolis et officiali Avinionensi mandat ut ab administratoribus bonorum mobilium quondam Amanevi, archiepiscopi Auxitani, et fructuum ad mensam archiepiscopalem ecclesiæ Auxitanæ pertinentium, rationes audiant, cum dicta bona, pro tempore vacationis, in subsidium passagii transmarini reservati essent. (Reg. 112, p. ii, fol. 39, c. 725; — L. Guérard, *Doc. pont*, t. II, p. 136, n° 310.)

« *Dilectis filiis Ermengavo, archidiacono de Pardiaco, Auxitane, et Augerio de Pazolis, canonico Rosnacensi*[1], *Cameracensis diocesium, ecclesiarum, [ac].., officiali Avinionensi.* Dudum bona mobilia — et licet quosdam de administratoribus memoratis mandaverimus[2], pro reddendis rationibus hujusmodi, ad nostram presentiam evocari, volumus tamen quod, dummodo coram vobis fideliter illas reddiderint, ad dictam Sedem venire, ratione vocationis hujusmodi, minime teneantur. Datum Avinione, nonis julii, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait *Rotnacensis* Renaix, dans la Flandre orientale, ar. Audenarde).
2. Voyez n° 2095.

2138 Avignon, 7 juillet 1324.

Argentinensi episcopo, Remensi, Senonensi, Rothomagensi, Bituricensi et Turonensi archiepiscopis, in eumdem modum ac episcopo Constanciensi, ut processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, habitos publicent et observari faciant. (Reg. 112, p. ii, fol. 72 v°, p. c. 889.)

« Ut processus per etc., ut supra in precedenti nota [Datum Avinione, nonis julii, anno octavo]. »

2139 Avignon, 11 juillet 1324.

Petrum de Thoffalhis Petro Marini, canonico Xanctonensi, in collectione subsidiorum contra Galeatium de Vicecomitibus levandorum subrogat, eumque hortatur ut, una cum Guillelmo de Petrilia, in prædictis diligentiam adhibeat. (Reg. 112, p. ii, fol. 88, c. 979.)

« *Dilectis filiis Petro de Thofalhis*[1], *canonico Agennensis, et Guillelmo de Petrilia, rectori de Salis, Xanctonensis diocesis, ecclesiarum.* Nuper ad nostrum — Datum Avinione, v idus julii, anno octavo. »

1. *Thoffahis* dans le texte, *Tofalhis* dans l'index.

2140 Avignon, 14 juillet 1324.

Regi Franciæ processus contra Ludovicum, ducem Bavariæ, factos mittit. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, c. 665.)

« *Eidem regi* [*Francie*]. Ut de processibus contra virum nobilem Ludovicum, ducem Bavarie, per nos factis hiis diebus preteritis, promulgatis sententiis, ejus excessibus detestabilibus et proterva contumacia exigentibus, celsitudo regia certitudinem obtineat pleniorem, ecce quod scripturam interclusam presentibus eidem mittimus que premissa sibi seriosius reserabit. Datum Avinione, ii idus julii, anno octavo. »

2141 Avignon, 14 juillet 1324.

In e. m. comiti Valesii. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, p. c. 665.)

2142 Avignon, 15 juillet 1324.

Alphonso de Hispania, super eodem. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, c. 666.)

« *Alfonso de Hispania.* Ecce quod carissimo — Datum Avinione, idibus julii, anno VIII°. »

2143 Avignon, 15 juillet 1324.

Petro de Mennaco, ut de bonis quondam Guillelmi, Caturcensis episcopi, duo millia florenorum auri conventui fratrum, Predicatorum Caturcensium in eorum ecclesiæ fabricam convertenda solvat. (Reg. 112, p. i, fol. 92 v°, c. 421.)

« *Dilecto filio Petro de Mennaco, canonico Caturcensi.* Olim bone memorie — Datum Avinione, idibus julii, anno VIII°. »

2144 Avignon, 15 juillet 1324.

Gasberto, camerario apostolico, ut omnes debitores præfati Guillelmi ad debita eidem Petro de Mennaco persolvenda compellat. (Reg. 112, p. ii, fol. 93, c. 422.)

« *Venerabili fratri Gasberto, archiepiscopo Arelatensi, camerario nostro.* C(u)um de circumspectionis — Datum ut supra. »

2145 Avignon, 17 juillet 1324.

Episcopo Convenarum, ut pro venditione incisionis cujusdam nemoris, de debita indempnitate Hugoni de Palatio provideat. (Reg. 112, p. ii, fol. 39 v°, c. 726; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 137, n° 311.)

« *Venerabili fratri episcopo Convenarum.* Dilectus filius nobilis — Datum Avinione, xvi kal. augusti, anno octavo. »

2146 Avignon, 19 juillet 1324.

Regi Franciæ litterarum Leopoldi, ducis Austriæ, transcriptum mittit. (Reg. 112, p. ii, fol. 30 v°, c. 667.)

« *Dicto regi* [*Francie*]. Heri, fili carissime, recepimus litteras dilecti filii nobilis viri Lipoldi, ducis Austrie, quorum (*sic*) transcriptum continet cedula presentibus interclusa, quem regie benivolentie affectu quo possumus commendamus. Datum Avinione, xiii kal. augusti, anno octavo. »

2147 Avignon, 19 juillet 1325.

Johanni de Cerchemont, de processu contra Ludovicum, ducem Bavariæ, de quibusdam depositionibus a Carolo, comite Valesii, obtinendis, et de ipsius nepotum promotione. (Reg. 112, p. ii, fol. 30, c. 668; — S. Riezler, *Vatikanische Akten*, p. 183, n° 377, analyse.)

« *Johanni de Cerchamont, decano Pictavensi, dicti regis cancellario.* Processus quosdam contra nobilem virum Ludovicum, ducem Bavarie, fecimus hiis diebus, quorum tenorem misimus carissimo in Christo filio nostro Carolo, regie Francie et Navarre illustri, et dilecto filio magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii, quos supponimus te vidisse. Pro habendis autem quibusdam depositionibus sub publica manu prefato comiti scribimus, pro quibus habendis te instare sedule volumus et rogamus. Non sis anxius nimium de promotione tuorum nepotum nec cures mendicata suffragia super hoc impetrare, nos enim ipsorum memores esse intendimus loco et tempore oportunis. Habe recommendatam Ecclesiam Sanctam Dei a qua bona tu et tui recepistis plurima, et, nisi per te ste-

tisset, recepisses, ut te scire supponimus, ampliora. Si qua quidem pro ipsa vel contra ipsam fuerint ordinata, erunt tibi a pluribus plurimum imputanda. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno octavo. »

2148 Avignon, 19 juillet 1324.

Dicti Caroli, comitis Valesii, petitionibus respondens, eum rogat ut confirmationem privilegiorum a sancto Ludovico, quondam rege Franciæ, concessorum ecclesiis et prælatis, fieri procuret. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v° c. 669.)

« *Dicto comiti Valesii.* Ad ea que tue, fili, magnificentie littere nobis per dilectum filium magistrum R. de Praellis, clericum, presentate novissime continebant, breviter respondemus quod petitio illorum quinque clericorum de quibus in eisdem fiebat mentio per nos signata fuerat ante diu. De assignatione autem illarum secentarum (*sic*) librarum turonensium fienda per magistrum Hospitalis, fecimus juxta tuum beneplacitam prout littere confecte super hoc seriosius explicabunt, quod tamen alias non recolimus nos fecisse. Assignatio autem fienda super decimis expediri non potuit, cum adhuc decimarum assignatio non sit facta. Nos enim, pro nostra excusatione erga prelatos, requirebamus confirmationem et observationem privilegiorum et gratiarum per clare memorie sanctum Ludovicum, regem Francie, concessorum ecclesiis et prélatis, sicut et venerabilem fratrem nostrum Petrum, Vivariensem episcopum, audivimus tue magnificentie explicasse. Unde in concessione ipsius decime, quando fiet, ipsam summam intendimus et omnino volumus tue benivolentie assignare. Unde placeat tue prudentie quod fiat dicta confirmatio, que a multis ipsius sancti successoribus extitit, procurare. Ad hec, de grata oblatione et benivola per te facta nobis in eisdem litteris actiones gratiarum exolvimus quas valemus. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno octavo. »

2149 Avignon, 19 juillet 1324.

Eidem comiti, qui eum de quibusdam ipsum tangentibus certiorem fecerat, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 31, n° 670.)

« *Eidem comiti.* Tua, fili, nobis nuper benivolentia nuntiavit quod nova quedam diversa seu extranea, nos et te non leviter tangentia, fuerunt tue magnificentie intimata, de quibus venerabilis frater noster Petrus, Vivariensis episcopus, nos posset reddere certiores. Profecto, fili, audita per prefatum episcopum novitate predicta, obstupuimus, nec sufficimus admirari quomodo tanta tamque periculosa malitia potuit in cor alicujus catholici subintrare, novum modum querere ut posset tanti labe criminis innoxios maculare; sed quia res sic periculose remanet, expediret quod tantum negotium poneretur in tuto, ad quod necessarium est, ut putamus, quod coram competentibus judicibus tam crudelis et inaudita malitia panderetur. Et quia prefatus episcopus non satis explicite, presertim quoad personas, nobis factum hujusmodi reseravit, gratum nobis admodum existeret sub manu publica dicta deponentium tam crudelem malitiam obtinere, ad quam corrigendam parati sumus, quantum ad nos pertinet, cum et Deo acceptum plurimum reique publice nimium arbitremur expediens, operosum studium adhibere. Benivolentie autem tue de insinuatione hujusmodi gratiarum non indigne referimus uberes actiones. Datum Avinione, XIIII kal. augusti, anno octavo. ».

2150 Avignon, 19 juillet 1324.

Philippo, comiti Ebroicensi, de matrimonio inter Carolum, regem Franciæ, et Johannam, dicti comitis sororem, nuper « solemnizato ». (Reg. 112, p. II, fol. 31, c. 671.)

« *Dilecto filio nobili viro Philippo, comiti Ebroicensi.* Innotuere nobis nobilitatis tue, fili, littere in facie Ecclesie fore solemnizatum matrimonium inter carissimos in Christo [filios] nostros Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, ac Johannam, sororem tuam, hiis diebus preteritis celebratum; quod utique eo nostris acceptius accessit affectibus quo matrimonium ipsum Deo gratum, utrique conveniens ac toti domui benedicte Francie multum accomodum et regnis prefatis expediens reputamus, illius clementiam, in cujus manu vita conscistit (*sic*) juventium, implorantes ut ipsos consenescere faciat ac prole accepta sibi faciat habundare, de benivola oblatione facta nobis per tuas litteras, tue benivolentie gratiarum actiones uberes referentes. Datum ut supra proxima. »

2151 Avignon, 25 juillet 1324.

Archiepiscopo Tolosano litteras ejus a Raymundo Johannis præsentatas se recepisse nuntiat eisque respondisse. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 672.)

« *Venerabili fratri Johanni, archiepiscopo Tholosano.* Fraternitatis tue litteras nobis per dilectum filium Raymundum Johannis, cui per eas fidem adhiberi petiisti credulam, presentatas benigne recepimus, et, tam ea que ipse sub commissa sibi credentia nobis prudenter curavit exponere, quam que predicte continebant littere pleno collegimus intellectu ; et ecce quod super eis duximus quod expedire vidimus ordinandum, sicut in aliis nostris confectis litteris super hoc plenius poteris intueri. Datum Avinione, VIII kal. augusti, anno octavo. »

2152 Avignon, 25 juillet 1324.

Comitem Valesi ut, non obstante guerra Vasconiæ, licentiam in curia apostolica remanendi, ratione servicii ibidem faciendi, a rege Franciæ pro ipsius papæ nepotibus, obtineat deprecatur dictoque comiti processum contra ducem Bavariæ factum se destinasse nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 674.)

« *Comiti Valesii.* Exigit presentis malitia temporis, sicut, fili, magnificentiam tuam credimus non latere, quod nostris insistant obsequiis viri de quibus plenius confidimus, et quia guerra Vasconie, que procedere, quod Deus avertat, dicitur, multos de talibus nostris familiaribus ad se trahit, requirit quasi quedam necessitas ut frater et nepotes nostri, videlicet Petrus Duesa, Arnaldus, ejus filius, et P. de Via et Arnaldus de Trian, devoti servitores tui, sedule nostris insistant obsequiis et intendant. Quocirca tue circumspectionis magnificentie, de qua plene confidimus, deprecamur ut, pro licentia regia obtinenda quod, non obstante guerra premissa, si, quod Deus avertat, processerit, ipsis nostris obsequiis insistere liceat, efficaciter velis interponere partes tuas. Processum contra ducem Bavarie novissime per nos factum, jam diu est, duximus tue, fili, magnificentie destinandum. Datum Avinione, VIII kal. augusti, anno octavo. »

2153 Avignon, 25 juillet 1324.

Alphonso de Hispania, super eodem. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 675.)

« *Alfonso de Ispania.* Tuam, fili, prudentiam — Datum ut supra. »

2154 Avignon, 25 juillet 1324.

Cancellario regis Franciæ, ut pro eadem licentia obtinenda, apud dictum regem insistat. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 676.)

« *Cancellario regis Francie.* Cum guerra Vasconie, que procedere dicitur, multos de nostris familiaribus, de quibus confidebamus plenius, ad se trahat, temporisque malitia exigat ut tales in nostris obsequiis habeamus, prudentiam tuam, de qua plene confidimus, requirimus et rogamus attente quatinus apud celsitudinem instes regiam sedule, ut dignetur fratri, et nepotibus nostris, videlicet quod, non obstante guerra predicta, si, quod Deus avertat, processerit, nostris vacare possint obsequiis, gratiosius indulgere. Datum ut supra. »

2155 Avignon, 25 juillet 1324.

In e. m. Matheo de Tria, marescallo Franciæ. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, p. c. 676.)

2156 Avignon, 25 juillet 1324.

Regi Franciæ significat qualiter regi et reginæ Angliæ ac nonnullis ejusdem regis consiliariis et prælatis dicti regis pro pace habenda frustra scriptum sit, eum rogat ut germanum et nepotes ipsius, de non eundo in guerram Vasconiæ excusatos habere velit eique processum contra ducem Bavariæ factum et transcriptum cujusdam litteræ Leopoldi, ducis Austriæ, transmittit. (Reg. 112, p. II, fol. 34, c. 695.)

« *Dicto regi Francie.* Spe magna, utique non indigne concepta, quod negotium Vasconie per tractatus pacificos, sicut necessitudo sanguinis, utriusque partis decentia et rei publice suadebant utilitas, non per congressus bellicos finiretur, quod, ut fieret, iteratas exhortationes et preces tam carissimo in Christo filio nostro Edwardo, regi, ut ad hec suum habilitaret animum,

quam carissime in Christo filie nostre Isabelli, regine Anglie illustribus, ac nonnullis ejusdem regis consiliariis et prelatis dicti regni, de quibus expedire credidimus, ut ad hoc regem ipsum inducerent, litteratorie duximus destinandas, implacida nimium relatione multorum percepimus, procurante pacis hoste et caritatis emulo, nos frustratos. Quod profecto eo cor nostrum gravioris doloris pungit aculeus, quo guerra ipsa graviora comminatur discrimina, ac bona per ipsam veremur impediri probabiliter potiora, quare adhuc insinuare non ommittimus ut, hiis in consideratione deductis, cor suum ad ea que pacis sunt celsitudo regia debeat inclinare. Sane, fili carissime, licet fratrem ac nepotes nostros, videlicet Petrum Duesa et Arnaldum, ejus natum, ac Petrum de Via et Arnaldum de Trian, devotos servos regios, ad serviendum regali excellentie sedule noscamus obnoxios multipliciter et astrictos, ipsosque hoc studiose exequi affectemus, quia tamen ad presens guerre premisse fremitus multos de nostris familiaribus, de quibus confidebamus plenius, ad se trahit, sic quod quasi pauci de talibus nobiscum remanent in presenti, temporisque malicia exig(u)at ut tales nostris insistant obsequiis, de quorum fidelitate plenius confidamus, sicut et supponimus circumspectionem regiam non latere, providentiam regiam affectu quo possumus deprecamur quatinus fratri et nepotibus antedictis dignetur, ut nostris insistere possint obsequiis, non obstante guerra predicta, si, quod Deus avertat, processerit, gratiosius indulgere. Processum autem contra ducem Bavarie novissime per nos factum ac transcriptum cujusdam littere per dilectum filium nobilem virum Lipoldum, ducem Austrie, nobis misse alias excellentie regie misimus, cujus tenorem littere continet cedula presentibus interclusa. Gratia Domini nostri Jhesu Christi cor regium juxta suum beneplacitum dirigat in agendis. Datum Avinione, VIII kal. augusti, anno VIII°. »

2157 Avignon, 26 juillet 1324.

Johanni de Tria, ut ipsum excusatum habere velit, quia antequam litteræ ejus recepisset, super hiis quæ continebantur in eis aliter disponendum jam duxerat. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c. 673.)

« *Nobili viro Johanni de Trie, domino de Monescastro*[1], *senescallo Tholosano.* Scire te volumus — Datum Avinione, VII kal. augusti, anno octavo. »

1. *Sic*, il faudrait, comme plus haut (n° 1891) *Monchiaco castro* qui désigne sans doute Mouchy-le-Châtel (Oise, ar. Beauvais, c. Noailles) dont Jean de Trie était seigneur (cf. P. Anselme, *Histoire généalogique de la maison de France*, t. VI, p. 666; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 110, note 1).

2158 Avignon, 27 juillet 1324.

Petro Bruni inquisitionis officium in partibus Tolosanis committit. (Reg. 112, p. I, fol. 88 v°, c. 407.)

« *Dilecto filio Petro Bruni, ordinis fratrum Predicatorum, inquisitori heretice pravitatis in partibus Tholosanis per Sedem Apostolicam deputato.* Inter curas assiduas — Datum Avinione, VI kal. augusti, anno octavo. »

2159 Avignon, 27 juillet 1324.

Guidoni, electo Corisopitensi, ut ad solvenda legata a bonæ memoriæ Johanne, episcopo Dolensi, facta, omnia bona ejusdem episcopi quæ exigenda supersunt recipiat. (Reg. 112, p. I, fol. 98 v°, c. 443.)

« *Dilecto filio Guidoni, electo Corisopitensi.* Auditui nostri apostolatus innotuit quod bone memorie Johannes, episcopus Dolensis, anime sue cupiens providere saluti, dudum in testamento suo, quod de nostra licentia sibi sub certa forma concessa condidisse dicitur, nonnulla fecit et ordinavit legata certis personis et locis infra biennium post ejus obitum exolvenda (*sic*), te ac quibusdam aliis hujusmodi sui testamenti executoribus deputatis; et licet tu et alii coexecutores tui ad executionem[1] dicti testamenti pro parte dicamini processisse, adhuc tamen restant, sicut accepimus, plura legata solvenda et nonnulla bona et debita prefati episcopi colligenda. Cum autem nostra intersit providere quod pie voluntates descedentium (*sic*), presertim predicti episcopi qui bona sua et executores suos nostre protectioni expresse supposuit, compleantur, discretioni tue de qua gerimus in Domino fiduciam specialem, per apostolica

scripta committimus et mandamus quatinus, per te vel alium vel alios, omnia bona prefati episcopi, in quibuscumque et ubicunque consistentia petere, exigere et recipere cum integritate procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, qua cavetur ne quis extra suam civitatem et diocesim, nisi ex certis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad judicium evocetur, seu ne judices a Sede Apostolica deputati extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerunt, contra quoscunque procedere, sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant, et tam de duabus dietis in consilio generali, quam aliis quibuscunque constitutionibus tam de judicibus delegatis quam de personis ultra certum numerum ad judicium non trahendis, aut aliis editis que tue possent jurisdictioni aut potestati super hiis quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter — hujusmodi mentionem. Et demum, solutis per te et alios coexecutores tuos juxta formam dicti testamenti certis et distinctis legatis prefati episcopi restantibus ad solvendum, residuum bonorum ipsorum, quorum dispositionem nobis duximus reservandam, convertendorum in subcidium fidelium impugnantium hereticos Mediolanenses et Ferrarienses aliosque sancte Matris Ecclesie rebelles et hostes, sicut pro salute anime predicti episcopi viderimus expedire, ad nostram Cameram mittere fideliter et integraliter non postponas, eam de illis clare, particulariter et distincte redditurus nichilominus per tuas litteras vel instrumentum publicum certiorem. Volumus autem quod assignantes tibi vel alii, quem vel quos duxeris super hoc deputandos, bona et debita supradicta, absolvere valeas et quitare de hiis que receperis ab eisdem. Datum Avinione, VI kal. augusti, anno octavo. »

1. Reg. *escusationem.*

2160 Avignon, 27 juillet 1324.

Eidem, ut de bonis quondam Theobaldi de Poenciaco et quondam Theobaldi de Moreaco, episcoporum Dolensium, inquisitionem faciant et quæ reperirent recipiant. (Reg. 112, p. I, fol. 99, c. 444.)

« *Eidem.* Ad audientiam nostram dudum fide digna relatione perducto quod bone memorie Theobaldus de Poencajo[1], episcopus Dolensis, certas pecuniarum summas convertendas in pios usus, et quedam jocalia Romane Ecclesie, ac certam pecunie summam pro passagio transmarino legaverat, quodque quatuor milia libras turonensium parvorum, diu ante suum decessum, in thesauro Dolensis ecclesie deponi fecerat, bone memorie Thebaldo de Moreaco[2], episcopo Dolensi, suo proximo successore, ac dilecto filio Fulchone de Boesnayo, archidiacono Transmeduano in ecclesia Andegavensi, et quibusdam aliis sue ultime voluntatis executoribus deputatis, et insuper intellecto quod idem Theobaldus de Moreaco, Dolensis episcopus, quasdam magnas pecuniarum summas per manus venerabilis fratris nostri Alani, episcopi Redonensis, et dilecti filii Petri de Assigneyo, ac quorundam aliorum quos sue ultime voluntatis executores deputasse noscitur, in pios usus reliquerat convertendas, nos de premissis habere volentes notitiam pleniorem, bone memorie Johanni, episcopo Dolensi, ac dilecto filio abbati monasterii Omnium Sanctorum Andegavensis, ac Geraldo Judicis, canonico Redonensi, dedisse meminimus per alias nostras certi tenoris literas in mandatis ut predictorum episcoporum Dolensium testamenta et dispositiones seu ultimas voluntates sibi per scripturas publicas facerent exhiberi, et de premissis omnibus et singulis legatis et depositis ac relictis quibuscunque, necnon de contractatione et erogatione legatorum et depositorum, et aliis omnibus que per quoscunque acta essent super hiis, ac de hiis etiam [que] de summis pecuniarum ac bonis et jocalibus dictorum episcoporum in quibuscunque rebus et ubicunque consistentibus supererant, diligentius inquirentes, nos plenius super hoc informare curarent ut, hujusmodi informatione recepta, providere possemus quod jura Romane Ecclesie servarentur illesa, et episcoporum ipsorum pie dispositiones minime fraudarentur. Verum cum per inquisitionem auctoritate dictarum litterarum nostrarum factam super hoc, ac confessionem predictorum episcopi Redonensis ac Petri de Assigneyo ac

quorundam aliorum, evidenter constare noscatur tam penes ipsos quam nonnullos alios multa bona et jocalia predictorum episcoporum Dolensium superesse, discretioni tue de qua gerimus in Domino fiduciam specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, per te vel alium seu alios, omnia bona et jocalia seu pecuniarum summas hujusmodi, que apud dictos episcopum Redonensem et Petrum de Assigneyo aut quosvis alios, per dictam inquisitionem factam vel aliam per te, summarie, simpliciter et de plano, sicut expedire cognoveris, faciendam, seu alia legitima documenta extare repereris vel etiam superesse, petere, exigere et recipere cum integritate procures, ipsos et quosvis contradictores alios per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, non obstantibus etc. ut supra[3]. Volumus autem quod, assignantes tibi predicta, de hiis que ab ipsis receperis, absolvere valeas et quitare, faciens fieri super singulis assignationibus hujusmodi duo consimilia publica instrumenta, quorum altero penes assignantes ipsos dimisso, reliqu[u]m, necnon ea que per te recepta de predictis fuerint, ad nostram Cameram mittere fideliter non postponas, ut possimus jura Romane Ecclesie illibata servare super hiis, et aliis de predictis, quod pro salute animarum dictorum episcoporum expedire videbitur, comodius ordinare. Datum ut supra. »

1. *Sic*, il faudrait *Poenciaco* (Thibaut de Pouancé, cf. C. Eubel, *Hierarchia catholica Medii Ævi*, p. 233).
2. Thibaut de Moréac (Moréac, Morbihan, ar. Pontivy, c. Locminé).
3. N° 2159.

2161 Avignon, 30 juillet 1324.

Amanevo, episcopo Agennensi, de præsentatione Bertrandi de Andirano, canonici ecclesiæ sancti Caprasii, Agennensis diocesis, et processus contra ipsum Bertrandum habiti, certiorem facit. (Reg. 112, p. ii, fol. 39 v°, c. 727.)

« *Venerabili fratri Amanevo, episcopo Agennensi.* Noverit tua fraternitas quod viiii kalendas augusti, dilecti filii Arnaldus de Garnello, officialis Agennensis, Arnaldus de Galhaco, licentiatus in legibus, et Sicardus Peyrerii, Albiensis diocesis, nuntii tui, presentarunt nobis Bertrandum de Andirano, canonicum ecclesie sancti Caprasii Agennensis, et Johannem de Ponte, clericum Narbonensis diocesis, necnon processum per te habitum contra ipsum Bertrandum, et quedam profana scripta, instrumenta sive artificia confecta, species atque res ipsius de quibus fecit processus hujusmodi mentionem, de quorum prese[n]tatione presentes tibi ad certitudinem destinamus. Datum Avinione, iii kal. augusti, anno octavo. »

2162 Avignon, 30 juillet 1324.

Infrascriptis, quod ad pacem inter Carolum, regem Franciæ, et Eduardum, regem Angliæ, habendam mente et opere laborare ipse non desinit. (Reg. 112, p. ii, fol. 39 v°, c, 728.)

« *Venerabili fratri Amanevo, episcopo, et dilectis filiis capitulo Agennensibus et sancti Caprasii Agennensis, necnon consulibus Agennensibus, Condonmiensibus, Villenove, et aliarum universitatum Agennensis et Condomiensis diocesium.* Litteras vestras benigne recepimus que, cum de reformanda pace quam inter carissimos in Christo filios nostros Karolum, Francie et Navarre, ac Eduardum, reges Anglie illustres, antiqui hostis iniquitas versut[i]a dissecuit, ferventem proferant vestre devotionis affectum, apud nos effusam per vos inde supplicationis instantiam multipliciter duximus in Domino commendandam, illud certum vobis notescere cupientes quod, pro reformatione pacis hujusmodi, quam, Deo teste, vehementer appetimus, paterno amore laboravimus hactenus, nec de[si]stimus, nec sinemus integra solicitudine mentis et operis, assistente nobis divino auxilio, laborare. Datum ut supra. »

2163 Avignon, 31 juillet 1324.

Regi Siciliæ, ut Jordane de Triniano et natis ejusdem justitiæ complementum fieri faciat. (Reg. 112, p. ii, fol. 82 v°, c. 948.)

« *Eidem regi Sicilie*. Instat, carissime fili, justitie pietas pro dilectis in Christo filiabus nobili muliere Jordana de Triniano, vidua, et natis ejusdem, pupillabus ut dicitur, quod, sicut debito regie potestatis astringeris, oppressas matrem et genitas tue fortidudinis brachio tuearis. Sane pro ipsarum parte fuit nobis expositum quod, licet quondam Jacobus de Maura, maritus prefate Jordane, ultra debitas sibi dotes certa bona ipsi Jordane reliquerit, et tam pupillas easdem quam dilectos filios nobiles viros Nicholaum et Stephanum, fratres germanos ipsarum, instituerit bonorum suorum omnium universales heredes in suo ultimo legitimo, sicut ponitur, condito testamento, ipsi tamen nobiles debitis inde portionibus non contenti, certas pecuniarum summas, jocalia, res et bona Jordane et pupillarum ipsarum sibi manu tam violenta quam cupida usurparunt, nichilominus et calumpniose trahunt eas ad curiam tuam vicarie, ibique multipliciter vexant ipsas laboribus et expensis. Quocirca rogamus excellentiam regiam et hortamur attente quatenus, oppressis hujusmodi regio favore subveniens et assistens, ipsas, quesumus indebite vexari vel opprimi non permittas, quin im[m]o, ut in hac parte totaliter impleas tui officii debitum, eisdem super hiis, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia, fieri facias favorabilis et expedite justitie complementum, ita quod circa premissa juste nequeant conqueri, sed apud te, propterea commendandum in Domino, sentiant, sicut sperant, nostris precibus adjuvari. Datum Avinione, II kal. augusti, anno octavo. »

2164 Avignon, 1er août 1324.

Cum ecclesiæ rurales sancti Illarii, sancti Verani et sancti Sulpicii prope castrum Novarum, Avinionensis diocesis, mensæ episcopali ecclesiæ Avinionensis unitæ fuissent, ut populus, qui prope dictam ecclesiam sancti Illarii ad inhabitandum in loco de Bastida se transtulit, divina officia commodius audire valeat, eamdem ecclesiam parrochialem constituit mandatque Ademario, episcopo Massiliensi, et Geraldo de Campimulo ut dictam parrochiam limitent. (Reg. 112, p. I, fol. 89, c. 410.)

« *Venerabili fratri Ademario, episcopo Massiliensi, thesaurario nostro, et Geraldo de Camulo*[1], *archidiacono Caturcensi, episcopatus Avinionensis in spiritualibus et temporalibus vicario generali auctoritate apostolica deputato.* Olim certis et — Datum Avinione, kalendis augusti, anno octavo »

1. *Sic*, sur les différentes formes de ce nom, voyez ci-dessus, n° 401, et *Gallia christiana*, t. I, col. 822, A.

2165 Avignon, 3 août 1324.

Audito quod rex Franciæ potentem armigerorum exercitum ad partes Vasconiæ miserat ad exequendum quædam arresta contra nonnullos officiales regis Angliæ promulgata, et occupandum castra seu loca ducatus Aquitaniæ, ratione homagii non praestiti, et quod Edmundus, regis Angliæ præfati frater, jam profectus erat ad resistendum, scribit papa archiepiscopo Cantuariensi ut partes suas diligenter pro pace interponat. (Reg. 112, p. II, fol. 54, c. 801.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis.* Ex paterne caritatis — Datum ut supra [Avinione, III kal. septembris, anno octavo]. »

2166 Avignon, 4 août 1324.

Regi Franciæ Catherinæ de Greliaco negotia commendat. (Reg. 112, p. II, fol. 31 v°, c 677.)

« .., *regi Francie*. Super hiis que dilecta in Christo filia nobilis mulier Catherina de Grelino[1], pretextu cujusdam cause[2] ad instantiam nautarum de Regula, de Sancto Macario et aliorum per flumen Garone navigantium, sicut asseritur, dudum mote, habet in curia regia expedire, prefatam nobilem regali benivolentie specialiter commendamus. Datum Avinione, II nonas augusti, anno VIII. »

1. Voyez pour les formes de ce nom, n° 2062, note.
2. Voyez n° 1540.

2167 Avignon, 4 août 1324.

Alphonso de Hispania eandem Catherinam commen-

dat. (Reg. 112, p. II., fol. 32, c. 678; — L. Guérard, *Doc. pont.*, t. II, p. 138, n° 312.)

« *Alfonso de Ispania.* Dilectam in Christo — Datum ut supra. »

2168 Avignon, 4 août 1324.

In e. m. cancellario regis Franciæ. (Reg. 112, p. II, fol. 32, p. c. 678; — L. Guérard, *loc. cit.*)

2169 Avignon, 4 août 1324.

Gastoni, comiti Fuxi, de provisione abbatiæ monasterii Fuxi, de matrimonii ejus solemnisatione, necnon de amotione manus regie a terra ejus. (Reg. 112, p. II, fol. 39 v°, c. 729; — L. Guérard, *Doc. pont.* t. II, p. 138, n° 313.

« *Dilecto filio nobili viro Gastoni, comiti Fuxi.* Super abbatia[1] monasterii Fuxi tui per nos certam personam tibi gratam petebas prefici, alias, fili, te nobis scripsisse, nosque tibi meminimus respondisse quod, cum dudum de persona ydonea quam eidem monasterio utilem tibique devotam credebamus, sicut et adhuc credimus, duxissemus in nostro consistorio et de fratrum nostrorum consilio providendum, provisionem eandem de persona ydonea sic factam solemniter, revocare, aut personam ipsam amovere abinde, absque causa rationabili, nullatenus, secundum Sedis Apostolice descentiam (*sic*) debeamus, sed, facultate se nobis offerente, proponebamus, prout adhuc proponimus, tibi per vias honestas et licitas, quantum possemus secundum Deum et videremus expediens, super hiis, complacere. Verum quia noviter iterasti, per tuas litteras, super hoc preces tuas, nos idem tibi quod, alias, cum ad presens non possumus aliud, respondemus. Ceterum de sollempnisatione matrimonii tui per easdem litteras nuntiata gaudemus in Domino, ipsum devotis precibus exorantes ut, super te tuamque consortem sue gratie benedictionem infundens, votive prolis fecunditate, ad laudem sui nominis stabiliat domum tuam. Gratum etiam nobis occurrit admodum quod de obtentis litteris super amotione manus regie de terra tua in eisdem litteris subjunxisti, licet nobis displiceat quod earum executio pro parte, sicut continebant predicte littere, retardatur. Datum Avinione, II nonas augusti, anno octavo. »

1. Le sens demanderait, ainsi que le fait remarquer M. L. Guérard, *op. cit.*, p. 139, note 1 : *Super quod de abbatia.*

2170 Avignon, 9 août 1324

Archiepiscopo Rothomagensi, ut ecclesiam parrochialem de Bleville, cum juribus et pertinentiis suis, mensæ prioratus de « Bleville Valle Infirmorum »[1], ordinis sancti Augustini, Rothomagensis diocesis, ad Caroli regis Franciæ petitionem, incorporet. (Reg. 112, p. I, fol. 88 v°, c. 408.)

« *Venerabili fratri.., archiepiscopo Rothomagensi.* Significavit nobis nuper — Datum Avinione, V idus augusti, anno octavo. »

1. Bléville, Seine-Inférieure ar. et c. du Havre. En 1337, cette paroisse avait pour patron le prieur *de Valle Leprosorum* (Le Val-aux-Grès, jadis le Val-aux-Malades, Seine-Inférieure, c. et c^ne de Bolbec ; cf. Aug. Longnon, *Pouillés de la province de Rouen*, Paris, 1903, in-4°, p. 20).

2171 Avignon, 10 août 1324.

Fructus et redditus unius anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum in provincia Aquensi usque ad unum annum, ad Ecclesiæ Romanæ necessitates levandas, reservat; moderationes et terminos in perceptione observandos determinat, universasque provinciæ Aquensis personas hortatur ut fructus et redditus debitos collectoribus assignent. (Reg. 112, p. I, fol. 89 v°, c. 413 ; — Reg. 76, cur. fol. 11 v°, c. 23.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Aquensi ejusque suffraganeis, ac dilectis filiis* [*electis*], *abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Cartusiensis, Camaldulensis, Vallisumbrose, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum*

dinum, ceterisque personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus, exemptis et non exemptis, necnon sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theutonicorum, Calatravensibus ac Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus eorumque loca tenentibus, per civitatem et diocesim ac provinciam Aquenses constitutis. Dum necessitates innumeras[1] — Datum Avinione, III idus augusti, anno octavo. »

1. Le texte est le même, *mutatis mutandis*, que celui que nous donnons plus loin, n° 2175, d'après le registre 76 pour la province d'Embrun.

2172 Avignon, 10 août 1324.

Præpositum, et Raymundum Naulonis, canonicum ecclesiæ Aquensis, collectores eorumdem fructuum in provincia Aquensi constituit. (Reg. 112, p. I, fol. 91, c. 414; — Reg. 76, cur. fol. 12 v°, c. 24.)

« *Dilectis filiis*[1].., *preposito, et Raymundo Naulonis, canonico ecclesie Aquensis.* Dum necessitates innumeras — Datum Avinione, III idus augusti, anno octavo. »

1. Le registre 112 porte seulement : *Judicibus.*

2173 Avignon, 10 août 1324.

Item in e. m. « *In civitate ac diocesi et provincia Arelatensibus fiant littere principales et excequtorie* (sic)[1] ». (Reg. 112, p. I, fol. 91, p. c. 414; — Reg. 76, cur. fol. 11 v°, c. 23.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Arelatensi ejusque suffraganeis etc.* Dum necessitates etc. — Datum Avinione, III idus augusti, anno octavo. »

1. Texte du registre 112; le registre 76 seul donne l'adresse, le texte et la date indiqués ci-dessus.

2174 Avignon, 10 août 1324.

Præpositum et archidiaconum ecclesiæ Arelatensis collectores eorumdem redditum in provincia Arelatensi constituit. (Reg. 112, p. I, fol. 91, p. c. 414; — Reg. 76, cur. fol. 12 v°, c. 24.)

« *Dilectis filiis*[1].., *preposito, et.., archidiacono ecclesie Arelatensis.* Dum necessitates innumeras — Datum Avinione, III idus augusti, anno octavo. »

1. Le registre 112 met, à la place de ces deux mots : *Judicibus ;* il ne reproduit ni l'incipit, ni la date.

2175 Avignon, 10 août 1324.

Infrascriptis similiter de reservatione et perceptione fructuum et redditum unius anni beneficiorum ecclesiasticorum in provincia Ebredunensi. (Reg. 112, p. I, fol. 91, p. c. 414[1]; — Reg. 76, cur. fol. 10 v°, c. 23.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Ebredunensi ejusque suffraganeis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelatis et rectoribus, capitulis quoque, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, Grandimontensis, Cartusiensis, Camaldulensis, Vallisumbrose, sanctorum Benedicti et Augustini ac aliorum ordinum, ceterisque personis ecclesiasticis tam secularibus quam regularibus, exemptis et non exemptis, necnon sancti Johannis Jerosolimitani, beate Marie Theotonicorum, Calatraventium ac Humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus eorumque loca tenentibus per civitatem et diocesim ac provinciam Ebredunenses constitutis, salutem.* Dum necessitates innumeras ac gravia et importabilia expensarum onera quibus Ecclesia Romana, suorum rebellium et hostium variis oppressa persecutionibus et injuriosis contumeliis plurimum lacessita, incessanter opprimitur, ejusdemque Ecclesie redditum et proventuum ad predicta necessitates et onera nequaquam sufficientium raritatem intenta meditatione pensamus, non absque multis anxietatibus et curis solicitis, exquirere vias et modos cogimur per quos eidem Ecclesie, tot et tantis exposite fluctuationibus tempestatum, oportune subventionis auxilia, super quibus vos ex pure devotionis et compassionis affectu promptos invenire confidimus, procuramus.

Hinc est quod nos, super predictis deliberatione prehabita diligenti, fructus, redditus et proventus unius anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, etiam dignitatum, personatuum et officiorum, quorumlibet monasteriorum, prioratuum et aliorum locorum ecclesiasticorum, tam secularium quam regularium, exemptorum et non exemptorum, que in civitate ac diocesi et provincia Ebredunensibus nunc vacant, et a data presentium usque ad unum annum continue computandum qualitercunque, etiam si apud Sedem Apostolicam ea vacare contigerit, ecclesiis tamen, monasteriis, dignitatibus ac beneficiis subscriptis expressim exceptis, exigendos, levandos et percipiendos in modum infrascriptum et in Ecclesie memorate necessitatibus convertendos auctoritate apostolica reservamus ac etiam deputamus, ipsosque per collectores, quos ad hoc per alias nostras certi tenoris litteras deputamus, aut subcollectores qui ad hujus collectionis ministerium per eos in singulis vestris civitatibus et diocesibus, frater archiepiscope et suffraganei, constituti fuerint, colligi volumus ac per eosdem collectores nostre Camere integraliter assignari, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus contrariis ecclesiarum, monasteriorum et locorum in quibus hujusmodi beneficia, dignitates, personatus et officia fuerint, juramento, confirmatione dicte Sedis seu quacunque firmitate alia roboratis, aut si fructus, redditus et proventus hujus primi anni ex predicte Sedis privilegio vel alias de jure, seu quacunque consuetudine vel statuto, alicui vel aliquibus debeantur, sive ad fabricam quorumcunque ecclesiarum, monasteriorum seu locorum per quoscunque concessi fuerint vel etiam deputati, aut si sint in usus alios convertendi.

Et ut super collectione ac perceptione fructuum, redditum et proventuum predictorum cujusvis dubitationis tollatur materia et fraudibus obvietur, declarationes seu moderationes subjungimus infrascriptas, videlicet quod si idem beneficium bis vel pluries in anno vacare contingat, volumus quod non nisi semel fructus, redditus et proventus ipsius juxta taxationem decime persolvantur et a collectoribus recipiantur eisdem, ut scilicet summam pro qua unumquodque beneficiorum ipsorum in decime solutione taxatur, dicti collectores exigant et percipiant, totali residuo obtinentibus hujusmodi beneficia remansuro, nisi forte dicti collectores residuum hujusmodi percipere et habere maluerint et obtinentibus beneficia supradicta, ad supportandum ecclesiarum onera, ad sustentationem habendam, summam pro qua beneficia ipsa taxantur in decima remanere. Nos enim dictos collectores recipiendi utrumlibet predictorum, scilicet taxationem ipsam vel residuum antedictum, habere volumus optionem, ita tamen quod quicquid ipsi collectores elegerint, beneficiorum ipsorum onera debeant obtinentes eadem, de parte quam dicti collectores sibi dimiserint, totaliter supportare, nisi forsan obtinentes beneficia hujusmodi vellent omnes fructus, redditus et proventus dimittere collectoribus antedictis. Quo casu collectores ipsi habebunt hujusmodi beneficiis, quoad curam animarum, si eis immineat, necnon et in divinis officiis et sacramentorum ecclesiasticorum ministratione, facere per personas idoneas deserviri, ac cetera eis incunbentia onera supportari. De illis autem beneficiis que taxata non existunt ad decimam, ut sequitur ordinamus, videlicet : quod ipsorum redditum, fructuum et proventuum medietas ad nos et ad nostram Cameram pro dictis necessitatibus, alia vero ad obtinentes eadem beneficia debeat pertinere modis et formis ac condiditionibus quibus de aliis beneficiis superius est expressum.

Ceterum volumus et auctoritate presentium declaramus ut deputatio nostra hujusmodi nullatenus extendatur ad archiepiscopales et episcopales ecclesias vel abbatias regulares que tamen conventuales existunt, nec ad beneficia illa quorum redditus et proventus annuum valorem sex librarum parvorum turonensium non excedunt, et que ex permutationis causa vacare continget, nec etiam ad vicarias seu capellanias ut plurimum a decedentibus, secundum morem diversarum ecclesiarum, institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas, certis[1] constitutis redditibus presbytero inibi celebranti, seu alias, ut diurnis et nocturnis horis intersint, dummodo viginti librarum turonensium parvorum valorem annuum non excedant, alias sub deputatione hujusmodi includantur, nec etiam ad cotidianas (*sic*) distributiones quarumcumque ecclesiarum seu anniversaria vel obventiones que ad certum quid

deputata noscuntur, nisi ad illas que consueverint eis qui sunt in civitate vel loco presentes, quamvis horis non intersint canonicis, elargiri. Volumus etiam quod redditus et proventus prebendarum illorum qui, solvere taxationem decime recusantes, se velle simularent abesse ut prebende, quas non recipiunt nisi sint in civitate vel loco presentes, adeo diminuantur quod parum aut nichil debeat percipi juxta taxationem predictam, sub deputatione includantur hujusmodi, ut fraus non patrocinetur eisdem.

De prebendis vero que ad tantam summam taxate sunt in decima, quod parum superest in valore, dimittatur pro servitio portio congrua, residuo penes eandem Cameram remansuro; et idem etiam de aliis beneficiis ecclesiasticis sic taxatis ad decimam, quod parum aut nichil superest ultra taxationem eandem, diocesanorum per collectores adhibito consilio, quorum super hoc oneramus conscientias, quod utilius fieri poterit ordinetur. Et insuper intelleximus sub hac deputatione includi fructus, redditus et proventus beneficiorum patrimonialium ac prebendarum seu beneficiorum in quibus beneficiatorum non est certus numerus ac prebendarum canonicorum absentium cum decedunt, necnon prioratus conventuales quorum prelati et conventus bona in communi habere noscuntur; ita tamen quod inde prioribus et conventibus ac aliis similia beneficia obtinentibus provideatur decenter. Nostre etiam intentionis existit quod licet archiepiscopales et episcopales ecclesie ac abbatie regulares a prestatione dictorum fructuum, sicut continetur superius, eximantur, non tamen propter hoc dignitates et alia beneficia ecclesiarum et abbatiarum predictarum quecumque sint, intra vel extra, quomodolibet intelligantur exempta; item quod terre ac proventus et bona que decedens recipiebat distincte canonicus pro prebenda, et beneficia que detinentur per quoscunque, etiam sacrosancte Romane Ecclesie cardinales, ad mensas prelatorum pertinentes, et etiam decime, quamvis nullum herens beneficium habeant, sub deputatione includantur predicta; quodque illi quibus ex privilegio, consuetudine vel statuto fructus beneficiorum vacantium primi anni debentur, illos anno sequenti percipere valeant sicut primo anno, si non restaret nostra reservatio hujusmodi, fuerant percepturi.

Ut autem circa solutionem dictorum fructuum ac reddituum et proventuum evitentur scandala, et solventes a gravaminibus releventur, volumus quod duobus terminis congruis solutio hujusmodi dictorum collectorum arbitrio statuendis[2], sic equidem quod, ubi collectores prefati taxationem decimalem fructuum, reddituum et proventuum predictorum habere pro Camera predicta maluerint, obtinentes ipsa beneficia vel illi quibus collectores aut subcollectores beneficiorum ipsorum fructus, redditus et proventus sub firma seu arrendatione, sicut viderint expedire, dimittant eandem taxationem, solvant ipsis collectoribus in eisdem duobus terminis, ut premittitur, statuendis, sufficienti tamen per obtinentes vel arrendantes eosdem prestita collectoribus ipsis super prestanda solutione hujusmodi cautione. Ubi vero collectores prefati taxationem predictam obtinentibus beneficia ipsa relinquere et habere residuum fructuum eorundem elegerunt, tunc dicti collectores de illis quos in totum colligent, eo casu solvent obtinentibus predicta beneficia taxationem eandem in duobus terminis similiter staduendis; sed ne[c] pretextu defectus solutionum hujusmodi, volumus quod ad calices, cruces, vasa sacra, libros vel vestes ac bona alia mobilia divino cultui dedicata manus aliquatenus extendantur. Ceterum volumus quod fructus, redditus et proventus beneficiorum hujusmodi que infra dictum annum vacare contigerit, eo elapso, colligi per collectores et subcollectores predictos valeant, si collecti non fuerint infra illum.

Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attentius, per apostolica scripta vobis districtius injungentes quatinus, eidem Ecclesie ac omnibus ejus necessitatibus hujusmodi pio et prompto compatientes affectu, collectores predictos et subcollectores deputandos ab eis, hujusmodi fructus, redditus et proventus in forma predicta per dictum annum petere, colligere, exigere ac recipere, nostro et ejusdem Ecclesie Romane nomine, libere permittatis, et illos eis, prout melius in vobis fuerit, integraliter assignetis, ac alias in premissis et ea tangentibus taliter assistatis eisdem auxiliis, consiliis et favoribus oportunis, quod de prompta valeatis obedientia merito commendari. Dat. Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. »

1. Le registre 112 porte simplement : « *Item in civitate ac diocesi et provincia Ebredunensibus* » sans autre texte.
2. Il manque ici un verbe tel que *fiat*.

2176 Avignon, 10 août 1324.

Præpositum et Raymundum Raboti [1], canonicum ecclesiæ Ebredunensis, collectores eorumdem redditum in provincia Ebredunensi constituit. (Reg. 112, p. I, fol. 91, p. c. 414; — Reg. 76, cur. fol. 11 v°, c. 24.)

« *Dilectis filiis* [2]..., *preposito, et Raymundo Raboti, canonico ecclesie Ebredunensis, salutem.* Dum necessitates innumeras — Dat. Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. »

1. *Boboti* dans l'index du registre.
2. Le registre 112 porte, au lieu de ces deux mots : *judicibus*.

2177 Avignon, 10 août 1324.

Cum reservatio fructuum et redditum beneficiorum ecclesiasticorum usque ad unum annum in provincia Arelatensi vacantium, ad beneficia dictæ provinciæ infra regnum Franciæ consistentia non extendi debeat, præposito et archidiacono ejusdem Arelatensis ecclesiæ mandat ut in recollectione redditum beneficiorum Franciæ non se intromittant. (Reg. 112, p. I, fol. 92 v°, c. 420.)

« *Dilectis filiis..., preposito et..., archidiacono ecclesie Arelatensis.* Licet nos pro — Datum Avinione, IIII idus augusti, anno octavo. ».

2178 Avignon, 12 août 1324.

Hugoni de Burgundia, militi, de multiplicibus favoribus officiali Lingonensi super captione Guidonis Peregrini, ordinis fratrum Prædicatorum apostatæ, impensis, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 32, c. 679.)

« *Hugoni de Burgundia, militi.* Grata relatione dilecti — Datum Avinione, II idus augusti, anno octavo. »

2179 Avignon, 12 août 1324.

Philippo de Valesio nuntiat quod, ad ejus preces, prorogatur Johanni de Vienna, decano ecclesiæ Cenomanensis, cancellario ejus, terminus eundi contra rebelles et hereticos Mediolanenses. (Reg. 112, p. II, fol. 32 v°, c. 685.)

« *Nobili viro Philippo de Valesio, comiti Cenomanensi.* Benigne recepimus nobilitatis — Datum Avinione, II idus augusti, anno octavo. »

2180 Avignon, 12 août 1324.

Dicto Johanni de Vienna præfatam prorogationem, scilicet usque ad octabas festi beati Michaelis proximo venturi, significat. (Reg. 112, p. II, fol, 32 v°, c. 686.)

« *Eidem decano.* Cum pridem zelo — Datum ut supra. »

2181 Avignon, 13 août 1324.

Agnetis, ducissæ Burgundiæ, litteras circa pacem inter dalphinum Viennensem et comitem Sabaudiæ reformandam a Girardo de Castronovo, dominum de Monay, præsentatas, recepisse scribit, eidem Agneti de zelo suo regratiatur eique nuntiat se ad præfatam pacem habendam studium adhibere. (Reg. 112, p. II, fol. 32, c. 681.)

« *Agneti, nate quondam beati Ludovici, ducisse Burgundie.* Grata nobis occurrit nobilitatis tue series litterarum per quas te regis pacifici filiam manifestas, ad pacem et concordiam inter dilectos filios nobiles viros dalfinum Viennensem et.., comitem Sabaudie reformandam, apud nos super hoc piis precibus et devotis insistens, ferventer dirigis, sicut hactenus direxisse dinosceris, studia mentis tue, propter quod tam eisdem litteris quam dilecto filio nobili viro Girardo de Castronovo, domino de Monay, earum exhibitore benigne receptis, et hiis que dictus nobilis coram nobis pro parte tua proponere voluit queve in ipsis continebantur litteris, plenius intellectis, ejusdem nobilitatis tue benivolentiam multipliciter in Domino super hiis commendamus. Sane, filia, quia

predictorum dalfini et comitis molesta nobis existit et extitit dissensio, et concordia plurimum grata foret, ut inter eos, extirpatis hodiorum (*sic*) fomitibus, Deo accepta, et tam ipsis quam eorum subditis et nonnullis aliis fructuosa proveniret pacis tranquillitas, sepius laboravimus et adhuc adhibere solicitudinis operose studium super hiis intendimus, divina gratia suffragante. Datum Avinione, idibus augusti, anno octavo. »

2182 Avignon, 13 août 1324.

Certas confederationes cum Carolo, rege Franciæ, ab episcopo Leodiensi factas, eidem episcopo gratas se habere scribit. (Reg. 112, p. II, fol. 73, c. 892; — A. Fayen, *Lettres de Jean* XXII, t. I, p. 514, n° 1374.)

« *Venerabili fratri.., episcopo Leodiensi.* Ex transmissis nobis tue fraternitatis litteris intellecto quod certas confederationes cum carissimo in Christo filio nostro Carolo, rege Francie et Navarre illustri, quas ex eo nobis placere verisimiliter extimabas, quia utilitates multiplices ex illis proventuras concernunt, inire provide curavisti, fraternitatem eandem volumus non latere quod, cum confederationes hujusmodi divinis non obviare beneplacitis, sed tam Ecclesie quam utriusque vestrum commodis et honoribus expedire potius indubie supponamus, grate sunt nobis admodum et accepte, quas observare, quantum cum Deo poteris, non postponas. Datum Avinione, idibus augusti, anno octavo. »

2183 Avignon, 13 août 1324.

Regi Franciæ similiter, quod dictas confederationes ab eo cum præfato Leodiensi episcopo factas, gratas habet. (Reg. 112, p. II, fol. 73, c. 893; — A. Fayen, *Lettres de Jean* XXII, t. I, p. 514, n° 1375.)

« *Eidem regi Francie.* Ex transmissis nobis litteris regiis intellecto quod venerabilis frater noster.., Leodiensis episcopus, tecum, fili carissime, certas confederationes, quas ex eo nobis placere verisimiliter existimabat[1] — Datum ut supra. »

1. Cette lettre est écrite dans les mêmes termes que la précédente, *mutatis mutandis.*

2184 Avignon, 15 août 1324.

Comitem Canciæ hortatur ut, ad tollendam inter Franciæ et Angliæ reges dissentionem, partes suas interponat, eique in negotio Dublinensis episcopi se oportuna facturum nuntiat. (Reg. 112, p. II, fol. 53, c. 798.)

« *Nobili viro Emundo* (sic), *comiti Cancie.* Scire, fili, te volumus quod ad impediendum dissensionem quam inter carissimos in Christo filios nostros C., Francie et Navarre, ac Edwardum, Anglie reges illustres, nitebatur pacis emulus suscitare, studiosam operam adhibere curavimus, sed, peccatis exigentibus, hostis ipse prevaluit in hac parte, sed et ad ipsam tollendam non cessavimus nec cessare intendimus sedulam diligentiam adhibere. Sane, fili, quia tua multipliciter interest quod dissensio hujusmodi non procedat, precipue quia, si que promisisti prefato Francie adimpleres, dissensio prorsus hujusmodi exularet, nobilitatem tuam rogamus attente quatinus, hiis necnon stragibus corporum, rerum lapsibus ac animarum periculis que ex dissensione hujusmodi, si processerit, proventura formidantur probabiliter, in consideratione deductis, ut tollatur prefata dissensio partes tue solicitudinis erga prefatum regem Anglie interponas, presertim cum rex predictus Francie, tibi protestanti ne per ea que inter te et regem eundem ordinata fuerant deberet regi prefato Anglie prejudicium aliquod generari, rex ipse Francie expresse duxerit annuendum, propter quod non videtur de grandi prejudicio, si servetur dicta ordinatio, dubitandum. In negotio vero venerabilis fratris nostri archiepiscopi Dublinensis cum consilio fratrum nostrorum curabimus oportuna remedia, prout negotii patietur qualitas, adhibere. Datum Avinione, XVIII kal. septembris, anno VIII°. »

2185 Avignon, 20 août 1324.

Regi Franciæ super conventione cum Leopoldo, duce Austriæ, habita respondet, eum rogat ut quasdam litteras sigillo viridi regio pendenti munitas mittat, eique

de licentia germani ac nepotibus ipsius in curia Romana remanendi concessa gratias agit. (Reg. 112, p. ii, fol. 32, c. 682.)

« *Regi Francie*. Receptis noviter serenitatis regie litteris que faciebant de tractatis apud Barum cum dilecto filio nobili viro Lipoldo, duce Austrie, mentionem, exhibuerunt nobis postmodum nuntii regii existentes in curia quandam scripturam conventiones inter celsitudinem regiam et Lipoldum prefatum habitas continentem, quibus diligenter inspectis, quantum cum eodem Lippoldo agi poterat super hiis, multum processum extimamus probabiliter in negotio extitisse. Exhibuerunt insuper prefati nuntii scripturam aliam avisamenta nonnulla super hiis continentem, super quibus tenere volumus eandem celsitudinem confidenter quod, quathenus (*sic*) nos tangunt avisamenta eadem, quantum cum Deo poterimus, procedere provide disponimus super illis. Verum quia littera quedam regia cujus formam in cedula dictis nuntiis dedimus, tam pro nostri justificatione, quam pretacti negotii acceleratione, videtur nobis plurimum oportuna, rogamus providentiam regiam et hortamur quatinus illam sigillo viridi regio inpendenti munitam, secundum tenorem dicte cedule, quantocius mitterenon postponat. Ceterum pro gratiosis litteris regiis super excusatione benigna germani ac nepotum nostrorum a presenti expeditione Vasconie noviter destinatis, regali benivolentie gratiarum uberes referimus actiones. Datum Avinione, xiii kal. septembris, anno octavo. »

2186 Avignon, 21 août 1324.

Comiti Valesii, ut moram Archambaldi, comitis Petragoricensis, qui ad partes Vasconiæ accedens, subita corporis infirmitate apud Montempessulanum correptus erat, excusatam habere velit. (Reg. 112, p. ii, fol. 32 v°, c. 683.)

« *Comiti Valesii*. Pridem agens in curia Romana dilectus filius nobilis vir Archambaudus, comes Petragoricensis, familiaris noster, et audiens te, fili, ad partes Vasconie pro belli exercitu pervenisse, dum illuc propterea prepararetur tam sue persone quam gentis debitum et devotum tibi prestiturus obsequium, sicut audivimus, apud Montempessulanum, ecce subita corporis infirmitate corripitur et incepti profectione itineris prepeditur. Sane, cum idem comes, resumptis convalescentie viribus, suum ad ipsas partes accessum obsequiosus, ut tenetur, et promptus, duce Deo, accelerare disponat, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus, ob impedimenti hujusmodi articulum, super celeriori ejus adventu ipsum comitem rationabiliter habeas excusatum. Datum Avinione, xii kal. septembris, anno octavo. »

2187 Avignon, 21 août 1324.

Comitem Petragoricensem de prædicta littera comiti Valesii scripta certiorem facit et excusationem ratione cujusdam abbatiæ, de qua jam ordinatum fuerat, ab eo petit. (Reg. 112, p. ii, fol. 32 v°, c. 684.)

« *Comiti Petragoricensi*. Audito nuper quod tu, fili, pridem a nostra presentia recedens incolumis et, subsequenter, apud Montempessulanum factus infirmus, jam convalueris, ut obtamus, de infirmitate tibi compatimur, et de convalescentia gratulamur. Sane, cum morbo impeditus hujusmodi, ceptum iter ad Vasconie partes continuare nequiveris, super hiis te dilecto filio magnifico viro Carolo, regis Francie filio, comiti Valesii, per speciales litteras efficaciter excusamus. Et quia de abbatia illa de qua pro certa persona nobis noviter supplicasti, ante hujusmodi tue supplicationis instantiam, nos aliter ordinasse contigerat, quesumus ut inde nos habeat tua nobilitas excusatos. Datum ut supra. »

2188 Avignon, 24 août 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, ut Caroli, regis Franciæ, et Eduardi, regis Angliæ, præsentiam absque more adeuntes, eos ad pacem inducant. (Reg, 112, p. ii, fol. 34 v°, c. 696.)

« *Venerabilibus fratribus Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ac Hugoni, episcopo Aurasicensi.*

Dum discrimina gravia que principum[1] discordia comminatur consideranter attendimus, dumque commoda que ipsorum repromittit concordia consideramus attente, profecto ad illam precidendam[2], hancque procurandam votivos labores nostros impendimus et libenter operosum studium impertimur. Scimus quidem quod, discentionum (*sic*) hujusmodi tempore, subiciuntur omnia vastitati, bona quidem maxima collabuntur, corpori quies subtrahitur, mens iniquis cogitationibus occupatur, caritatis unitas scinditur, rancores crescunt, insidiis intenditur et odia nutriuntur, pia negliguntur opera, et anime periculis exponuntur; sed nec etiam ignoramus scriptum esse in concordia parvas res crescere quodque bene, concordie tempore, vivitur, et jocunde, utiliter ac delectabiliter habitatur in unum, operibus pietatis licet vacare liberius, et saluti efficacius intenditur animarum. Hec igitur corde pervigili et intento soli[ci]tudinis studio meditantes, ad tollendam dissensionis materiam quam inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Edwardum, Anglie reges illustres, suscitare caritatis emulus procurabat, sedulam diligentiam per nostras oportunas litteras tam ipsis regibus quam nonnullis eorum consiliariis destinatas, curavimus adhibere. Verum quia nostris adhuc non est in hac parte desideriis satisfactum, immo, quod dolentes referimus, super hiis adeo prevaluit hostis pacis quod hinc inde ad congressus bellicos gentes regie sunt parate, nolentes a ceptis desistere, sed illis, ut tantis occurratur periculis, oportune insistere potius, ac, si oportuerit, importune, considerantes quod viva vox fortius et efficatius quam mortua in audientium cordibus imprimere consuevit, vobis et vestrum cuilibet, de quorum fidelitate circumspectione ac industria fiduciam gerimus pleniorem, quosque pacis novimus fervidos zelatores, de fratrum nostrorum consilio per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus, velut pacis angeli, predictorum regum presentiam absque more dispendio adeuntes, ipsos et eorum quemlibet ad pacem et concordiam, aliosque ut vobis in premissis assistant de quibus expedire videritis, juxta datam vobis ex alto prudentiam, solicitis monitis et effica-[cibus] persuasionibus inducatis ut, auxiliante pacis actore vestraque cooperante solertia, hostis predicti obviari possit insidiis, ac possit desiderata concordia provenire. Datum Avinione, IX kal. septembris, anno octavo. »

1. Reg. *principium.*
2. Reg. *presidendam.*

2189 Avignon, 26 août 1324.

Ecclesiæ Nemausensi vacanti, per obitum Bernardi, episcopi, qui dum Ecclesiæ, una cum Bertrando, tituli sancti Petri ad Vincula presbytero cardinali, Apostolicæ Sedis legato, obsequio insistebat, mortuus erat, alterum Bernardum præficit. (Reg. 112, p. I, fol. 104, c. 466.)

« *Dilecto filio Bernardo, electo Nemausensi.* Pridem ecclesia Nemausensi — Datum Avinione, VII kal. septembris, anno octavo. »

2190 Avignon, 28 août 1324.

Carolo, comiti Valesii, de favore germano et nepotibus ipsius, ratione accessus eorumdem ad exercitum Vasconiæ, præstito, gratias agit. (Reg. 112, p. II, fol. 33, c. 687.)

« *Carolo, comiti Valesii.* Magnificentie tue litteras leta manu recepimus continentes eandem magnificentiam, mox litteris nostris receptis, quas nuper eidem super excusatione personalis accessus germani et nepotum nostrorum ad exercitum Vasconie, carissimo in Christo filio nostro C., regi Francie et Navarre illustri, speciales litteras destinasse, responsionem votivam ab eodem rege super hoc prestolando. Sane cum postmodum super excusatione ipsa rex prefatus suas tam patentes quam clausas gratiosas litteras nobis duxerit destinandas, eidem magnificentie tue gratiarum de predictis exolvimus uberes actiones. Datum Avinione, V kal. septembris, anno octavo. »

2191 Avignon, 29 août 1324.

Johannæ, reginæ Franciæ, ut in piis propositis et operibus perseveret, regem virum suum diliget, eccle-

siisque et personis ecclesiasticis faveat. (Reg. 112, p. ii, fol. 33, c. 688.)

« *Johanne, regine Francie.* Habes, carissima filia, unde bonorum omnium largitori, qui tibi tam liberalis extitit, qui tam donis excellentibus te dotavit, quique tui tam solicitam curam gessit in omnibus, placere studeas ac, nequaquam committas per que sibi displiceas, sedule providere. Ipse namque ex stirpe regali creari te voluit, bonis naturalibus fortune ac gratuitis pre multis tuis participibus te ditavit ac, ut declinares a malo mundamque te reservares a noxiis teque in bonis exerceres operibus, affectum tribuit et effectum, ac te sponsam carissimo in Christo filio nostro Carolo, inclito regi Francie, preservavit. Profecto, filia carissima, si paternis aurem inclines affectibus, si ejus salutaribus monitis acquiescas, illi a quo bona cuncta procedunt, omnia tibi collata beneficia referres illa que ab eo humiliato spiritu recognosces, illi te totam offeres et residua vite tue tempora in continuatione salutaris propositi et piorum prosecutione operum devovebis, regemque prefatum, qui te pretulit aliis, sincere diliges ac, ei debitum honorem impendens, te sibi quietam et humilem exhibebis, sibique secundum Deum studebis in omnibus complacere, favore curabis ecclesias et personas ecclesiasticas confovere. Hec utique tibi annos vite producent, hec dierum longitudinem ministrabunt; hec postremo de temporali regno ad perpetuum cum immarcescibili gloria te perducent. Ad nos autem, carissima filia, cum fiducia et securitate, in hiis de quibus expedire videris, recursum habere te volumus, quantum cum Deo poterimus, perceptura. Datum Avinione, iiii kal. septembris, anno octavo. »

2192 Avignon, 29 août 1324.

Johanni de Cerchemont, cancellario regis Franciæ, Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, nuntios apostolicos, commendat. (Reg. 112, p. ii, fol. 35 v°, c. 701.)

« *Magistro Johanni de Cerchamont, decano ecclesie Pictavensis, cancellario dicti regis Francie.* Venerabiles fratres nostros Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, Apostolice Sedis nuntios ad carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, et E., Anglie reges illustres, pro certis negotiis tibi per eos plenius vive vocis oraculo referendis, de fratrum nostrorum consilio principaliter destinantes, discretionen tuam rogamus attentius et hortamur quatinus, eosdem archiepiscopum et episcopum habens pro nostra et Apostolice Sedis reverentia propensius commendatos, ut predictus rex Francie eos benigne recipiat, favorabiliter audiat, et eorum exhortationibus salubribus acquiescat, cures tue solicitudinis studium efficaciter adhibere [1]. »

1. La date est donnée par la lettre suivante.

2193 Avignon, 29 août 1324.

Item in e. m. magistro Andreæ de Florentia, canonico Remensi, dicti regis Franciæ clerico et consiliario. *Datum A[vinione], iiii kal. septembris, anno* VIII°. (Reg. 112, p. ii, fol. 35 v°, p. c. 701.)

2194 Avignon, 30 août 1324.

Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, et Hugoni, episcopo Aurasicensi, nuntiis apostolicis, concedit potestatem dissolvendi et relaxandi omnes pactiones, obligationes et alia per quæ posset optatæ pacis bonum impediri. (Reg. 112, p. ii, fol. 35, c. 697.)

« *Eisdem archiepiscopo et episcopo [Guillelmo, archiepiscopo Viennensi, ac Hugoni, episcopo Aurasicensi].* Pridem vobis scripsisse meminimus sub hac forma : Johannes etc. Dum discrimina gravia etc. ut in proxima superiori usque ad finem [1]. Sane quia prefatum negotium non mediocriter insidet cordi nostro, ut illa, per que nutriri posset dicta discordia et pacis bonum quomodolibet impediri, prescindere valeatis, ac liberius exequi supradicta, dissolvendi, vacuandi, irritandi ac revocandi omnes pactiones, obligationes, confederationes et colligationes juramento vel quacunque alia firmitate vallatas, necnon et relaxandi

hujusmodi et qualibet (*sic*) alia juramenta a quibuscunque prestita, per que nutriri discordia et pacis bonum posset quomodolibet impediri, prout ea secundum Deum videritis dissolvenda, vacuanda, irritanda seu etiam revocanda, vobis et cuilibet vestrum plenam et liberam concedimus facultatem. Datum Avinione, III kal. septembris, anno VIII°. »

1. Le scribe renvoie à la lettre publiée plus haut, n° 2188.

2195 Avignon, 30 août 1324.

Regem Franciæ ad pacem hortatur eique prædictorum nuntiorum adventum notificat. (Reg. 112, p. II, fol. 35, c. 698.)

« *Dicto regi Francie.* Quanquam ad extirpandum zizaniarum semina que inter te, filii carissime, et carissimum in Christo filium nostrum Edwardum, regem Anglie illustrem, tibi sanguine et affinitate conjunctum, jecerat[1] hostis pacis, iteratis exhortationibus et precibus salubribus apud tuam regisque prefati Anglie regalem magnificentiam duxerimus insistendum, nec nostris in hac parte desideriis fuerit satisfactum, quia tamen, dum monitionibus carorum insistitur, licet salubribus monentis exhortationibus non acquiescant moniti, a ceptis[3] non est propterea desistendum, nos qui non solum oportune, cum sufficit, sed etiam importune, cum expedit, apostolica doctrina docemur instare, presertim quia prefata discentio (*sic*) multis est onusta periculis magnis, magnis est plena dispendiis, multorum discrimina secum trahit, utilia Dei negotia et precipue Terre Sancte negotium impedit, ad quod prosequendum uterque vestrum affici dicimini teneri, lapsusque rerum, strages corporum, animarum quoque et alia non facile numeranda pericula que, avertat Altissimus, comminatur, urget caritas, hortatur pietas et officii pastoralis cura solicitat ne a ceptis desistamus propterea, sed illis solertius insistamus. Quocirca serenitatem regiam rogamus, hortamur et obsecramus in Domino Jhesu Christo quatinus, premissa cogitans et recogitans diligenter, summi ac pacifici regis intuitu, guerrarum quantum honeste poteris, vites fremitus, et ad pacem cunctis desideratam mortalibus regium habilites animum et disponas. Et quia vive vocis actus pressius et efficacius in audientium cordibus imprimere quam mortue consuevit, ecce ad procurandam, vice nostra, pacem hujusmodi que multum insidet cordi nostro, venerabiles fratres nostros Guillelmum, Viennensem archiepiscopum, et Hugonem, Aurasicensem episcopum, pacis sedulos zelatores, viros utique probate fidei et probitatis experte ac meritis et fama pollentes, latores presentium, de fratrum nostrorum consilio, tanquam pacis angelos eligendos duximus ad tuam et dicti regis presentiam destinandos, quorum salutaribus monitis et persuasionibus in hac parte magnitudinem regiam aquiescere cupimus et affectu pleno rogamus, ut sic, actore illo qui potest, quorumlibet discidiorum (*sic*) vepribus radicitus amputatis, inter te ac memoratum regem Anglie optate pacis federa reformentur. Porro, fili carissime, si quid forsitan inter te et ipsum regem supererit questionis, Apostolice Sedis solicitudo non deerit, sed paratam se offert, suis non parcendo laboribus, in hiis et aliis inter te et dictum regem pro viribus omnem fomitem discensionis (*sic*) extinguere, ac unitatem studiis procurare solicitis et favore. Datum ut supra proxima. »

1. Reg. *jescerat.*
2. Reg. *acceptis* au lieu de *a ceptis.*

2196 Avignon, 30 août 1324.

Johannæ, reginæ Franciæ, eosdem nuntios commendat eamque rogat ut regem, virum suum, ad pacem inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 35 v°, c. 699.)

« *Johanne, regine Francie.* Quia, filia carissima, sicut tuam magnificentiam credimus non latere, inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, virum tuum, et Edwardum, Anglie reges illustres, jessit (*sic*) dissensionum semina periculose nimium hostis pacis, que profecto, si coaluerint, lapsus rerum, strages corporum et animarum pericula probabiliter comminantur, nosque, qui patris more quem non pretereunt incommoda filiorum, tantis cupientes discriminibus obviare, venerabiles fratres

nostros Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, ad premissorum regum presentiam propterea destinemus, circumspectionem regiam, quam ad hoc noscimus multipliciter oportunam, requirimus et rogamus quatinus, in hiis premissis nostris assistens nuntiis, apud regem memoratum Francie et Navarre cures instare sedule ut regalem animum ad pacem habilitet et inclinet, super hiis tue partes solicitudinis taliter interponens quod proinde gaudia merearis consequi que pacis consilia ineuntibus sapiens repromittit, nosque, qui hoc gratum habebimus admodum, ad tua fortius beneplacita constringamur. Datum ut supra proxima. »

2197 Avignon, 30 août 1324.

Henrico, domino Soliaci, buticulario Franciæ, ut eosdem nuntios commendatos habeat et in agendis dirigat. (Reg. 112, p. II, fol. 35 v°, c. 700.)

« *Henrico, domino de Suliaco, buticulario Francie.* Miramur, fili, quod postquam ad partes te transtulisti Anglie, super negotio carissimorum in Christo filiorum nostrorum Caroli, Francie et Navarre, et E., Anglie regum illustrium, nichil nobis rescribere curavisti. Et quoniam infestis admodum turbationibus inter ipsos reges invalescentibus, sicut nosti, venerabiles fratres nostros Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, nostros et Apostolice Sedis nuntios, ad eorundem regum presentiam, de fratrum nostrorum consilio, providimus destinandos, nobilitatem tuam attentius deprecamur quatinus eosdem archiepiscopum et episcopum, quibus fidem adhibeas credulam super hiis que tibi ex parte nostra duxerint exponenda, recomendatos habeas ac dirigas favorabiliter in agendis, rescripturus nobis nichilominus ea que super eodem negotio et aliis tibi occurrerint rescribenda. Datum ut supra proxima. »

2198 Avignon, 30 août 1324.

Regi Angliæ, ut pro pace cum Carolo, rege Franciæ, reformanda, dictorum nuntiorum monitionibus acquiescat. (Reg. 112, p. II, fol. 53, c. 799 : — Rymer, *Fœdera*, éd., 1739, t. II, p. II, p. 109.)

« *Prefato regi Anglie.* Nosti, fili carissime, nos dudum infausti rumoris assertione percepto quod hostis humani generis inter te ac carissimum in Christo filium nostrum Carolum, regem Francie et Navarre illustrem, tibi sanguine et affinitate conjunctum, zizaniarum jecerat semina, ut suo, ne in perniciosam coalescerent segetem, prefocarentur in ortu, excellentie regie litteras nostras exhortatorias secundo destinasse post salutationis eloquium sub hac forma : Percepto dudum quod pacis emulus (etc. usque in finem que nota est supra in principio hujus quaterni)[1]. Sane, quamvis quod super hiis intenderet circumspectio regia responsum non receperimus postmodum ab eodem, sed audiveramus fama prenuntia displicenter quod prefatus rex Francie seu gentes sue ad intrandum ducatum Aquitanie pro exequtione certorum arrestorum contra quosdam officiales dicti ducatus dudum habitorum, ut asseritur, facienda et occasione homagii sibi pro dicto ducatu non prestiti, tueque gentes ad resistendum congressibus bellicis se disponunt, nos tamen variis dispendiis, que commotiones hujusmodi probabiliter comminantur, in considerationem deductis, non obstante quod super eisdem nostris litteris a te, sicut premittitur, non habueramus responsales, non cessavimus nec cessamus vias et modos exquirere quibus eisdem periculosis dispendiis obviari salubriter valeat, ac inter te et eundem regem Francie pacis serenitas, odiorum extirpatis fomitibus, reformari. Et ecce quod prefato regi Francie scribimus super hoc sicut expedire vidimus, iterato celsitudinem tuam rogantes attentius et hortantes ac per Dei misericordiam obsecrantes quatinus, contentis in eisdem nostris litteris et aliis que te merito debent inducere ad dissensiones vitandas hujusmodi et vias pacificas eligendas in scrutinio regie considerationis adductis, vias et modos exquirere studeas et offerre quibus ipse ad pacis reformandam concordiam inclinari debeat et induci, super quibus apostolice solicitudinis studium, quantum commode poterit, non deerit. Et quia vox viva in cordibus audientium magis imprimere quam mortua consuevit, nos venerabiles fratres nostros

Guillelmum, archiepiscopum Viennensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, viros utique probate fidei et probitatis experte ac meritis et fama pollentes, pacis et concordie hujusmodi fervidos zelatores, pro pace ipsa que cordi nobis multum insidet, vice nostra, pacis actoris suffragante gratia, procuranda, de fratrum nostrorum consilio tanquam pacis angelos duximus ad tuam et ipsius regis presentiam destinandos, quorum monitionibus salubribus et persuasionibus utilibus sic prompte ac provide regia magnificentia, quesumus, acquiescat quod, actore illo qui potest, quorumlibet dissidiorum vepribus radicitus amputatis, inter te et regem prefatum votive pacis federa reformentur. Datum Avinione, III kal. septembris, anno octavo. »

1. Le scribe renvoie ici à la lettre publiée plus haut, n° 2130.

2199 Avignon, 30 août 1324.

Isabelli, reginæ Angliæ, ut regem, virum suum, ad dictam pacem inducat. (Reg. 112, p. II, fol. 53 v°, c. 800.)

« *Isabelli, regine Anglie illustri.* Quod pro reformatione pacis inter carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Eduardum, virum tuum, Anglie reges illustres, occasione bastide Sancti Sacerdotis et homagii debiti per ipsum virum tuum dicto regi non prestiti, inter se pravis rancoribus dissidentes, quin potius jam prorumpentes in formidanda belli discrimina, sicut nosse te credimus, apud ipsum virum tuum diligenter insisteres, tibi, carissima filia, plures olim paterne solicitudinis misimus scriptiones, ostendentes profecto de pace hujusmodi commoda, et incommoda que de discordia subsequntur. Et quia de reformatione pacis ipsius, ad quam vinculo multiplici traheris, te nichil hactenus obtinuisse didicimus, immo contrarium de facto audivimus, prout in Vasconie partibus ex preparato hinc inde numeroso armigerorum exercitu indicatur, excellentiam tuam, eo affectuosius quo sepius rogamus et hortamur attente quatinus apud dictum virum tuum, cui alias nostras litteras exhortatorias noviter inculcamus, pro honore principaliter ipsius et commodo, interponas efficaciter partes tuas, quod cum dicto rege, cui speciales dirigimus etiam litteras, ad pacem hujusmodi se inclinet, suumque jus erga ipsum regem per viam suavis justitie et tractatus amabilis, et non per bellicos actus seu voluntarios motus et asperos, prosequantur, institura nichilominus apud eum quod ipse, aliquibus ad se viris pacificis convocatis, eorum usus consilio, circa premissa viam seu vias aliquas convenientes, suaves, congruas et honestas cogitet, perquirat et eligat, quas et nos commode ac effectualiter possemus prosequi ac honeste, ad quam prosecutionem offerimus totis studiis nos paratos; sicque in premissis operatura solicite quod tua mediatione, post Deum, sedetur orta discordia, et preter premium retributionis eterne, apud nos et Apostolicam Sedem, tibi propterea digne laudis proveniant incrementa. Datum Avinione, III kal. septembris anno VIII°. »

2200 Avignon, 30 août 1324.

In e. m. « *verbis competenter mutatis, non tamen posita illa clausula : ad quam vincu'o multiplici traheris, nobili viro Hugoni lo Despensier juniori. Datum ut supra* ». (Reg. 112, p. II, fol. 54, p. c. 800.)

2201 Avignon, 30 août 1324.

Archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis, ut pro pace inter Franciæ et Angliæ reges procuranda, partes suas apud dictum Angliæ regem, cum oportuna et importuna, si expedit, diligentia, interponant. (Reg. 112, p. II, fol. 54, c. 801.)

« *Venerabilibus fratribus.., archiepiscopo Cantuariensi ejusque suffraganeis.* Ex paterne caritatis affectu quo carissimos in Christo filios nostros Carolum, Francie et Navarre, ac Edwardum, Anglie reges illustres, aperte diligimus, et ex pie considerationis intuitu quo utrumlibet in naturali et debito pacis mutue glutino vivere affectamus, ad ipsum regem Anglie sepius exhortationis nostre manavit epistola seriosi negotii ennarratrix, ut ab infinitis nocue discordie finibus, quam occasione bastide Sancti Sacerdotis

homagii debiti per ipsum regem Anglie dicto Francie regi non prestiti, inter eos prophanus et dampnatus hostis humani generis posuit, ad pacis benefice tramitem, non odioso belli certamine, sed grata sororis mediatione[1] justitie ac tractatus amicabilis, ad quod daremus omnem quam possemus commode operam, laudabiliter declinaret. Super quo ab ipso rege Anglie inter multas nostre scriptionis instantias, utinam potuissemus, o fratres, ab ipso rege petitum per nos et expectatum hactenus aliquod habere responsum, in quo apud regalem animum missa de profundo cordis nostre hujusmodi exhortationis eloquia juxta nostrum desiderium profecissent, sed videmus, prodholor, de facto contrarium dum, sicut moleste nuper audivimus, idem rex Francie potentem armigerorum exercitum ad partes Vasconie miserit ad exequendum quedam arresta contra nonnullos officiales ipsius regis Anglie illarum partium promulgata, et occupandum castra seu loca ducatus Aquitanie, ratione dicti homagii memorato regi Francie non prestiti, ut prefertur; dilectus vero filius nobilis vir Aymonus, regis Anglie prefati frater, jam profectus illuc dicatur, ut predictis resistere valeat se parare. Sane, quamvis miremur et nos quodammodo pudeat super hiis apud Deum et homines invicta ratione proficuis, nondum fore, sicut paterna opinione credidimus, exauditos filialiter a rege Anglie memorato, attentis tamen animarum corporum ac rerum periculis que formidantur ex ipsa discordia, immo ex ipsis preparationibus bellicosis, ac impedimentis perniciosis et variis que ad certum Dei servitium, cui predictus rex Anglie servire constringitur, preparantur, et dampnato posteris[2] calamitatis exemplo quod idem rex exhibet in conjunctis, omnem pro talibus admirationem et pudorem in nobis vincit affectio filialis, propter quod nullatenus ab inceptis in hac parte desistimus ut, subducto nostris scriptionibus calamo contra nostri officii debitum, eandem quiescere permittamus, donec de petitis Altissimo atque nobis nec minus et demum sibi complaceat, ac decori et expedientie regii culminis, actore Domino, probabiliter acquiescat. Et quia similiter nec a vobis, quibus tam confidenter incumbimus, suppliciter apud nos instantibus alias pro predictis, responsionem super hiis aliquam habuisse meminimus, divinis ac nostris et comuniter humanis et propiis (*sic*) inde effectibus satisfieri cupientes, fraternitatem vestram eo affectuosius quo sepius rogamus et hortamur attente, vos in virtute Domini nostri Jhesu Christi nichilominus obsecrantes quatinus apud dictum regem Anglie, cui super istis per speciales litteras scribimus, interponatis cum oportuna et importuna, si expedit, diligentia[3], partes vestras, quod ipse rancorem remittat et releget, concepte discordie revocet insuper et deponat assumpta resistentie studia et [ad] habendam pacem cum dicto rege Francie, cui super hoc per alias litteras efficaciter scribimus[4], contra opinionem suorum emulorum omnium qui de ipsorum, quod absit, seu suarum congredientium gentium ignominiosa conflictione gauderent, hereditatem saluberrimam eligat quam ipse Christus, migraturus ad patrem, reliquit discipulis suis, pacem ad quam tendit ipsa justitia, si per ejus semitas et suaves, ut expedit, bone compositionis affatus et non per bellicosos actus, aut voluntarios motus et asperos, quod non decet causam suam, prout continue sibi et vobis aliquando scripsisse recolimus, prosequatur, inter cetera inscistentes (*sic*) quod idem rex Anglie, aliquibus ad se viris pacificis convocatis, eorum usus consilio, circa premissa viam seu vias aliquas convenientes, suaves, congruas et honestas cogitet, perquirat et eligat, quas et nos commode ac effectualiter possimus prosequi ac honeste, ad quam prosecutionem offerimus totis studiis nos paratos, quodque voluntatem suam super hujusmodi nobis inde plurimum anxiis per suas litteras rescribat ad plenum, quam et vos etiam investigare ac per vestras litteras nobis solicite scribere procuretis, et sic in illis partibus denique idem rex verba vestre hortationis exaudiat, quod spiritualis patris salutifera monita ulterius non contempnat, nosque pro eo, cujus in honorem et commodum affectione pura prosequimur pias et devotas, grates Deo propterea reddere teneamur, vos vero, preter eterne retributionis premium, dignis prosequamur in Domino actionibus gratiarum. Datum ut supra. »

1. Reg. *meditatione*.
2. Reg. *posterius*.
3. Reg. *diligentiam*.
4. N° 2195.

2202 Avignon, 30 août 1324.

Hugoni de Engolisma, ut archiepiscopo Viennensi et episcopo Aurasicensi, nuntiis ad regem Angliæ pro pace destinatis, assistat. (Reg. 112, p. II, fol. 54 v°, c. 802.)

« *Magistro Hugoni de Engolisma, sacriste ecclesie Narbonensis, Apostolice Sedis nuntio.* Ecce quod venerabiles fratres nostros Guillelmum, archiepiscopum Viennensensem, et Hugonem, episcopum Aurasicensem, nostros et Apostolice Sedis nuntios, ad carisimum in Christo filium nostrum Edwardum, regem Anglie illustrem, pro certis arduis negotiis que ipsi tibi refferent plenius, destinamus, volentes et discretioni tue mandantes quatinus eisdem assistas consiliis auxiliis et favoribus oportunis, nobis ea que super eisdem negotiis et aliis tibi rescribenda occurrerint fideliter rescripturus. Datum ut supra. »

2204 5 septembre 1323 — 4 septembre 1324.]

Ludovico, comiti Flandriæ, de concordia cum Roberto de Flandria, patruo suo, inita congaudet, abbatis de Verzeliaco in hoc negotio zelum commendans. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, c. 604; — A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. I, p. 520, n° 1392.)

« *Ludovico, comiti Flandrie.* Tue nobilitatis, necnon et dilecti filii nobilis viri Roberti de Flandria, patrui tui, missis nuper nobis in eadem pagina litteris, consueta benignitate receptis, de concordia invicem, annuente Domino, inita, ymmo validius exitata (*sic*) quam letanter accepimus, tibi, fili, gaudenti propterea multipliciter congaudemus, agentes inde Altissimo gratias et obtantes immense quod, sicut ex ipsa concordia prudenter plura bona proventura consideras, sic ad ejus cultum incommutabiliter te disponas. Dilectum vero filium.., abbatem de Verzela (*sic*) quem in negotio dicte concordie laudabiliter laborasse testaris, super hoc in Domino plurimum commendamus, de quo non credimus leviter aliquid quod sue devotioni detraheret, et opinionem suam apud nos et Sedem Apostolicam aggravaret[1]. »

1. Ce document figure dans le registre 112 parmi les lettres de la huitième année de Jean XXII. Il est difficile d'en préciser autrement la date. Selon M. A. Fayen (*op. cit.* p. 520, note 2), il s'agirait ici de l'acte d'hommage prêté au comte de Flandre par son oncle Robert de Cassel, à Ypres, le 10 juillet 1323 (T. de Limburg-Stirum, *Codex diplomaticus Flandriæ* t. II, p. 366). Au sujet du rôle de l'abbé de Vézelay en Flandre, voyez aussi ci-dessus n°s 2064-2066.

2205 [5 septembre 1323 — 4 septembre 1324.]

In e. m. Roberto de Flandria. (Reg. 112, p. II, fol. 21 v°, p. c. 604.)

TOURS

IMPRIMERIE DESLIS FRÈRES ET Cie

6, RUE GAMBETTA, 6

690021

t curiales.
28643

Johannes XXII - Lettres secrètes et curiales.

v. 2

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5, CANADA

28643